DUO TRACTATUS ALTER DE DECIMIS TAM SPIRITUALIBUS QUAM PAPALIBUS. ALTER DE...

Giovanni Pietro Moneta, Timbro non identificato

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

204. 17. E. 7

DVO

TRACTATVS

ALTER

DE DECIMIS

TAM SPIRITVALIBVS QVAM PAPALIBVS.

ALTER

DE OPTIONE CANONICA.


Iam ſub ſæculari ALEXANDRI nomine editi;

ET IN HAC TERTIA IMPRESSIONE AB AVCTORE IPSO recogniti, atque integris etiam Quæſtionibus locupletati.

AVCTORE

IO. PETRO MONETA MEDIOLANENSI
Presbytero Congr. Cler. Regul. S. PAVLI.

Cum Summariis, ac duplici Indice, altero Capitum, & Quæſtionum, altero rerum ſingularium copioſiſſimo.



ROMAE Sumptibus Io. Angeli Ruffinelli. MDCXVIII.

Ex Typographia Andreæ Phæi. SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. IO. BAPTISTAE COCCINO

SACRAE ROTAE ROMANAE DECANO,

ET APOSTOLICAE POENITENTIARIAE REGENTI.

IO. ANGELVS RVFFINELLVS FELICITATEM.

QVI ſui, aliorumue ingenii monimenta volunt nũcupare, illud potiſſimùm ſpectare conſueuerunt, vt egregium aliquem virum ſeligant; cuius vel ab inſcripto nomine ſcriptis, quæ edunt, præſidii plurimum, ac ſplendoris accedat; vel magna ſit ad eam facultatem propenſio, in qua illa ipſa monimenta verſantur; vel gratam deniq; beneficiorum memoriam non vulgari teſtentur officio. Quoniam verò hæc, quæ, ſingula ceteris propoſita eſſe ſolēt, in cauſam noſtram admirabili quadam conſenſione conueniunt vniuerſa: dum illud cogitarem, cuinam potiùs hoſce duos eruditiſſimi viri IOANNIS PETRI MONETAE, alterum de Decimis, alterum de Optione canonica, Tractatus dicarem, quos, antequam Aduocati Conſiſtorialis munus ſibi delatum, quaq; inde maiora iure poterat expectare, cum Regularis vitæ inſtituto commutaret, ſemel, atq; iterum in lucem editos nunc ab Auctore ipſo recognitos, & multis partibus locupletatos, in hac alma Vrbe tertiùm imprimendos curabam; nullum pene mihi in ea cogitatione ambigendi, locum reliquerunt. Etenim Tu ſtatim occurriſti, COCCINE Præſul ampliſſime; qui, (vt generis in patria Tua inſignem taceam nobilitatem,) in Vrbe quoq; Roma, hoc eſt, totius orbis terrarum theatro, & capite, gemino fulges honoris gradu; quorum alterum diuturnior in præcipuis om-

nium Chriſtiani orbis nationum cauſis audiendis, ac definiendis, idemq; honeſtiſſimus à Te ſumma cum laude ſuſceptus peperit labor; alterum PAVLI V. Pontificis Opt. Max. eique, uti cognatione, ſic omni virtutum genere coniunctiſſimi SCIPIONIS BVRGHESII Cardinalis Amplisſimi, Summiq; Pœnitentiarii ſapientia, & humanitas detulit ſingularis; vtrumq; verò prudens quiſq; deberi iudicabit eximiæ integritati Tuæ cum pari doctrina coniunctæ, in Theologica præſertim, ac Iuris prudentiæ facultate: ad quam cum iſtimet Tractatus maximè pertineat, maxima quoq; ratione tibi offerri, dicariq; poſſe, ac debere videbantur. Iam verò quæ beneficia tum publicè a Te ſimul habeo cum hac Vrbe, & Chriſtiana Republica vniuerſa, pro cuius Tu ſalute procuranda, tuendaq; auctoritate nullis laboribus, nullis vigiliis parcis; tum priuatim non modò à Te ipſo agnoſco, qui me officii cauſa ſæpe adeuntem incredibili benignitate ſemper exceperis, verùm etiam à Clariſſimo viro Aloyſio patre Tuo, qui omnium ferè Piorum locorum optimus adminiſtrator, verèq; pauperum pater in patria ſua cum eſſet, peſte per Venetas regiones ſæuiùs graſſante, inopiam meam ſuis opibus ſubleuauit: eiuſmodi ſunt, vt omnem agendæ, ac prædicandæ, nedum referendæ gratiæ mihi eripiant facultatē. Prodibit igitur Libellus iſte tot Tibi de cauſis debitus, nullis non ornamentis iuſignis, quia Tibi inſcriptus, COCCINE vir præſtantiſſime; nihil ſibi pertimeſcens, quem ſuis licèt ab Auctore firmatum præſidiis, omnino tamen Tui nominis pondus roborat, munit auctoritas. Quòd ſi illud conſequar, vt hoc qualecunq; munus gratum Tibi accidiſſe intelligam, & maximi id ipſum beneficii loco ponam, & excitabor fortaſſe ad alia maiora, quæ cùm apparebunt, non, vt hæc, leuiter adumbratam, ſed penitus expreſſam meæ in Te obſeruantiæ ſignificationem cunctis gentibus dabunt. Romæ, ſeptimo Cal. Februarii, M. DC. XVIII.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, ET QVAESTIONVM, QVAE IN TRACTATV DE DECIMIS CONTINENTVR.

CAP. I.

Quo iure inuentæ, & introductæ ſint Decimæ: & continet quatuor Quæſtiones.

I. An Decimæ iure naturæ inuentæ, & introductæ ſint.
II. An Decimæ inſtitutæ ſint, & præceptæ de iure diuino.
III. An Decimæ præceptæ ſint iure Pontificio.
IV. Quam ob cauſam introductæ ſint Decimæ.

CAP. II.

Quid ſit Decima: & continet tres Quæſtiones.

I. De definitione Decimæ.
II. Cur magis electa fuerit decima pars, quàm vigeſima, aut alia quota.
III. Quid differant Decimæ a Primitijs, & Oblationibus.

CAP. III.

Quotuplex ſit Decima: & continet duas Quæſtiones.

I.. Quot ſint genera Decimarum.
II Quot ſint ſpecies Decimarum.

CAP. IV.

De quibuſnam rebus ſoluatur Decima: & habet tres Quæſtiones.

I. De quibus frugibus, ac fructibus, ſeu prouentibus debeat ſolui Decima.

Digitized by Google

II. *An de illicitè acquiſitis ſoluatur Decima.*
III. *An de Noualibus ſoluenda ſit Decima, & quomodo.*

CAP. V.

Quinam teneantur ad ſolutionem Decimarum, vel ab ea excuſentur: & continet ſeptem Quæſtiones.

I. *An omnes tam laici, quàm Clerici, & Religioſi teneantur ad Decimarum ſolutionem.*
II. *An poſſit ex priuilegio tam laicis, quàm Clericis competere immunitas a ſoluendis Decimis.*
III. *An laicis poſſit ex priuilegio concedi ius decimandi, ſeu Decimas ab aliis percipiendi.*
IV. *An conſuetudo aliquam vim habeat in eximendo aliquos a Decimarum ſolutione, aut eis tribuendo iure decimandi.*
V. *Quænam præſcriptio obtineat, & locum habeat in materia Decimarum.*
VI. *An valeat compoſitio, vel tranſactio ſuper Decimis.*
VII. *An poſſit ex aliqua cauſa remitti Decima Clerico, vel laico.*

CAP. VI.

De Circumſtantijs Loci, Temporis, & Modi ſoluendi Decimas, ſeu qualiter ſoluantur Decimæ: & continet quatuor Quæſtiones.

I. *De loco, An Decimæ portari debeant in horrea Clericorum.*
II. *Quo tempore ſoluendæ ſint Decimæ.*
III. *An Decimæ non petitæ, ſeu præteritæ exigi poſſint.*
IV. *De modo ſoluendi Decimas.*

CAP. VII.

Quibus Eccleſijs, ſeu perſonis ſoluendæ ſint Decimæ: & continet duas Quæſtiones.

I. *An, & quando laicis perſonis ſoluatur Decima.*
II. *Quibuſnam Eccleſiis ſoluatur Decima.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

De modo procedendi circa exactionem Decimarum: & continet ſex Quæſtiones.

I. *Quis Iudex ſit competens in cauſa Decimarum.*
II. *Qualiter, & qua actione petantur Decimæ.*
III. *An, & quando cauſa Decimarum ſit ſummaria.*
IV. *An cauſa Decimarum ſit executiua, hoc eſt, an poſſit inchoari a præcepto, deturq; appellatio, necne.*
V. *Quibus pœnis afficiantur non ſoluentes Decimas.*
VI. *An Superior, & Iudex poſſit procedere ex officio in materia Decimarum.*

CAP. IX. SEV APPENDIX.

De Decimis Papalibus: & continet quinque Quæſtiones.

I. *De origine, & cauſa impoſitionis harum Decimarum.*
II. *De quibuſnam beneficiis, quibuſue fructibus ſoluatur Decima Papalis.*
III. *An aliqui ſint immunes a ſolutione harum Decimarum; & quinam illi ſint.*
IV. *De modo ſeruando in ſolutione Decimarum Papalium.*
V. *De modo procedendi circa harum Decimarum exactionem.*

Finis Indicis Capitum, & Quæſtionum ad Tractatum de Decimis.

IN-

INDEX CAPITVM, ET QVAESTIONVM,

QVAE IN TRACTATV DE OPTIONE CANONICA CONTINENTVR.

CAP. I.

Quid ſit Optio: & continet tres Quæſtiones.

I. *Vnde dicatur Optio.*
II. *De definitione Optionis.*
III. *Quotuplex ſit Optio, ſeu ius optandi.*

CAP. II.

Quo iure introducta ſit Optio: & continet tres Quæſtiones.

I. *Qua de cauſa introducta ſit Optio.*
II. *An, & quanto tempore conſuetudine induci poſſit ius optandi.*
III. *An, & quomodo poßit per ſtatutum induci ius optandi.*

CAP. III.

Quibus in rebus, ac beneficijs locum habeat Optio: & continet octo Quæſtiones.

I. *An in aliis beneficiis, quàm Canonicatibus, locum habeat Optio.*
II. *An poſſint optari domus Canonicales.*
III. *An Optio locum habeat, in beneficiis vacantibus apud Sedem, aut aliàs quomodocunque reſeruatis.*
IV. *An in beneficiis iuris patronatus locum habeat Optio.*

V.

Digitized by Google

V. *An in beneficiis, & præbendis, quæ permutantur, & reſignantur ſeu in ipſa permutatione, & reſignatione locum habeat Optio.*

VI. *An poſſit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologalis, Pœnitentiariæ, Doctoralis, Coadiutorialis in cura, vel alia ſimilis.*

VII. *An poſſit optari præbenda æqualis, aut minor, quæ aliqua de cauſa ſit magis grata.*

VIII. *An poſſit optari præbenda, vel domus in ipſa prima fundatione, vel constructione.*

CAP. IV.

Quinam optare poſſint: & continet octo Quæſtiones.

I. *An ſoli, & omnes antiquiores Canonici optare poſſint.*

II. *An excommunicatus poſſit optare.*

III. *An abſentes ab Eccleſia, ſaltem ex iuſta cauſa, poſſint optare.*

IV. *An Optio poſſit fieri per alium, ſeu, an alius nomine meo poſſit optare.*

V. *An clericus, qui non eſt in ſacris, optare poſſit.*

IV. *An cæcus, mutus, ſurdus, aut aliter corpore vitiatus poſſit optare.*

VII. *An, & quando ob animi vitium, aut defectum clericus ab Optione repellendus ſit.*

VIII. *An Coadiutor, vel Coadiutus optare poſſit.*

CAP. V.

De modo optandi, ſeu, qualiter fiat Optio: & continet quinque Quæſtiones.

I. *An Optio fiat ſemper gradatim.*

II. *An Optio ſemper fiat intra eundem ordinem, & gradum.*

III. *An aliquæ ſolemnitates requirantur in Optione.*

IV. *An Optio fieri debeat gratis, ſeu, an in ea committatur ſimonia.*

V. *An malè optans redire poſſit ad id, quod dimiſit; vel quomodo ei ſuccurratur.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

De Tempore Optionis, ſeu quando optandum ſit: & continet ſex Quæſtiones.

I. *Intra quantum tempus fieri debeat Optio.*
II. *An poſſit hoc tempus prorogari, vel minui.*
III. *An tempus viginti dierũ datũ ad optandum currat ſimul omnibus optare volentibus, an verò ſinguli, ſeu vnus poſt alium habeat viginti dies.*
IV. *An tempus hoc viginti dierum currat à die vacationis, an a die ſcientiæ eiuſdem vacationis, & quomodo.*
V. *An ſicut hoc tempus non currit ignoranti, ita etiam aliter iuſta de cauſa impedito, aut minori; vel ſaltem aliqua ratione eiſdem ſuccurratur.*
VI. *An tempore optionis vacet ipſo iure præbenda dimiſſa, vel alia, quam optans habeat.*

CAP. VII.

De præcipuis Optionis effectibus: & continet tres Quæſtiones.

I. *An per optionem mutetur præbenda ſola, an verò etiam titulus, & Canonicatus.*
II. *An optando quis mutet ſtallum in Choro, & quomodo*
III. *An per Optionem dimittatur penſio.*

CAP. VIII.

Quomodo tollatur Optio, ſeu ius optandi: & continet tres Quæſtiones.

I. *Quando, & quomodo derogetur Optioni.*
II. *An conſuetudo optandi tolli poſſit per non vſum.*

III.

Digitized by Google

III. *An conſuetudo, vel ſtatutum optandi tolli poſſit per contrariam conſtitutionem, vel conſuetudinem.*

Finis Indicis Capitum, & Quæſtionum ad Tractatum de Optione canonica.

Digitized by Google

APPROBATIO OPERIS.

Don Hieronymus Boerius Congreg. Cleric. Reg. S. Pauli Præpoſitus Generalis.

CVM hos tres Tractatus, de Diſtributionibus Quotidianis, de Decimis, ac de Optione canonica a R. P. D. Don Io. Petro Moneta Theologo, ac I. V. D. noſtræ Congregationis compoſitos, & olim impreſſos, nunc verò ab ipſo Auctore nonnullis additamentis auctos, duo eiuſdem Congregationis eruditi viri, quibus id commiſimus, recognouerint, atque in lucem edi poſſe probauerint: facultatem concedimus, vt typis mandentur, ſi ita Reuerendiſs. D. Viceſgerenti, & Reuerendiſs. P. M. Sacri Palatij placuerit. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloq. noſtro munitas dedimus. Datum Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ, quarto Nonas Octobris, 1617.

Don Hieronymus Boerius Præpoſitus Generalis.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Mag. Sac. Palatii Apoſt. lici.

Cæſar Fidelis Viceſgerens.

IVſſu Reuerendiſſimi P. Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici, Tractatus duos, alterũ de Decimis tam ſpiritualibus, quàm Papalibus, alterũ de Optione canonica a R. P. Don Ioanne Petro Moneta Sacræ Theologiæ, & I. V. Doctore noſtræ Congregationis iam compoſitos, & Mediolani impreſſos, perlegi cum ſuis Additionibus, & Indice; nec aliquid in ijs inueni fidei, aut bonis moribus minùs conſonum, immo multas materias valde practicas ſatis diſtinctè, ac breuiter in eiſdem tractari: ideo dignum exiſtimo, vt quam primum denuo prælo mandentur. In quorum fidem præſentem approbationem manu propria ſubſcripſi. In noſtro Collegio S. Caroli Romæ, die 6. Nouembris, 1617.

Don Conſtantinus Palamolla Clericus Regularis Sancti Pauli.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Magiſter, Reuerendiſs. P. F. Hyacinti Petronii Sac. Pal. Apoſt. Mag. Socius, Ord. Præd.

Digitized by Google

IO. PETRI MONETAE MEDIOLANENSIS CLERICI REGVL. S. PAVLI.

TRACTATVS DE DECIMIS.

BREVITER tractaturus quantum, & temporis anguſtiæ, & rei magnitudo patiuntur, ampliſſimam materiam Decimarum, omiſſis ijs, quę plus ſubtilitatis, & eruditionis habent, quàm neceſſitatis, aut vtilitatis; necnon relictis vt plurimum varijs Doctorum opinionibus, communiori, aut certè veriori ſententiæ adhærens, vtiliores quæſtiones reſolutiuè decidam. Et licèt Oblationum, & Primitiarum materia valde affinis ſit Decimali; illam tamen cōſultò prætermittam, quoniam & breuitati conſulo, & de Decimis dumtaxat aliquid ſcribere iuſſus ſum. Hunc ergo tractatū rei Decimalis perſpicuitatis cauſa in octo, ſeu nouem capita; eorumque ſingula, vbi opus fuerit, in aliquot quæſtiones diſtinguemus.

Primò enim videbimus, quo iure inuentæ ſint, & introductæ Decimæ.

Secundò, quid ſit Decima.

Tertiò, quotuplex ſit.

Quartò, quibus de rebus ſoluantur Decimæ.

Quintò, a quibus ſolui debeant Decimæ; vbi etiam de cauſis, quibus excuſantur aliqui a ſolutione.

Sextò dicemus de circumſtantijs loci, temporis, & modi ſolutionis Decimarum.

Septimò, quibus perſonis, & Eccleſijs ſoluendæ ſint.

Octauò, de modo procedendi circa exactionem Decimarum.

Nonò, & poſtremò Appendicis nomine agam breuiter de Decimis Papalibus.

Digitized by Google

SVMMAE RERVM.

1 *Decimæ originem habuerunt ante legem ſcriptam, quando ſolùm vigebat lex naturalis.*
2 *Vota gentilium circa decimas; & eorum decima, remiſſiuè.*
3 *Decimas non ſoluens tempore legis naturæ non peccabat contra legem naturalem: idem in eo, qui non ſoluit tempore legis Euangelicæ; num.4.*
5 *Decimæ a Deo inſtitutæ fuerunt, & olim ſaltem ſub veteri lege præceptæ; & non modo prædiales, ſed etiam perſonales; num.6.*
7 *Præceptum decimarnm, an ſit morale; & num.14.*
8 *Moralia præcepta veteris legis obligant etiam tempore nouæ legis.*
9 *Decimæ iure diuino nunc quoq; debentur ſecundum communiorem ſententiam Canoniſtarum. Et videtur in iure probari; nu.10. Contrarium Theologi omnes; nu.11. & aliqui Iuriſtæ; num.12.*
13 *Pręcepta cęremonialia, vel iudicialia veteris legis nunc legis vim non obtinent.*
14 *Pręceptum ſolutionis decimarum, an ſit morale, cæremoniale, vel iudiciale; & num.ſeqq.*
15 *Præcepta iudicialia veteris legis, an nunc ſeruari poſſint.*
16 *Præcepta iudicialia veteris legis quænam dicantur.*
17 *Pręceptum decimarum dici poteſt morale quoad ſubſtantiam; & num.36.*
18 *Præceptum decimarum, an, & quo modo contineatur in primo Decalogi pręcepto.*
19 *Chriſtiani in lege gratiæ quænam teneantur ſeruare ex diuino præcepto.*
20 *Explicatio illius loci Matt.5. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere; & num.ſeq.*
21 *Chriſtus Dominus quot modis adimpleuerit veterem legem.*
22 *Præcepta moralia legis Euangelicæ omnia ſunt iuris naturalis prę ter præcepta de Sacramentis, ac de fide. Idem in præceptis Decalogi, ſeu moralibus veteris legis; nu. 23.*
24 *Præceptum diuinum conſuetudine tolli, aut minui non poteſt.*
25 *Intellectus cap.in aliquibus, §.vlt. de decim.*
26 *Papa diſpenſare non poteſt contra ius diuinum.*
27 *Decima decimarum, ſeu alimenta Summo Pōtifici, quo iure debeantur; & ibi intellectus S. Thom. 2. 2.quæſt.87.art.4.ad 3.*
28 *Quęſtionis deciſio, ac iudicium.*
29 *SS.Patres, qui dixerūt, diuina lege decimas eſſe ſoluendas, quomodo intelligendi; & num.ſeqq.*
30 *Verba ſumenda ſunt in potiori ſignificatione.*
31 *Præſumptio vnica pluribus, ac vehementioribus præſumptionibus eliditur.*
32 *Canones, & Concilia, quæ indicant, decimas iure diuino deberi, quomodo explicandę ſint.*
33 *Decimæ quomodo dicantur eſſe Deo debitę.*
34 *Subditi tenentur iure diuino ſuſtentare paſtorem animarum ſuarum indigentem.*
35 *Explicatio illius loci Matth.23. & Luc.11. hęc oportuit facere, & illa*

non

non omittere: & illius Matth. 22. Reddite, quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo.

36 *Pręceptum decimarum quoad ſubſtantiam, hoc eſt, congruam ſuſtentationem miniſtrorum, eſt de iure diuino, quoad modum, de iure humano.*

37 *Praceptum decimarum inter pręcepta Eccleſię numeratur.*

38 *Decimę praceptę ſunt iure Pontificio.*

39 *Cauſæ, ob quas decimę introducta ſunt, remiſſiuè.*

40 *Deus O.M. reſeruauit ſibi decima in ſignum vniuerſalis dominij.*

41 *Decimę introducta quoq; ſunt ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum Dei, & Eccleſię.*

Quo iure inuentæ, & introductæ ſint Decimæ. Cap. I.

QVAERO PRIMO, An decimæ iuræ naturę inuentę ſint. Reſpondeo, eas originem
1 habuiſſe † ante legem ſcriptam, quando ſolùm vigebat lex naturalis; vnde legimus Geneſ. 14. quòd Abraham de omnibus, quæ a quinque regibus eripuerat, decimas dedit ſacerdoti Melchiſedech: de quo loquens D. Paulus ad Heb. 7. ait; Intuemini, quantus fuerit hic, cui, & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha; & Gen. 28. Vouit votum Iacob dicens, Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, &c. & paulò poſt; Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Alia ad hoc affert Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 2. Nauar. in Man. cap. 21. num. 28. & alij, quos refert Petr. Cened. in Collect. ad ius can. part. 1. collect. vl. De votis verò
2 † circa decimas, necnon de decimis ipſis Gentilium, & Ethnicorum, videre potes apud Rebuf. in ſuo tract. de decimis, q. 1. num. 2. 3. & 5. Varr. l. 5. de ling. lat. Plin. Plutarc. & alios, quos refert Couar. d. cap. 17. num. 2. Anaſtaſ. Germon. in ſuo mod. tractat. de Sacror. immun. lib. 1. cap. 14. num. 2. vſq; ad 15. & l. 3. cap. 19. num. 4. Io. Azor. par. 1. Inſtitut. Moral. lib. 7. cap. 34. quæſt. 2. & Petr. Greg. Tholoſ. præl. opt. Iuriſc. probiq; magiſt. l. 2. cap. 25. Puto tamen,
3 † homines ſub lege naturæ non fuiſſe ligatos ad ſolutionem decimarũ ſub peccato, ſed ſoluebantur vel ex conſilio, vel ex voto, vt concludit Rebuf. d. quæſt. 1. Tyndar. Doctor antiquiſſimus in ſimili tract. de decimi num. 9. & Abulenſ. ſuper Matt. 23. Vnde conſequenter dicendum, eum, qui nunc omittit decimas ſoluere miniſtris eccleſiæ, præſertim
4 non indigentibus, non peccare † contra ius naturale, ſed ſolùm contra ius poſitiuum Pontificium, vt mox dicemus. Peccat tamen contra iuſtitiam commutatiuam, & non ſolùm legalem, aut contra charitatem, vel miſericordiam vt bene docet Azor. d. cap. 34. quęſt. 8. quoniam, inquit, Eccleſiam iubens, decimam dari clericis, eo ipſo talem actum conſtituit in virtute iuſtitię, tribuens Parochis ius exigendi, & percipiendi decimas. vt enim lege ciuili tributa Principibus debētur, & qui ea Principi denegaret, & ſibi ſumeret, furtum committeret; ita qui decimam Parocho debitam ſibi retinet, alienum vſurpat,

pat,ac ſurripit. item ſacrilegus eſt, quia rem ſacris vſibus deputatam ſibi ſumit,cap.quicunq; & cap.decimas,16.quęſt.1.

Sed & iuri, omniq; æquitati conuenire legem hãc Eccleſiaſticam de decimis,contra Caiet.2.2.quæſt. 147.art.1.&Sot.lib.9.de iuſt.&iu.q. 4.art.1.latè probat Io.Azor. d. lib. 7.cap.36.quæſt.10.

QVAERO SECVNDO, An decimæ inſtitutæ ſint,& præceptæ de iure diuino.

Reſpondeo,†communem reſolutionem eſſe, quòd a Deo inſtitutæ fuerint,& olim ſaltem ſub veteri lege præceptæ; Deus enim Optimus Maximus Exod. 22. præcepit, eas ſolui;Decimas,inquit, & primitias tuas non tardabis offerre: & Leuit. vlt. Omnes decimæ terræ tuæ de pomis arborum, ſiue de frugibus,Domini ſunt,& illi ſanctificantur:& Numer.18.cum ſacerdotibus, qui & ipſi erant ex tribu Leui, dediſſet Deus omnia primitiarum iura, Leuitis conceſſit decimas omnium fructũ, & pecorum;Summo verò Sacerdoti decimam decimæ Leuitarum:&hoc quoad decimas prædiales, ſeu rea-
6 les. De perſonalibus vero† habetur 2.Eſdr.10. ibi; Leuitæ decimas habent in omnibus vrbibus,in quibus opus noſtrum exercetur;& Deuter. 12.Offeretis decimas, & primitias.

Dubium autem maximum eſt,an hoc præceptum nunc obliget.

Et quidem quòd obliget,illa ratio a quibuſdam affertur, quæ etiam latiùs infr. in primo Theologorum fundamento explicabitur,
7 quia† morale præceptum videtur, vt probare conatur Tyndar. d. tractat.de decim.nu.25. & Andr. Hiſp. in reg.decim.verſ.Quartò fui inter rogatus,n.1.moralia autem præce-
8 pta obligant etiam tempore nouæ legis,vt docent Theologi omnes, & tradit Gratianus,& ibi gloſ. in cap. fin.§.his ita,6.diſt.Sed quod decimę a Deo inſtitutæ ſint, & iure diui-
9 no † nunc quoque debeantur, ex Theologis tenuit Andr. Hiſp. ſup. verſic. decima eſt iure naturali, num. 1.5.6. ac 15. & Alber. Pigh. lib. 5. Hier. Eccl. cap.7. ex Canoniſtis verò gloſ.2. in cap.a nobis, & gloſ. penult. in cap. nuper,de decim.tradunt Doct.in rubr.& c.parochianos,c.in aliquibus,& c.tua,il 1. eod.tit.tenẽtq; expreſſè Tyndar. d. tract.de decim.num.10.& ſeqq. Rebuf.eod.tractat.quęſt.1.nu.14.gloſ. Archid.Franc.& alij in cap.1. de decim.in 6.Rot. Rom.deciſ.1. num.1. de decim.in antiq.& deciſ.14. num. 2.de iud.in no.& alij Canoniſtę paſſim.Eſt enim hęc opinio communis ferè omnium Canoniſtarum.Inmo
10 idem†quoq; ſenſiſſe videntur Sancti Patres Eccleſię Catholicæ lumina,ſancitumq; eſſe quis dixerit in Sacris Canonibus,& Concilijs,quorum ad id plurima referunt Canoniſtę in iuribus ſuperius allegatis, & mox allegandis, pręcipuè verò Anaſtaſ.Germon.d.trac.de Sacror. Immunit.lib.3.cap.19.num.15. vſque ad 30. ex quibus illa dumtaxat loca ipſi ſeligemus,quę maius negotium faceſſere videntur, vt ijs deinde reſpondeamus.Primùm ergo D. Hieron.ad Damaſum Papã ſcribens habet hęc verba,quę etiam referuntur in cap.fin.16.quęſt.1. Quod autem Beatitudo tua quęſiuit, vtrum

vſus

Digitized by Google

vſus decimarum, & oblationum ſecularibus prouenire poſſit; nouit veſtra Sāctitas, omnino nō licere, proteſtantibus hoc diuinis auctoritatibus paternorū canonū, quamobrē; ſi aliquando fuerint ab eis malè detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, &c. Sanctus quoque Ambroſius Serm. 1. de Quadrageſima, cuius verba referuntur in cap. nam qui Deo, 16.q.2. Qui Deo, inquit, nō vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non ſtudet reddere, quod iniuſtè ab eo abſtulit, non timet adhuc Deum; & ignorat, quid ſit vera penitentia, veraque confeſſio. Deniq; B. Auguſtinus Serm. 219. de tempore relatus in cap. decimæ tributa, 16. q. 1. quòd ſi decimas, inquit, dederis, non ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animę conſequeris. Non igitur Dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem; Deus enim noſter, qui dignatus eſt totum dare decimā à nobis dignatus eſt recipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturā; ſed ſi tardiùs dare peccatū eſt, quātò peius eſt nō dediſſe? & paulò poſt; hæc eſt enim Dei iuſtiſſima conſuetudo, vt, ſi tu illi decimam nō dederis, tu ad decimam reuoceris. Idem verò magis expreſsè definiuiſſe videntur Romani Pontifices, & hæc ſit poſterior Canoniſtarum ratio. Nicolaus enim 2. in cap. admonemus, quod eſt 2. 16. q. 1. aliáſq;, & veriùs, Concil. Mogunt. primum; hæc enim verba habentur in eo Concil. cap. 38. admonemus, inquit, atque præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipſe Deus dari conſtituit. Gregor. vij. in cap. 1. 16. q. 7. oportet autem cōgruentiùs nos decimas, & primitias, quas iure ſacerdotum eſſe ſancimus, ab omni populo accipere, quas fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachiæ prophetæ; Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Alexan. iij. Remenſi Archiepiſcopo reſcribens in cap. parochianos, de decim. ait; cum decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Domino ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt. & Innocen. iij. Vercellen. Epiſcopo in cap. tua il primo, de decim. reſpōdit in hæc verba; Imperialis conceſſio quantumcunque generaliter fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtitutione debentur: & idē in cap. ſeqq. quod incipit, tua nobis; nimis, ait perfectò videtur iniquum, ſi decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcipit, ſuas eſſe decimas, & primitias, aſſeuerans, occaſione præmiſſa, vel excogitata magis fraude diminui valeant, cum debita ſit ſolutio decimarum in tātum, vt ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipſe pro ſuo cultu cōceſſit, laici, ſi moniti reddere noluerint, Eccleſiaſtica ſint diſtrictione cogēdi: & poſt pauca; prætextu verò nequitiæ clericorum nequeunt eas, niſi quibus ex mandato diuino debentur, pro ſuo arbitrio erogare. Denique idemmet Innocen. in Concil. generali Lateranen. ſeu in cap. in aliquibus §. fin. de decim. habet hæc verba; Ille quippe decimæ neceſſariò ſoluendæ ſunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci conſuetudine

dine

dine approbata. Verùm in alijs quoque Concilijs id ipſum definitũ videtur. nam in Rotomagenſi Concil. habetur, omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur boues, &c. & poſt pauca; Sed quia modò multi inueniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, vt ſecundùm Domini noſtri præceptum, admoneantur ſemel, & ſecundò, & tertiò. & in Concil. Mogunt. decimas Deo, & Sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, & Iacob promiſſis inſinuat; deinde lex ſtatuit, & omnes Sancti Doctores commemorant. Tandem idem ſenſiſſe videntur Oecumenicæ Tridentinæ Synodi Patres, dum ſeſſ. 25. cap. 12. de reform. decimarum ſolutionem debitam Deo eſſe dixerunt. Quin etiam nonnulli ex Canoniſtis ſcripſerũt, (eritq; hoc tertium, ac poſtremum huius prioris ſententiæ fundamentum,) præceptum hoc diuinum ſoluendi decimas haberi expreſsè in lege noua. Et quidem Innoc. in cap. fin. de paroch. & alien. paroc. ſub finem, & Tyndar. d. tract. de decim. nu. 10. afferunt illud Luc. 18. à Phariſæo dictum, Decimas do omnium, quæ poſſideo. Secũdò allegant illud Matth. 10. dignus eſt operarius cibo ſuo, ſeu mercede ſua, vt habetur Luc. 10. necnon cap. 9. 1. ad Corint. cuius tamen verba aliqua non referũt, illa verò eſſe poſſunt; quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? & paulò poſt, ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Rebuf. autem d. tract. de decim. quæſt. 1. Innocen. loc. cit. & Germon. d. cap. 19. num. 31. & ſeqq. adducunt illud Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, qui decimatis mentum, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem; hæc oportuit facere, & illa non omittere: quod idem ijſdem ferè verbis habetur Luc. 11. Deniq; Germon. ac Rebuf. loco cit. & Andr. Hiſp. in d. reg. decimar. verſ. quartò fui interrogatus nu. 3. in fine adducunt illud Matth. 22. vbi Chriſtus Dominus ait; Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, hoc eſt Decimas; nihil etenim, inquit Germon. d. cap. 19. nu. 35. magis Dei eſt, quàm decimæ; nam ipſemet Deus dixit Exod. 22. & Deuter. 12. Decimæ, & primitiæ meæ ſunt, vbi tamen hoc non dicitur, ſed voluit fortaſſe allegare Leuit. 27. & Malach. 3. Hæc igitur pręcipua ſunt fundamenta opinionis Canoniſtarum: ex quibus Innocen. iiij. ita huic opinioni adhæſit, vt contrariũ ſentientes hæreticos appellet in cap. fin. n. 3. de Parochian. & alien. Paroch. In quo tamen illud obiter adnotandum eſt, non ideo hanc opinionẽ Canoniſtarum definitã eſſe de fide, quòd præfatus Innocent. iiij. Summus Pontifex gloſando, ſeu tanquã Doctor interpretando canonem eã ſecutus ſit, & contrarium ſentientes hæreticos appellauerit; Papa enim gloſando non condit ius, neque rem definit tanquam de fide; ita idẽmet Innocen. in cap. per tuas, il ſecondo nu. fin. de ſimon. Archid. & Gemin. in ſumma diſt. 20. Abb. in cap. Capellanus colum. 3. de fer. Fel. in cap. ne innitaris col. 1. de cõſtit. refertq; Io. An. in cap. ſolet, num. 3. de ſent. ex-

Digitized by Google

excomm.in 6.Hoſtienſ.atteſtantem, ſæpe ſe audiuiſſe Innocen.dicentem, quòd non intendebat,vt ſuę gloſ.facerent ius.

Contrariam igitur opinionem, nimirum, quòd decimæ nunc iure
11 diuino non debeantur, † ſecuti ſunt omnes ferè Theologi,ex quibus etiã eſt Adrian. Papa quodlib. 5. art. 1. prout eum refert Rebuf. d. quæſt.1. num. 12. & 13. eandem ſententiam ex antiquis ſecutus eſt Vgo de Sancto Vict.lib.1.de Sacramen.par.11. cap. 4. & 11.Aſtenſ.2.par. ſuæ ſummæ lib. 6. tit.35. rub. de decim.Alphonſ.Thoſtat.Epiſ.Abulen.Matth. 23.quæſt.90. S.Anton.2.par.ſumm. tit.4.cap.3.§.5. S.Thom. 2.2.q.87. art.1. & ibi ex recentioribus Caiet. & alij Thomiſtæ,Sot.lib.9. de iuſt.& iur.q.4.artic.1.Alph.Caſtr. communem hanc Theologorum aſſerens, lib. de hęreſ. verb. decima, quibus ſanè Theologis magis hac in re, quàm Canoniſtis credendum videtur,quicquid poſt Anch.in diſputat. incip. antiquis,& modernis temporibus,& M. Anton. Natt. conſ.136. num.8. lib.1. dicere voluerit Anaſt. Germon. d. cap.19. num.15.agitur enim de iure diuino interpretando, quod ſanè ad Theologicam facultatem, eiuſque ſectatores pertinere, nemo eſt, qui dubitare poſſit; illud autem certum eſt,peritis in quaque arte,& facultate, cùm de re ad eam ſpectante agitur,potiùs,quam alijs, ſtandum eſſe,Bart.& alij in l.1. ff.de ventr. inſpic.& §. quod autẽ, Auth. de non alien. reb. Eccleſ. cæterique Doct. paſſim. Verùm hanc eandem
12 ſententiã, pręter Theologos, † nõnulli quoque Canoniſtæ ſecuti ſunt; id enim expreſsè aſſerit,& fusè oſtẽdit Couar.ſummæ eruditionis,& inter iuris Pontificii profeſſores, atq; interpretes magnæ auctoritatis vir d.lib. 1. variar. reſolution. cap.17. num. 2. & 3. traditque eius præceptor maximus ille vir propter ſingularem doctrinam cum pari vitæ integritate coniunctam numquam ſatis laudatus Mart. Nauar.in Manual.Confeſſ.cap.21.num.28.& 31. tract.de redit. Eccl. quæſt.1.monit. 59.num.1.& conſ.2.num.3.& tit.de decim. vol. 1.poſt eos verò acutiſſimus, idemque doctiſſimus Fernan. Vaſq.lib.2.Cõtrouerſ.Illuſt.cap.89. num. 1. in fin. & alij nonnulli, quos infra ad finem quæſt.recenſebimus. Eidem quoque ſententiæ ſubſcripſerũt Summiſtæ ferè omnes, qui vel Canoniſtæ,vel certè canonum haud quaquã ignari fuerũt verb.decima.

Huius ſententiæ pręcipua fundamenta hęc ſunt. Primum, quod ab omnibus affertur, illud eſt, quoniam pręcepta veteris legis cęremonialia,vel iudicialia in lege Euã-
13 gelica † vim ampliùs legis non obtinent,vt cõſtat ex Apoſtolo ad Galat. 3. ait enim Priuſquam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quę reuelanda erat: itaque lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt in fide iuſtificemur: at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo.Et rurſus ad Hębr.7.idem Apoſtolus ait; Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat; quę etiam verba referuntur in cap. tranſlato, de conſt. idque ſatis definiuit Innocen. iij. in cap.vnic.de purific.poſt par.Doctoreſque omnes paſſim tradiderunt,

atque

Digitized by Google

atque ex Theologis S. Thom. 1. 2. quęſt. 103. art. 3. & quęſt. 104. art. 3. Alenſ. 2. par. ſum. quæſt. 3. Scholaſtici in 4. ſentent. diſt. 3. vbi D. Bonauent. art. 3. quæſt. 2. Scot. quæſt. vlt. ex Iureconſultis Gratian. in cap. fin. §. his itaque, aliàs his ita, diſt. 6. latè Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. num. 8. & Couar. d. cap. 17. nu. 1. fere per totum. Præceptum autem
14 decimarum, † eſt cæremoniale, vt videtur Couar. d. cap. 17. num. 1. verſ. hinc non immeritò, faceturque tandem Tyndar. d. tract. de decim. nu. 27. ex eorum tamen cęremonialium genere, quæ magis pertinebāt ad deuotionem quandam, ac ritum ſacrificiorum, eorumque ornatum, quàm ad futuræ legis, Chriſtiq; naſcituri præfigurationem; cuiuſmodi ſunt veſtes Sacerdotum, altare, thurificatio, & alia his ſimilia, quæ etiā poſt legem Euāgelicam ſtatuta fuerunt, & ab Eccleſia ſeruantur, vt optimè comprobat Couar. loc. mox alleg. dicetur autem cæremoniale præceptum decimarum, ſiue quia quodammodo ad Dei cultum pertineat, cum in recognitionem ſupremi dominij creaturarū, quod Deus habet, inſtitutæ fuerint, vt infr. hoc eodem cap. quæſt. vltim. oſtendetur; ſiue quia, qui dat decimam retentis nouem partibus, ſignificat imperfectionem ad ſe pertinere, perfectionem verò per denarium numerum deſignatā, quę erat futura per Chriſtum, eſſe expectandam à Deo, vt ait D. Thom. 2. 2. quęſt. 87. art. 1. ad 1. argum. ſubdens, non propter hoc eſſe propriè cęremoniale pręceptū, ſed potiùs iudiciale, quod etiam tenere videtur Tyndar. d. tract. de decim. num. 26. & verius eſſe aſſerit Couar. d. cap. 17. num. 2. in princip. Nauar. d. cap. 21. nu. 28. & Henric. Henriq. tom. 1. ſum. Theol. Mor. lib. 7. cap. 27. nu. 1. idque iure optimo: tum quia, vt ait D. Thom. d. artic. 1. ad 1. & ſatis probat idemmet communiter receptus 1. quęſt. 104. art. 3. in hoc differunt cęremonialia, & iudicialia veteris legis pręcepta, quòd cęremonialia ſeruari non poſſunt tempore legis nouę, cum mortifera effecta ſint, dempto tamen eo genere, quod mox commemoraui;
15 iudicialia † verò, cum ſolùm mortua ſint, licèt non obligent tempore gratię, tamē obſeruari poſſunt abſq; peccato, ad eorumq; obſeruantiam aliqui obligantur, ſi auctoritate illorum ſtatuantur, quorum eſt legem condere: tum quia iudicialia pręce-
16 pta † dicūtur, & ſunt ea, quibus determinatur commune præceptum de iuſtitia obſeruanda inter homines, vt docet S. Thom. 1. 2. quæſt. 99. artic. 4. ſeu quæ inſtituta ſunt ad æqualitatem inter homines ſeruandam, vt docet idem S. Thom. 2. 2. quæſt. 87. art. 1. ſeu denique illa, quę pertinent ad iuſtitiam hominibus exhibendam, iuſque vnicuique tribuendum, vt probat Couar. d. c. 17. nu. 1. in princip. & fatetur Germon. d. lib. 3. de Sacr. immunit. cap. 19. num. 50. Cum igitur per præceptum decimarum ſuum Sacerdotibus, & Leuitis aſſignatum fuerit, determinatumque ſit commune præceptum de iuſtitia inter homines obſeruanda, ac denique inducta fuerit æqualitas ſecundùm conditionem populi illius, cui lex dabatur, cum enim vndecim tribus poſſeſſiones omnes haberent,

berent, debuit Leuitica, quæ illis ca rebat, diuiniſq; obſequiis tota erat mãcipata, à reliquis tribubus partẽ aliquam prouentuum habere, quę diuina tũc inſtitutione decima fuit, vt optimè deducit S. Thom. d. q. 87. art. 1. cum inquam hoc ita ſit, debuit hoc pręceptum decimarum tanquã iudiciale dici, atque adeo cenſendũ eſt, nunc fuiſſe abrogatum, quod in ſpecie adnotarunt Nauar. d. nu. 28. Henriq. d. num. 1. S. Thom. d. art. 1. vbi Caiet. & alij, ac deniq; Couar. d. num. 2. in princip. Neq; huic priori rationi obſtat, quod Tyndar. d. tract. de decim. num. 25. & Germon. d. cap. 19. num. 48. pro eiuſdem rationis ſolutione aſſerunt ex eodem-
17 met D. Thom. d. art. 1. † præceptum decimarum eſſe etiam morale, quatenus præcipit, vt ſubueniamus illis, qui nobis ſpiritualia adminiſtrãt iuxta illud Deuter. 25. non alligabis os boui trituranti, & Pauli 1. Corinth. 9. quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? & poſt pauca; ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? dantur enim decimæ in ſuſtentationem eorum, qui ſpiritualia miniſtrant, vt conſtat ex illo Malach. 3. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea, latiuſq; oſtendetur infr. hoc eod. cap. quæſt. vlt. ad fin. Reſpondebunt enim Theologi, & alii poſterioris ſententiæ ſequaces ex D. Thom. d. art. 1. inde ſolùm probari, pręceptum hoc in communi, ſeu, vt alij loquuntur, quoad ſubſtantiam eſſe morale, quatenus cum naturali ratione, ac iure conuenit, dictante, quòd miniſtri ſpiritualium ſuſtentontur; determinationem verò ipſam, ſeu taxationem decimæ pertinere ad iudiciale pręceptum, vt nimirum ſeruaretur æqualitas inter populum illum ſecundùm eiuſdem populi conſuetudinem; atq; adeo quoad ſuſtantiam & in communi talę præceptum diuinum perſeuerare, quo fideles ſpiritualium miniſtrum alere tenentur, ex proprijſque reditibus, ac prouentibus ſuſtentare. Non obſtat ſecundò, quòd dixit Germon. d. cap. 19. num. 46. cum ſeq. & Andr. Hiſpan. in Reg. ſeu Trac. de decim. verſ. quarò fui interrogatus, num. 1. quem ſub nomine quorundam Theologorum refert Rebuf. d. tract. de decim. quæſt. 1. num. 16. præceptum decimarum ideo morale dici poſſe, atq; adeò durare tempore legis Euange-
18 licæ, quoniam † ſub primo Decalogi præcepto continetur, quo Deum piè, ſancteq; colere iubemur; tum quòd, vt ait Germon. Deo debetur honos maximus, Exod. 19. & Malach. cap. 1. honoratur autem Deus etiam in decimis; ait enim Auguſt. ſerm. 219. de tempore, ſi decimas dederis, non ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animæ conſequeris: Nõ igitur, ſubdit ibi Auguſt. Dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem: quæ verba habentur quoq; in cap. decimas, 16. quæſt. 1. tum quia, vt ait Hiſpan. loc. cit. adoratio, quæ Deo debetur, eſt cultus latriæ, qui quidem eſſe non poteſt ſine Dei obſequio, ſeruitio, ac recognitione: vnde Deuter. 10. & Luc. 4. legimus; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: per ſolutionem autẽ decimarum Deum recognoſcimus,

Digitized by Google

vt conſtat ex cap.tua nobis, de decim.latiſúq; oſtẽdetur infr.hoc eod. cap.quęſt.vlt.circa princip. Reſpondent enim ad hoc Theologi,quos etiam ſequitur Rebuf.d.num.16.ideo propriè pręceptum decimarum in primo Decalogi pręcepto non contineri,quoniam in eo pręcepto non taxatur certa quota, quę danda ſit pro recognitione : quin etiam in eo non determinatur modus recognoſcendi Dei ſupremum dominium; neque magis hic, quàm ille modus exprimitur,ac præcipitur. Accedit quòd ideo dici poſſe videtur,hoc pręceptum decimarum non contineri in primo Decalogi, quoniam non ad Deũ per ſe immediatè,& directè, ſed ad proximum,mediatè verò, & indirectè ad Deum O.M. dirigitur, & ſpectat; primum autem pręceptũ Decalogi per ſe, ac directè pertinet,ordinatq;nos ad Deum, ſicut & duo ſequentia, quæ ideo dicuntur pręcepta primę tabulę, vt cõſtat ex S.Thom.2.2.quęſt. 100. art. 5. Nauar. in Manual.Confeſſ.cap. 21. nu. 23.cum ſeqq. & nouiſſimè ex eruditiſſimo viro Card.Tolet. in Sum. Inſtruct.Sacerd.lib.4.cap. 12.& ſeqq. Hoc igitur eſt primum,ac pręcipuũ, ferèq; commune Theologorum, aliorumq; qui poſteriorem ſententiã contra Canoniſtas ſequuntur,fundamentum;non tamen ab vllo hucuſq; quem viderim, ita latè confirmatũ: quod adhuc non mediocriter, meo quidem iudicio,ſequentibus Couar. rationibus roboratur. Altera ergo, & ſecunda huius opinionis ratio, ſeu fundamentum à Didaco in allegat. lib.1.var.reſolut.cap.17.num. 2.verſic.pręterea decimas,affertur; ſub lege enim Euangelica ea ſolùm

19 lege diuina † tenemur ſeruare, quę à Chriſto Domino etiam per eius Apoſtolos nobis pręcepta ſunt; iuxta illud Matth.vlt. docentes eos ſeruare omnia quęcunque mandaui vobis. Atqui de ſoluendis decimis nullum extat pręceptum neque in Euãgelijs,neque apud Apoſtolos: igitur non tenemur lege diuina ſoluere decimas. Reſpondet Germon.d. lib. 3. de Sacror.immunitat.cap.19. num. 36.immo in Euangelio fieri mentionem decimarum,Matth.22.& 23.ac Luc. 11. ſed quid hoc ad rem? aliud enim eſt mentionem aliqua de re in Euãgelio fieri,aliud eam ibi à Chriſto Domino mandari;quòd ſi id de pręcepto intelligit,iuxta ea,quę ſupra in tertio, ac poſtremo Canoniſtarum fundamento allata;ſunt,huic 1
rei paulò poſt ſatisfiet,cùm ad cæteras quoq; illorum rationes reſpondebitur. Interim verò quatenus idẽ Germon.eod. num. 36. in ipſis primis verbis ait,quòd,cum in nouo teſtamento nihil de decimis immutatum ſit, veriſimile eſt,eandem decimam partem Chriſtum confirmare voluiſſe, qui ſe non ad diſſoluẽdam, ſed ad implendam veteris Teſtamẽti legem veniſſe apud Matthęum profiteatur; ait enim Matth. 5. Non veni ſoluere legem,ſed adimplere.

20 Reſpondebunt Theologi.quòd † omnino non poteſt intelligi locus hic, quaſi vniuerſam legem antiquam voluerit Chriſtus Dominus confirmare;nam clarum eſt,immo de fide, iudicialia, cęremonialiaq; præcepta eſſe abolita, vt ſupra oſtenſum eſt. intelligendus ergo erit, ſeruato hoc ſenſu,de moralibus tantùm præceptis,

Digitized by Google

21 ptis. ſed melius dic,† Chriſtum adimpleuiſſe legem veterem, non autem ſoluiſſe: primò; quia ſuppleuit id, quod deerat in lege quoad finem, iuſtificando, quod lex facere non poterat, vt explicat Chryſ. in Matth. relatus à D. Thom. in Caten. & ipſemet D. Thom. 1. 2. quæſt. 107. art. 2. & quoad complementum figurarũ, complendo, quod lex vetus de ipſo figurabat; ita D. Thom. d. art. 2. & quod Prophetæ de eo prædixerunt, vt exponit Auguſt. contra Fauſt. relatus in d. Caten. pro quo id facit, quod ſtatim ſubditur in Euangelio; Amen quippe dico vobis, donec trãſeat Cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. ſecundò, quia Chriſtus adimpleuit legem; tum opere, nihil tranſgrediendo legalium, voluit enim circumcidi, & alia legalia obſeruare; ita Chryſoſt. loc. cit. & S. Th. d. art. 2. tum doctrina, idq; tripliciter: primò verum intellectum legis exprimendo, ſicut patet in homicidio, & adulterio, in quorum prohibitione Scribæ, & Phariſæi non intelligebant, niſi exteriorem actũ prohibitum; vnde Dominus legẽ adimpleuit, oſtendendo, etiam interiores actus peccatorum cadere ſub prohibitione; deinde ordinando, quomodo tutiùs obſeruaretur, quod lex vetus ſtatuerat; ſicut lege veteri periurium prohibebatur; hoc verò tutius obſeruatur, ſi, vt Chriſtus præcepit, omnino à iuramento abſtineamus, niſi in caſu neceſſitatis: deniq; ſuperaddendo quædam perfectionis conſilia, vt patet ex Matth. 19. vbi diceti, ſea obſeruaſſe omnia præcepta legis dixit Chriſtus Dominus; Vnum tibi deeſt, ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; ita explicat S. Thom. d. art. 2. ferèq; exponit D. Augu. loc. al leg. Atq; hæc quoad ſecundam rationem pro poſteriori hac in re ſententia, quæ eſt Theologorum. Tertia ratio, quam pro eadem opinione affert Couar. d. cap. 17. num. 2. verſ. præterea decimas, ea eſt, quo-
22 niam † in lege Euangelica nullum præceptum continetur, quod non ſit morale naturalis legis, præter præcepta de Sacramentis, ac de fide, vt ſatis probat S. Tho. 1. 2. quæſt. 108. art. 1. & 2. & quodlibet 4. artic. 13. at præceptum decimarum neq; eſt morale legis naturalis, vt ſatis oſtẽſum eſt ſupr. neq; etiam ad ſacramenta, fideiue articulos pertinet: igitur in lege Euangelica non continetur. Reſpondet Germon. d. cap. 19. num. 36. & ſeq. præſuppoſitum B. Thomæ videri aliquantulum claudicare; nam, ſi id dicamus, fateri, inquit, etiam oportebit, nos non obligari præceptis Decalogi, cum ea ad fidem non ſpectent, ſacramenta non reſpiciant, nec iuris ſint naturalis. Sed manifeſto errore labitur Germon. illud enim apud omnes expeditum eſt, præcepta Decalogi, ſeu præ-
23 cepta moralia veteris legis † iuris naturalis eſſe, vt probat S. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 1. per totum, docetq; Gratian. in cap. fin. §. his ita. vbi Gloſ. & ceteri, 6. diſt. quin etiam parum ſibi conſtare videtur Germon. nam idemmet d. cap. 19. paulò ante, nimirum ſub num. 15. docuerat cum Sot. lib. 2. de iuſt. & iur. q. 5. art. 4. concl. 2. quòd moralia veteris legis præcepta, qualia communi om-

nium conſenſu ſunt pręcepta Decalogi, adhuc legis virtutem habent, & ſemper,habebunt non ex poteſtate veteris legis, ſed ex eo, quòd ſint a natura ipſa prodita,& conſtituta, & a Chriſto Ieſu in lege Euangelica nobis tradita. Quarta ratio Couar.
24 loco cit.eſt,quoniam † obligatio exequendi diuinum præceptum, etiam pro parte, nulla conſuetudine tolli poteſt,vt probat tex.in cap. fin. de conſuet.vbi omnes Doct.id adnotarunt; atqui obligatio ſoluendi decimas, modò aliàs miniſter ſpiritualium non indigeat,& minui, & in totum tolli poteſt, vt probat, inquit Couar.text.ſine vlla ſophiſtica inter
25 pretatione intellectus † in cap. in aliquibus, §.vlt. de decim. Reſpondet Germon. d.cap. 19. num. 38. & ſeqq.Concilium Generale ita intelligendum eſſe, vt velit,decimas ſoluẽdas eſſe,ſiue quæ iure diuino, ſiue quę ex cõſuetudine debentur. Verũ ſi legatur tex.cum copula, & vt legit ipſe Germon.facile tollitur eius reſponſio;requiritur enim vtrumq; copulatiuè,nimirum, vt debeantur lege diuina, & ſimul conſuetudine ad hoc,vt ſoluendæ ſint decimæ; ſi verò legatur cum diſiunctiua, vel, vt habent omnes codices, res maiorẽ habet difficultatem. Sed adhuc communis eſt intellectus Gloſ. ibi, & aliorum, vt conſuetudo in omnibus decimis attendatur: & iure; nouum enim eſt,& hucuſq;ipſis etiam Canoniſtis incognitum, aliquas decimas ex ſola conſuetudine deberi. Verum præter hunc tex.alius etiam eſt, qui nullam pati videtur tergiuerſationẽ in cap.dilecti, de decim. mandat enim ibi Summus Pontifex,illas decimas ſolui, quæ antea ſolui conſueuerunt.Hanc verò rationem aliter eui tare nituntur Gloſ.& Canoniſtę in d. cap.in aliquibus, dicentes, hanc conſuetudinem,vt excuſet à ſolutione,vel imminuat decimam,debere eſſe approbatam à Papa. ſed,dum vnum ſcopulum vitare conantur, in alium incidunt: Papa enim diſpenſa
26 re † non poteſt circa ius diuinum, vt ex Theologis probat S. Tho. d. quodlib. 4.art.13.& 1.2.quæſt.100. art. 8. ex Canoniſtis verò Fel. cap. quæ in Eccleſiarum num.19. de conſtit.& alij, quos adducemus infr. cap.5.quæſt.2.concl.2.vbi etiam ad id iura afferemus,quæq; huic rationi aduerſari videntur, facilè diſſoluemus.Si ergo Papa priuilegio concedit exemptionem à ſolutione decimarum,vt ex ipſiſmet Canoniſtis,& iuribus expreſſis oſtendemus d.concluſ.2.conſequens eſt,vt decimæ iuris diuini Euangelici non ſint. Ad eandem rationem refertur,quod de præſcriptione dicemus d.c.5.quæſt. 5. vbi demonſtrabimus,tã clericos, quàm laicos præſcribere poſſe exẽptionem à ſolutione decimarum ſaltem pro parte; cum tamen clariſſimi iuris ſit,præſcriptionem in diuinis præceptis nullatenus admittendam eſſe,vt tradũt Doct. in cap. fin. de conſuet.in rubr.& cap.cauſam, quæ,de præſcript. eſt enim ius diuinũ immutabile,5.& 6. diſt. ferè per tot. Quinta, & poſtrema ratio Couar. d. verſic. præterea decimas,il-
27 la eſt,quòd † eodem iure, quo decima plebi Iſraeliticæ fuit indicta ad alimenta Leuitarum,fuit itidem ipſis Leuitis indictum Num.18.vt decimam decimarum ſummo Sacerdoti ſol-

ri ſoluerent; quę tamen decima decimarum ſub lege Euangelica non debetur iure diuino, nec ſoluitur Summo Pontifici. Reſpondet Germon.d.cap.19.num.46. ex doctrina S.Thom.2.2.quæſt.87.art.4.ad 3.argum. quòd eadem ratione ſacerdotes nouæ legis tenentur Romano Pontifici decimam decimarum ſoluere, ſi exigat. At primùm quidem S.Thom. non loquitur de decima decimarum, ſed de decima ſimpliciter. deinde, quod ait, eadem ratione, non intelligit de aliquo pręcepto diuino, ſed de illa naturali quadam ratione, qua tenentur ſubditi moderatorib. ſuis, ac Rectoribus præſertim ſpiritualibus alimenta ſubminiſtrare, & ob quam Deus O.M. in veteri lege præcepit, vt decimæ leuitis ſoluerentur; idq; patet ex verbis, quæ ſtatim ſubijcit S.Thom. refertq; Germon.d. num. 46. naturalis enim, ait D.Thom. ratio dictat, quòd illis, qui habent curam animarum, de communi multitudinis ſtatu prouideatur, vnde poſſint exequi ea, quæ pertinent ad communem ſalutem. ſic pariter ratio naturalis dictat, Chriſtiani populi ſummum moderatorē ab eius ſubditis, quorum pręcipuam curam gerit, alendum eſſe iuxta ipſius dignitatis conditionem, quæ ſuprema eſt Chriſtiani orbis; & ideo iuſtiſſimum eſt ei à clericis partem aliquam Eccleſiaſticorum redituū pro tanti oneris impenſis miniſtrari; ita Couar. loc.cit. inde admonens & ipſe, quod ait S. Tho. intelligendū potiùs eſſe de congrua portione ad Summi Pręſulis alimenta, honeſtāq; ſuſtentationem, quàm de vera, & propria decima decimarum parte.

Hæc ſunt fundamenta vtriuſque ſententiæ tam Theologorum, quàm Canoniſtarum in ea quæſtione, an decimarum ſolutio in lege Euangelica iuris diuini nūc ſit, hoc eſt, diuina iuſſione, an ſolùm Eccleſiaſtica conſtitutione ſit facienda. Quam quidem quæſtionem ideo fuſiùs, & ad partes præter morem noſtrum diſputauimus, quoniam ſatis ardua eſt, in eaq; duarum nobiliſſimarum facultatum profeſſores ita inter ſe diſſident, vt nullo diſtinctionis fœdere conciliari poſſint. Illa enim diſtinctio, vt decimæ quidem prædiales iure diuino debeantur, non item perſonales, ſed humano tantùm, quam facit Hoſt. in Summa tit. de decim.q.7. approbatq; Henr. Boich.c. peruenit, eod.tit. & Fel.cap. cauſam, quæ, de præſcript. & communi vſu receptam aſſerit Card.cap. 1. de decim. non probant cæteri Canoniſtæ, qui æquè de omnibus decimis affirmant, eas diuino iure nunc deberi; ac diſertè Innoc.d.cap.fin.de paroch. per illud Deut. 12. offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, decimas, & primitias manuum veſtrarum; & Num.10. ſed voluit allegare 2.Eſdr.10. ipſi leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operū noſtrorū. item quia maior eſt ratio, quòd ſoluatur decima de eo, quod producit manus tamquam dignius, quàm de eo, quod producit humus. Quoniā igitur hac planè de cauſa altera illarum opinionum à nobis quoq; eligenda eſt, antequam noſtram ea de re ſententiam profe-ramus, illud tam Theologos, quàm Canoniſtas admonitos, rogatoſq; eſſe volumus, vt, quia vtrique in hac con-

Digitized by Google

controuerſia terminanda proprio iudicio ſtandum eſſe contendunt, illis aſſerentibus, de diuino iure, his de humano interpretando tractari, vt etiam optimè diſſerit Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 4. in princ. ne lis hæc immortalis fiat, ſed ei finis tandem aliquãdo imponatur, id totum alicuius arbitrio, & iudicio relinquant, qui vtramq; facultatem, & Theologiam nimirum, & iuris prudentiam calluerit; qui enim, vt ait Philoſophus, inter duo diſtinguere vult, debet vtrumq; cognoſcere. Proferatur igitur in medium maximus ille, & conſultiſſimus Theologus Io. a Turrecremata Cardinalis; huic, qui vtramq; facultatem, hoc eſt, Theologicam, & vtriuſq; iuris ſcientiam coniunxit, ſummaq; cum laude profeſſus eſt, propter maximam auctoritatem contradicere, eiuſq; iudiciũ detrectare neq; Theologi, vt opinor, neq; Canoniſtæ omnino audebunt. is in cap. reuertimini, num. 5. & 6. 16. quæſt. 1. cum quæſtionem propoſuiſſet, an decimæ ſint de præcepto, vel de conſilio, ſentit cum Alex. Alenſ. & S. Thom. ac decidit, quoad ſuſtentationem miniſtrorum eſſe præceptum diuinum de ijs ſoluendis; quoad determinationem verò eſſe præceptum Eccleſiæ, eiuſdẽ quoq; ſententiæ fuit Sacræ Theologiæ, & I. vtriuſq; Doctor non contemnendus, ac de vtraq; facultate benemeritus Thom. Zerol. in ſua Prax. Epiſc. Verb. decimę in princip. Huic
28 ſententiæ† ego quoq; vtriuſq; facultatis, Iuriſprudentiæ nimirum, ac Theologiæ Laurea in almo, & celeberrimo Gymnaſio Ticinenſi donatus ſubſcribo, ac Theologis omnibus (Alber. Pighio, & Andrea Hiſpano exceptis, qui Canoniſtis adhęrere maluerunt) nonnulliſq; præterea, vel iuris tantùm prudentiæ, vel eius ſimul, ac Theologiæ profeſſoribus accedo, calculumq; meum lubens adiungo; tum propter illorum Doctorum auctoritatem, tum propter meliora, firmioraq; quibus eorum ſententia nititur, fundamenta a nobis ſuperiùs ita confirmata, vt labefactari nulla ratione poſſint, quàm ea ſint, quibus Canoniſtæ ſuam adſtruunt opinionem, quæq; haud difficilè infirmari, & euerti poſſunt.

Ad primum igitur fundamẽtum, quod ſumebatur ex auctoritate San
29 ctorum Patrum commodè illa† generalis reſponſio accommodatur, quam tradunt Couar. d. cap. 17. nu. 2. verſ. & præter has rationes, Vaſq. d. cap. 89. num. 1. verſic. quòd autem decimæ; nimirum, id, quod Sancti illi Patres ſcriptum reliquerunt, vel Deum decimas ſibi reſeruaſſe, vel etiam ſtatuiſſe, vt ſoluerentur, non ad nouum, ſed ad vetus Teſtamentũ referendum eſſe, ad cuius exemplar, & imitationem Eccleſia Catholica ſub lege gratiæ eandem decimam fructuum partem in Eccleſiaſticorũ miniſtrorum alimenta ſoluendam eſſe cenſuit. quod autem de veteri non item de nouo teſtamento intellexerint D. Hieron. Ambroſius, & Auguſtinus ex eo conſtat, tum quia teſtimonijs veteris Teſtamenti, non autem noui hac in controuerſia vſi ſunt, id quod inter cæteros adnotauit Couar. loc. mox alleg. tum quia nullam Euangelicæ legis, aut Chriſti Domini, quæ Dei, & hominis notio,

Digitized by Google

tio eſt, ſed Dei dumtaxat mentionẽ fecerunt, ad eumq; præceptum hoc decimarum retulerunt, ex quo tollitur replicatio Germon. d. cap. 3. num. 31. dicentis, ſanctos illos Patres, Pontificeſq; & Concilia de iure diuino nouo potiùs, quàm veteri
30 voluiſſe intelligere, cum verba † accipi debeant in potiori ſignificatione, l. 1. ff. ſi ager vectigal. petat. hæc
31 enim præſumptio † duabus illis vehementioribus præſumptionibus mox allatis eliditur, iuxta tex. in l. Diuus, ff. de in integ. reſt. & l. non ſolùm, ff. de rit. nupt. cum alijs allatis per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 472. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 29. & 30. Verùm ad D. Hieron. teſtimonium illa quoq; reſponſio magis aptatur, quòd loquatur de iure canonum; ait enim, proteſtantibus hoc diuinis auctoritatibus paternorum canonum; canones verò aliqua ratione diuinum ius dici poſſunt, vt conſtat ex tex. iuxta plurimorum interpretationem in cap. 2. de priuil. in 6. ibi, iuris diuini, & humani, videlicet; canonici, & ciuilis, ob eam nimirum rationem, quòd ea, quæ ab Eccleſia, ſummoq; in primis Pontifice de plenitudine officij fiunt, non ab homine, ſed a Deo, diuinaq; auctoritate facta dicantur, cum non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerat in terris, vt ait Inn. 3. in c. quanto, de translat. Epiſc.

Hac verò vtraq; reſponſione ſic
32 confirmata tollitur quoq; † alterũ Canoniſtarum fundamentum, quod ex Pontificijs ſanctionibus, Concilijſq; ſumebatur; quod enim ait Nicol. 2. ſeu Concil. Mogunt. 1. item Gregor. 7. & Alex. 3. apertè refertur ad legem veterem, ad cuius imitationem ibi quoq; præcipitur decimarum ſolutio. Similiter Inn. 3. in cap. tua il. 1. intelligendus eſt de diuina conſtitutione, quæ in veteri lege continebatur; ſed & commodè exponi poteſt de conſtitutione Pontificia, & Eccleſiaſtica, quę iure optimo diuina dici poteſt, vt mox oſtendimus. In cap. verò ſeq. manifeſtè loquitur de veteri lege; nam illa verba, ſuas eſſe decimas, & primitias aſſeuerans, apertè referuntur ad illud Malach. 3. in quo configimus te? in decimis, & primitijs, vt ſenſit ibi Gloſ. in verb. ſuas, ad id allegans c. reuertimini 16. quæſt. 1. vbi illa verba Malach. inſeruntur, vel referuntur ad illud Leuit. 27. omnes decimę terrę, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt; nullibi enim dixit Dominus in Euangelio, decimas ſuas eſſe, ſic etiam intelligendus eſt Paſchalis 2. quem nullus Canoniſtarum, quem viderim, allegauit, dum in cap. decimas, 16. quæſt. 1. ait; decimas à populo Sacerdotibus, ac Leuitis eſſe reddendas, diuinæ legis ſanxit auctoritas. Ita etiam commodè explicari poteſt, quod ait Innoc. 3. in Conc. Later. relatus in c. in aliquibus, §. vlt. de decim. illas decimas ſoluendas eſſe, quæ diuina conſtitutione debẽtur; mãdat enim ibi Pontifex, vt ſoluantur decimæ, quæ in veteri lege ſoluebantur, eam legem imitatus, ac iudiciale illius præceptum innouans; quod facere potuit, vt ſupra ex Theologis ipſis admonuimus; qua etiam ratione explicatur, quod ex Rotomagenſi Cõcilio adducebatur: nam relato Domini præcepto decimarum in anti-

Digitized by Google

qua lege, ſtatuitur, vt mox quoq; ſoluantur, eiuſq; rei admoneantur fideles ſemel, ſecundò, & tertiò, iuxta Domini noſtri præceptum, antequam excommunicentur; hoc autem præceptũ illud eſt, quod habetur Matth. 18. vt frater admoneatur ter, antequam ſit nobis ſicut Ethnicus, & Publicanus. Quod verò ex Concil. Moguntin. de Abraham, & Iacob affertur potiùs conſilium reſpicit; fuerunt enim illi ante legem Moyſis ſub lege naturę, quo tempore decimę non debebãtur, niſi ex conſilio, vel voto, vt quæſt. præced. ſatis oſtendimus. Id autem, quod ſubditur, legem id ſtatuere, vel ad legem veterem, vel ſummorum Pontificum referri poteſt, vt indicant verba illa ſequentia, & Sancti Doctores commemorãt. Denique; quod ait Trident. Concil. & ab
33 alijs quoq; innuitur, † decimas eſſe Deo debitas, procedit, ſiue quia nũc quoq; ex Eccleſiaſtica inſtitutione ſoluuntur in recognitionem vniuerſalis dominij, quod Deus habet, vt quęſt. ſeq. in princip. oſtendemus, ſiue quia ſoluuntur ad ſuſtentationẽ miniſtrorum, & ſacerdotum Dei, qui & dij vocantur Exod. 22. & Pſal. 81. Ego dixi dij eſtis, eoq; loco à Deo habentur, vt ſacerdotibus debitum ſibi debitum exiſtimet, iniuriamq; illis illatam ſibi inferri putet, vt conſtat ex cap. reuertimini, vbi Gloſ. 16. quęſt. 1. & Luc. 10. qui vos ſpernit me ſpernit, cum alijs ſimil.

Ad tertium deniq; ac poſtremum Canoniſtarum fundamentum, quod ſumebatur ex quibuſdam Euangelij locis, facilè, ac breuiter reſpõdetur. Primo enim fruſtra adducitur illud Phariſæi Luc. 18. Decimas do omnium, quę poſſideo, etenim illa non ſunt verba Chriſti Domini, ſed Phariſęi iactantis, ſe adimplere legem Moyſis, & quędam etiam facere, quę erant de cõſilio; quem Chriſtus non laudauit, ſed potiùs reprehendit. Quod autem affertur ex Luc. 10. & 1. ad Corinth. 9. alijſq; ſimilibus noui Teſtamenti locis, quibus pro-
34 batur, † miniſtrantibus ſpiritualia deberi à fidelibus ſuſtentationem, id gratis concedunt Theologi; inde tamen non fit, decimas quoad determinationem, ſeu modum deberi in lege Euangelica, ſed tantùm quoad ſubſtantiam, quatenus nimirum congruam ſuſtentationem miniſtrorum continent, quod libenter admittunt S. Tho. d. quęſt. 87. art. 1. Vaſq. Turrecr. Couar. & alij omnes, qui poſteriorem ſententiam ſequuntur. Secundò, quod adducitur ex Matth. 23. & Luc. 11. vbi Chriſtus Dominus, cum aliquid de decimis prę miſiſſet. ſubdit; hęc oportuit facere, nihil obeſt; primùm enim non dixit Chriſtus, hęc oportet facere, ſed oportuit, quod innuit prętéritam, nõ præſentem præcepti obligationem; præterea alloquitur Chriſtus Scribas, & Phariſæos non autem Apoſtolos, nos verò illud tantùm ex diuino præcepto ſeruare tenemur, quod Apoſtolis Chriſtus præcepit, iuxta illud Matth. vlt. docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Iure autem optimo Chriſtus Dominus potuit non modò cõſulere, ſed etiam præcipere Iudæis, vt tunc decimas ſoluerent; lex enim vetus quoad præcepta quoq; iudicialia, & cæremonialia ſeruari poterat, ac debebat ſaltẽ vſque ad Chri-

Digitized by Google

ſti paſſionē, quando dixit, conſummatum eſt; in quo conueniunt D. Auguſt. & Hieron. communiſq; ſchola Theologorū, vt conſtat ex S. Thom. 1.2. quæſt. 103. art. 4. & 104. art. 3. Sot. lib. 2. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 4. concl. 3. & nouiſſimè ex Ludouic. Carbon. tract. de legib. lib. 16. diſput. 9. ferè per totā. Deniq; † quod
35 affertur ex Matth. 22. Reddite, quæ ſunt Dei Deo, hoc eſt, decimas, quas Deus ſuas eſſe aſſeuerat, facilè tollitur. nam præterquam quòd Chriſtus tunc alloquebatur non Apoſtolos, ſed Herodianos, Iudęoſq; ipſum Chriſtum capere volentes in ſermone, dum interrogarent, liceret ne cenſum dare Cæſari, an non; atq; adeò diuinum præceptum, quod nos obliget, colligi non poteſt, per ſupra dicta; ſi enim aliquid efficeret hæc inductio, probaret, quòd nunc quoq; teneremur reddere Domino feras ſyluarum; nam ait Spiritus ſanctus Pſal. 49. Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues; & tamen mox dixerat Nō accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hyrcos. Similiter teneremur adhuc in lege noua ad præceptum illud cæremoniale offerendi, & ſanctificandi Domino primogenita tam de hominibus, quàm de iumentis, de quo præcepto habetur Exod. 13. & 34. Leuit. 27. & Numer. 8. ibi enim conteſtatur Dominus, ea ſua eſſe, quod aſſerere hæreticum eſſet ex ſupradictis. Atq; ex his ſatis, vt reor, factum fuit iis, quæ contra Theologos obiiciebant Canoniſtæ. Sic etiam ferè reſpondent latè, ſatiſq; hanc Theologorum opinionem defendentes, quos non niſi poſt paratam iam ſecundam hanc huius Tractatus editionem legi; Illuſtriſſimus Card. Bellarm. optimè de Rep. Chriſtiana meritus, tom. 1. Controuer. 5. gener. lib. 1. c. 25. & Io. Azot. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 34. q. 4. & 5. per totum. Quæſt. verò 6. aliter reſpōdet ſacræ Scripturæ locis & rationi Innoc. quib. probare nititur, decimas quoq; perſonales iure diuino nunc deberi. Sed ea reſponſio optima eſt vbi Scripturæ loca ab Innocen. allegata nil aliud haberent, quā decimam omnium bonorum ſolui debere Leuitis: poſſent enim exponi de decimis prædialibus, quoniam nullam partem prædiorum obtinebāt Leuitę, vt dicitur Num. 18. Quare cum expreſſe ſatis loquantur ea loca de perſonalib. decimis, inhærendum eſt reſponſionibus allatis quoad decimas generatim, præcipuè, quòd illud præceptum tanquā iudiciale, vel cæremoniale nunc ceſſet. Quoad ſubſtantiam ergo, hoc eſt, quoad congruam ſuſtentationē
36 miniſtrorum, dici poſſunt † decimæ de iure naturali, & diuino; quoad modum verò, quòd nimirum hæc ſuſtentatio fiat per viam decimarum, eſt id de iure humano, vt latè, & optimè explicant præcitati Doct. & in hoc conſiſtit hæc opinio; quæ etiam vel ex eo probabilis redditur, quòd
37 præceptum decimarum † inter Eccleſiæ præcepta numeratur; & quidē abſolutè, non autem cum aliqua modificatione, vt ita dicam, loci, vel tēporis, prout præceptum confeſſionis, & communionis, quod ſecūdùm ſubſtantiam, & abſolutè ſumptum vtrūq; diuinū eſt, modificatū tamen quoad locum, & tēpus ab Eccleſia.

Digitized by Google

QVAERO TERTIO, An decimæ præceptæ ſint iure Pontificio?

38 Reſpondeo, † omnibus notum eſſe, quod ſic; de hoc enim ſunt infiniti prope tex. in cap. decimæ, 16. q. 1. cap. omnes decimæ, 16. quæſt. 7. & omnia c. tam Decretal. quàm 6. & Clem. ſub hoc tit. de decim. vbi omnes Doctores hoc clamant, & in Conc. Mogunt. 1. cap. 38. ſic dicitur, admonemus, atq; præcipimus, vt decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipſe ſibi dari conſtituit; & Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat. docet, decimas debitas eſſe Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadere, earumq; ſolutionem præcipit ſub pœna excommunicationis; idemq; probant omnia Concilia, & iura in præcedenti quæſt. latiùs allegata.

QVAERO QVARTO, Quam ob cauſam introductę ſint decimę?

39 Reſpondeo, multas † eſſe cauſas, ob quas introductę ſunt, quas recenſet inter alios Rebuf. d. trac. de dec. q. 2. nu. 1. & ſeqq. Tynd. eod. tract. nu. 14. cum ſeqq. & Io. Azor. d. cap. 34. quęſt. 10. ſed illæ duæ præcipuæ ſunt; Altera, quòd Deus Optimus Maxi-
40 mus † eas ſibi reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominij, cap. cum non ſit, & cap. tua, il 2. de decim. & colligitur ex Concil. Mogunt. & Trid. locis alleg. hanc cauſam affert Rebuf. d. quæſt. 2. num. 1. Tyndar. d. tract. num. 17. & 43. & Andr. Hiſp. d. verſ. decima eſt iure naturali, nu. 8. & hoc firmant Canoniſtæ omnes in cap. 1. de decim. in 6. vbi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam Boer. deciſ. 236. & Capit. deciſ. 20. num. 5. Viu. opin. 153. verbo, conſuetudo non ſoluendi, Benincaſ. tractat. de paupert. quæſt. 7. in 6.
41 ſpeciali, num. 2. Altera cauſa eſt † ſuſtentatio miniſtrorum Dei, & Eccleſiæ, cap. ſi ergo, 12. quæſt. 1. cap. nouum, de decimis, quod idem adnotarũt Tynd. Rebuf. & Hiſpan. locis citatis, Couar. d. c. 17. n. 2. Sarmien. tractat. de redit. eccleſ. cap. 4. num. 8. D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. q. 4. art. 1. & alij quotquot de decimis ſcripſerunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Definitio decimæ, quæ explicatur; num. ſeqq.*
2 *Decima ſoluitur de omnibus bonis, licitè tamen quæſitis; num. 3.*
4 *Decima eſt quota pars, hoc eſt, vnũ ex decem; & ſi quando ſoluitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima; nu. 5. & cur hæc potiùs quota, quàm alia electa ſit a Deo; num. 6.*
7 *Denarius numerus eſt primus terminus numerorum, & perfectionem ſignificat.*
8 *Deus reſeruauit decimam partem tamquam Leuitis ſufficientem, populo autem non moleſtam.*
9 *Primitiæ, & oblationes in quo differant a decimis; & quid ſint; num. 10.*

Quid ſit Decima. Cap. II.

QVAERO PRIMO, de definitione decimæ.

Reſpondetur, quòd omiſſis alijs deſcriptionibus, ſic poteſt
1 † definiri; omnium bonorum licitè quæ-

quæſitorum quota pars Deo, eiuſque miniſtris, diuina inſtitutione, humana verò conſtitutione, dictante etiam naturali ratione, debita. Hæc definitio colligitur quoad ſui partes ex infraſcriptis iur. & allegatis Doct. maximè verò ex Couar. d. num. 2. & Rebuf. d. tract. quæſt. 4. Hoſtienſ. in ſum. tit. de decim. §. quid ſit decima, & Card. conſ. 26. pro euidentia, Turrecrem. in cap. reuertimini, num. 7. 16. quæſt. 1. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 6. & alijs. Primò dicitur
2 in definitione, omnium † bonorum, vt probatur in cap. non eſt in poteſtate, de decim. ibi, de omnibus bonis decimæ ſunt miniſtris eccleſiæ tribuendæ, & patebit ex infra dicendis, cap. 4. quæſt. 1. Secundò dicitur,
3 licitè † quæſitorum; habetur enim in cap. ex tranſmiſſa, hoc tit. noſtro, fidelis homo de omnibus, quæ acquirere poteſt, decimas erogare tenetur: illa enim, quæ iniuſtè quis acquirit, tenetur reſtituere, aliàs peccatũ non remittitur, cap. peccatum, vbi Doct. de regul. iur. in 6. cum ſimil. & Deus de noſtra ſubſtantia honorandus eſt, Prouerb. 3. & ſpecies quædam furti eſt de alieno largiri, l. ſi pignore, ff. de furt. & quod decima de illicitè acquiſitis ſolui non poſſit, nec debeat, latè probat Tyndar. d. tract. num. 45. & ſeqq. Rebuf. eodem tractat. q. 5. num. 18. & 19. Hiſpan. in reg. decim. verſic. tertiò quærebatur, num. 2. 3. & 4. & verſic. decimò fui interrogatus, num. 3. 4. & 5. & nos infra d. cap. 4. quæſt. 2. vbi hoc latiùs diſtinguemus. Tertiò ſubditur in definitione, quota pars, hoc
4 eſt, decima, † cap. 1. & cap. cum homines, & per totum, hoc tit. licet enim aliquando ſoluatur duodecima, quintadecima, vigeſima, vel a-
5 lia † quota, ſemper tamen habetur pro decima, vt conſtat ex cap. in aliquibus, §. fin. cum ſuis concord. eod. tit. & fuſiùs de decim. & latè probat Rebuf. d. tract. q. 13. nu. 46. & ſeqq. Tynd. eodem tract. nu. 31. 32. & 34. quicquid dicere voluerit contra iuta expreſſa Hiſpan. d. reg. decimarũ, verſic. decima eſt iure naturali, num. 13. & 15. de quo etiam nos infra cap. 5. quæſt. 4. Quartò dicitur, Deo, eiuſq; miniſtris debita. Hæc pars colligitur ex dictis in ſuperiori cap. quæſt. 4. vbi cauſas attulimus, cur introductæ ſint decimæ. Reliqua pars definitionis patet ex eodem ſuperiori cap. quæſt. 1. 2. & 3. maximè verò ex Couar. d. cap. 17. num. 2. & 3. & Vaſq. d. cap. 89. num. 1. & ſeqq.

QEAERO SECVNDO, Cur magis electa fuerit decima pars, quam vigeſima, vel alia quota.

Reſpondeo, quòd quamuis Innocen. in rubr. de decim. dicat, nullam poſſe aſſignari rationem, cum Dei incomprehenſibilia ſint iudicia: Hoſt. tamen in cap. a nobis, de decim. & S. Thom. d. quæſt. 87. artic. 1. quem ſequuntur Tyndar. d. tract. de decim. nu. 29. & Rebuf. eod. tract.
6 quæſt. 2. num. 8. dicunt, † quòd ideo Deus elegit numerum denarium,
7 quia erat † primus terminus numerorum, cum vltra eum non procedatur, niſi iteretur, & ſic aliquid perfectionis habet; vt etiam latè inter cæteros oſtendit Tiraquell. de præſcript. §. 1. gloſſ. 4. in princip. & Petr. Bung. de myſter. numer. tit. de numero denario; vnde qui dat decimam retentis nouem partibus, ſi-

Digitized by Google

gnificat,imperfectionem ad ſe perti nere, perfectionem verò a Deo ex-
8 pectandam;& Deus iſtam† partem, tanquam Leuitis ſufficientem, & populo non moleſtam retinere voluit,vt ſcribit Abul.ſuper Matth.23. quæſt.56.

Valet tamen conſuetudo, vt loco decimę vigeſima,vel quintadecima, vel alia quota portio ſoluatur, vt iam præmonuimus, & latiùs trademus infra cap.5.quæſt.4.concl.1.

QVAERO TERTIO, Quid differant decimæ a Primitijs, & Oblationibus.

Reſpondeo,communem illam di-
9 ſtinctionem eſſe,quòd decimæ† ſunt quota pars frugum,& aliorum licitè acquiſitorum debita ex pręcepto Eccleſiæ miniſtris, vt ſupra declara-
10 tum eſt;at verò primitiæ † ſunt ſolùm primæ,quæ naſcuntur, fruges, ſeu prima frugum pars; oblationes autem,quicquid Deo, vel eccleſiæ, eiuſue miniſtris voluntariè exhibetur, regulariter loquendo. Hęc diſtinctio apertè colligitur ex Doct. ferè omnibus ſup. allegat. maximè vero ex Soto d. l. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 3. art. 1. & quæſt. 4. art. 1, D. Tho. & Caiet. 2.2. q. 86.& ſeq. art. 1. Rebuf. d. tract. de decim. q. 1. num. 17. & ſeqq. Tyndar. eodem tract. num. 84. & tribus ſeqq. Hiſpan. d. tract. reg. decim. quæſt. 7. & 8. Petr. Greg. Tholoſ.Partit.iur. can. l. 1. tit. 23. & duobus ſeqq. Doct. in rubr. de decim. Marian. Soc. in tract. de oblat. libel. 1. & quinque ſeqq. Troyl. Maluit. ſimil. tract. ferè per totum. & Io. Azor. par. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. cap. 38. ac nouiſſimè Franc. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. præſertim cap. 3. 8. & 9. quem auctorem non niſi poſt hęc a nobis ſcripta vidimus.

SVMMAE RERVM.

1 *Genera decimarum quot, & quæ ſint.*

2 *Quarta Epiſcopalis, vel potiùs decima Papalis ſubrogata eſt loco decimæ, quam olim ſoluebant* Leuitę *Sacerdotibus.*

3 *Oblationes, quæ fiunt ad ſacrificium, quarumdam decimarum veteris legis loco ſubrogatæ ſunt.*

4 *Species decimarum quamplures, remiſſiuè.*

5 *Decimarum communis eſt diuiſio, vt aliæ ſint prædiales, ſeu reales, aliæ perſonales.*

6 *Prædiales, ſeu reales decimæ, quænam ſint.*

7 *Perſonales decimæ, quæ ſint.*

8 *Venationum, & aucupiorum decimæ an ſint reales, perſonales, vel mixtæ: & quid de fœtibus animalium; num. ſeq.*

9 *Mixtarum decimarum ſpecies an detur.*

10 *Perſonales decimæ etiam nunc debentur. Idem, & multò magis de realibus, & mixtis; num.* 11.

Quotuplex ſit Decima. *Cap. III.*

QVAERO PRIMO, Quot ſint genera decimarum?

Reſpódeo,quòd,vt habetur in c.1. de decim.olim fuerunt in ve-
1 teri lege† quatuor genera decimarũ.Primum earum,quæ ſoluebantur à populo Leuitis, de quibus Exod.

22.

Digitized by Google

32. & 2. Eſdr. 10. Et hæc erat decima frugum pars, quam etiam debet ſoluere populus Christianus, vt infra dicam capit. ſeq. Secundum erat earum, quas Leuitæ ex decimis ſibi ſolutis dabant Sacerdotibus, de quibus, Num. 18. Et loco harum ſub-
2 rogata eſt † quarta, quæ datur Epiſcopo à presbyteris parochialibus, vt reſoluit Tynd. d. tract. de dec. n. 1. & Abb. d. c. 1. de qua habetur, & traditur per Doct. in c. requiſiſti, de teſt. vel potiùs illa decima, quæ aliquando imponitur per Sũmũ Põtificem, ſuper beneficijs, vt docet D. Thom. d. quæſt. 87. art. 4. ad 3. Rebuf. d. tractat. de decim. quæſt. 3. num. 3. & Couar. d. cap. 17. num. 3. de quo genere nos hic non agimus, de eo autem habetur in Clem. fin. de decim. & in Extrau. vnic. eod. tit. in commun. & vtrobique per Doct. & nos ſeparatim agemus in poſtremo cap. quod Appendicis loco erit ad hunc, quem inſtituimus, tractatum. Tertium genus erat decimarum, quas in horreis recondebat, & ſeparabat quiſque de populo, vt comederet eas, cùm iret in templum Hieruſalem, accerſitis in veſtibulo templi Sacerdotibus, & Leuitis ad conuiuium Deut. 12. & 14. de quo etiam in can. his ita, 13. quæſt. 1. harum au-
3 tem loco † ſubrogatæ ſunt illæ oblationes, quæ fiunt ad ſacrificium. Quartum genus erat earum decimarum, quæ pauperibus erogabantur, vt habetur Deut. 16. & hæ hodie quoque, licèt impropriè, remanent; debemus enim quod ſupereſt dare in eleemoſynã pauperibus, Luc. 11.

QVAERO SECVNDO, Quot ſint ſpecies decimarum?

Reſpondeo, quod ſumendo primum genus decimarum ex quatuor ſupradictis, quoniam illi propriè nomen decimarum conuenit; omiſſis
4 etiam alijs † ſpeciebus decimarum, quæ aut in vſu non ſunt, aut ex perſonis, quibus ſoluũtur, alijſque qualitatibus ſumptæ conſtituuntur, de quibus latè per Rebuf. d. tract. de decim. q. 3. num. 14. & multis ſeqq. & Hoſtien. in ſum. tit. de decim. §. quot ſint eius ſpecies; potiſſima, & communis decimarum diuiſio illa † eſt, nimirum, in perſonales, ac reales, ſeu prædiales; quam amplectitur Tynd. d. tract. num. 4. Rebuf. d. quæſt. 3. num. 28. vbi etiam dicit, eſſe communem partitionem; hæc etiã colligitur ex Hiſpan. de reg. decim. in princip. ex S. Thom. 2. 2. quęſt. 87. art. 2. Sot. d. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 3. art. 2. Couar. d. c. 17. num. 2. & ex omnibus, qui de decimali materia ſcripſerunt.

Prædiales, ſeu reales decimæ
6 ſunt, quæ de fructibus perceptis ex re, vel prædio ſolui debent, cap. 1. c. ad Apoſtolicæ, & c. peruenit, de decim. tradit Rebuf. d. q. 3. nu. 32. Hoſtien. d. §. quot ſint eius ſpecies, Tynd. d. num. 4. & alij paſſim. tales ſunt decimæ frumenti, & vini. Perſo-
7 nales † ſunt, quæ ex acquiſitis ex induſtria, artificio, vel contemplatione perſonæ ſolui debent, tex. d. c. ad Apoſtolicæ, & ibi Gl. & in cap. decimæ, 16. quæſt. 1. huiuſmodi ſunt pecuniæ ex negotiatione, vel ex bello
8 acquiſitæ. ad has † etiam reducuntur venationes, piſcationes, & aucupia, vt voluit Innoc. in c. non eſt in poteſtate, de decim. cui conſentire videtur Tynd. vbi ſup. num. 5. & Rebuf.

Digitized by Google

buſ.d.tract.quæſt.8.num.15. quam quam & reales appellare poſſemus, ſeu etiam prædiales, quoniam in terra, & aqua viuunt, ac gignuntur, l. cum quidam, ff. de fund. inſtruc. ad quod facit c.commiſſum, de decim. niſi velimus conſtituere tertiam
9 † quandam ſpeciem decimarum mixtarum, prout non ſine ratione conſtituit Hoſt. in ſum. tit. de decim. verſic. quot ſint eius ſpecies, Rebuſ.d. q. 3. num. 33. in qua ſpecie ijdemmet collocant fœtus animalium, per rationes, & iura, de quibus per eos; quod & facit Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 3. Nauar. conſ. 1. num. 8. de decim. volum. 1. & in Man. cap. 21. num. 29. vbi etiam admittunt d. ſpeciem mixtarum decimarum.
10 Hæ vero decimæ perſonales † etiã nunc debentur, Inn. in cap. fin. de paroch. Gloſ. cap. fin. de pæn. diſtin. 6. Butr. & Abb. in cap. in aliquibus, de decim. Rebuſ. d. q. 3. num. 30. & eſt tex. ſatis claru sin cap. decimæ, 16. q. 1. vbi Gloſ. & Doct. optimus etiã tex. in cap. paſtoralis, vbi omnes, de
11 decim. Quoad reales † vero & mixtas clariſſimi iuris eſt, patetque tum ex tot. tit. de decim. tum ex ſup. dictis, & inf. dicendis.

SVMMAE RERVM.

1 *Decima ſoluenda eſt de omnibus terræ fructibus, & alijs prouentibus.*

2 *Decima ſoluitur de omni frumento, & grano. Idem in palea; num. 3. Idem in fabis, & alijs leguminibus; num. 4. Idem in nucibus, caſtaneis, & alijs fructibus arborum; num. 5.*

6 *Decima ſoluitur de fœno, quod in faſciculos redigitur, & nu. 11.*

7 *Decima ſoluitur ex lino, & canape. Idem in croco; nu. 8.*

9 *Decima ſoluitur de vino. Idem de oleo, & melle; num. 10.*

11 *Hortorum decima quomodo ſoluatur.*

12 *Ager; qui ſæpius in anno fructus profert, toties decimabitur.*

13 *Lignorum decima ſoluitur Parochia, vbi creuerunt.*

14 *Paſcuorum, hoc eſt, paſturæ iumentorum decima ſoluitur, ſi locentur, ſeu vendantur; eſtq; prædialis decima.*

15 *Decima ſoluitur de lacte, lana, fœtu, & alijs fructibus animalium.*

16 *Animalium decima cui Eccleſiæ ſoluatur; & quid de lacte, lana, & fœtibus; num. 17.*

18 *Decima ſoluitur de apibus, earũq; fructu, cera, & melle.*

19 *Decima ſoluitur de venatione. Idẽ de piſcatione, & piſcarijs; num. 20. Idem in aucupio; num. 21.*

22 *Decima ſoluitur de domibus, ſeu earum penſione: & quid ſi conſtruatur domus in agro; nu. 23.*

24 *Decima ſoluitur de omni artificio; atq; adeo de negotiatione; nu. 25.*

26 *Milites ſoluere debent decimam de captis in iuſto bello; immo etiam de ſtipendijs; num. 27.*

28 *Aduocati, & Doctores, qui militare dicuntur, tenentur de ſuo lucro decimam ſoluere. Idem in Procuratore, ſeu Cauſidico, & notario; nu. 29.*

30 *Decima ſoluitur de lucro aduentitio, & profectitio.*

31 *Mer-*

Digitized by Google

31 *Mercenarius de mercede ſua ſoluit decimam.*
32 *Decima ſoluitur de furnis, hoc eſt, de commodo illorum.*
33 *Decima ſoluitur de lapicidinis, & quomodo. Idem in auri, aliorumue metallorum fodinis; num. 34.*
35 *Molendinorum quorumcunque decima ſoluitur, & quomodo.*
36 *Decima ſoluitur de omni lucro.*
37 *Decima non ſoluitur de legato, vel hareditate, neque de quibuſcunque immobilibus acquiſitis, ſeu potius eorum acquiſitione; nu. 38.*
39 *Illicite acquiſitorum decima prædialis ſoluenda eſt.*
40 *Decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum.*
41 *Decima ſoluitur ex terra ſeminata furtiuo ſemine.*
42 *Perſonalis decima de illicitè acquiſitis ſoluitur, vbi dominium transfertur, nec competit ſoluenti repetitio: ſecus ſi vel dominium non transfertur, vel ſi transfertur, datur repetitio; nu. 45.*
43 *Meretrix, & hiſtrio ſoluunt decimam perſonalem: Eccleſia tamen ab his non recipit, niſi pœnitentiam egerint; nu. 44. & 49.*
46 *Decima ſolui non debet de captis in bello iniuſto, cum ea obnoxia ſint reſtitutioni.*
47 *Vſurarum, ac rerum per vſuram acquiſitarum decima perſonalis non ſoluitur.*
48 *Dominium vſurarum, & rerum per vſuram acquiſitarum transfertur in vſurarium, quàmuis detur repetitio.*
46 *Meretrix quamuis turpiter accipiat, non tenetur tamen ad reſtitutionem eorum, quæ acquiſiuit ex meretricio.*
50 *Nouale quid ſit, & quomodo definiatur.*
51 *Decima ſoluitur etiam ab habente priuilegium noualium de agro nuper ad culturam redacto, ex quo aliquid non modicum antea percipiebatur.*
52 *Noualium decimæ ſoluendæ ſunt vbi de eis quis non habeat priuilegium.*
53 *Noualium decimæ debentur Parochiæ, in cuius finibus ſurgunt. Quid ſi noualia appareant intra duas Parochias, & neſcitur, in cuius finibus; num. 54. & quid ſi limites apparent; num. 55.*
56 *Religioſi omnes ſunt exempti à ſolutione decimarum de noualibus, quæ proprijs manibus, ſeu ſumptibus excolunt; eſtq; huiuſmodi priuilegium perpetuum. Idem eſt in Templarijs, & Hoſpitalarijs; nu. 57. ſecus ſi ab his exemptis ea noualia tradantur alijs excolenda; num. 58.*
59 *Exempti à ſolutione decimarum de noualibus, tenebuntur ſoluere ſi ad id ſe pacto adſtrinxerint, aut ſoluendo tacitè renunciauerint priuilegio; num. 60. Idem ſi Eccleſia olim ex ijs haberet emolumentum, aut inde poſtea enormiter aderetur; num. 61.*
62 *Priuilegium exemptionis noualium quomodo perpetuum dicatur.*
63 *Exempti à ſolutione noualium ſoluunt decimas de noualibus conductis. Item de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Conc. Generale; nu. 64.*
65 *Priuilegium conceſſum clericis percipiendi*

cipiendi decimas aliena Parochia comprehendit etiam noualia. Secus ſi conceſſum fuerit laicis, licèt decima in feudum fuerint data; num. 66.

67 *Priuilegium non ſoluendi decimas ad noualia non extenditur; Secus vbi priuilegium ſolùm conceſſum fuit de non ſoluendis decimis de laboribus propriis; num. 68.*

69 *Priuilegium non ſoluendi decimas noualium, intelligitur de ijs noualibus, in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis quaſi poſſeſſionem iuris percipiendi decimas; vel quæ eo tempore iam pro ſciſſa fuerant.*

70 *Priuilegium percipiendi decimas noualium aliquibus conceſſum pro ea parte, qua veteres poſſidebant, non extenditur ad aliam, quàm illam partem: probarent autem, ſe poſſediſſe aliquam partem tempore priuilegij, ſi eam ante priuilegium per tempus immemorabile, & nunc ſe probarent poſſidere; num. 71.*

72 *Priuilegium percipiendi decimas noualium pro parte, qua veteres poſſidebant, nõ extẽditur vltra dimidiam partem. limita tamen ſecus eſſe in monachis Ciſtercienſibus, & Carthuſienſibus; nu. 73.*

74 *Priuilegia decimarum maximè noualium vbi incipiunt nimis grauare Rectores, quomodo moderanda ſint per locorum Ordinarios.*

75 *Religioſi etiam exempti decimas antiquas habentes ex donatione laicorum, aut earum partem in aliquibus Eccleſiis, non poſſunt pro eadem portione, vel ſimili ſine alia cauſa nouales ſuperuenientes exigere.*

76 *Remittens debitas ſibi decimas, nouales quoque remiſiſſe videtur; dummodo remiſſio fiat legitimè, & ſecundùm canonicas ſanctiones, ac iuſta de cauſa; num. 77. & 78.*

79 *Præſcribens decimas in vno loco, ſi ſtant ibi noualia, non habebit decimas noualium. Idem in percipiente decimas ex conſuetudine; num. 83.*

80 *Præſcriptio non eſt ſine poſſeſſione.*

81 *Præſcriptio odioſa eſt, & reſtringenda.*

82 *Beneficium benignè eſt interpredum.*

84 *Præſcribens decimas in vna parte fundi, percipiet quoq; noualia in alia parte eiuſdem fundi.*

85 *Poſſidens noualia per tempus immemoriale, illa præſcribit; immo etiam ſi per 40. annos poſſideat cũ titulo colorato, & num. ſeqq.*

86 *Nouales decimæ eodem tempore præſcribuntur, quo veteres.*

88 *Poſſeſſio an in noualibus admittatur.*

89 *Præſcribens decimas in vno territorio, habebit quoq; noualia impropriè ſumpta.*

De quibuſnam rebus ſoluatur Decima. Cap. IV.

QVAERO PRIMO, De quibus frugibus, ac fructibus, ſeu prouentibus debeat ſolui decima.

Prima Concluſio. De omnibus
1 terræ fructibus, & prouentibus † ſol ueu-

nenda eſt:tex.in c.non eſt,& c. nuntios, cap. ex parte il 2. & alijs quāplurimis iurib. eiuſdē tit.de decim. plenè tradit Henric.Boich.cap.peruenit, eod. titul. Marc. Mantua conſil. 1.num.31.& Andr.Hiſpan.in ſępius alleg.reg. decimar. verſ. decimò fui interrogatus; vbi recenſet omnes ferè fruges,ac fructus,ex quibus ſoluuntur decimæ.

Ex quo infertur primò, ex omni
2 frumento, & grano † ſolui decimā, tex.cap.non eſt, de decim. not. Rebuf. d. tract.quęſt.8.num.3.Hiſpan.
3 d.verſic.num.1.idem† in palea,Rebuf.& Hiſpan. ibid. Abb.d. cap.peruenit,de decim.Ratio eſt, quia palea eſt in fructu,l.adeo,§. cùm quis, ff.de acqu. rer. dom.Secundò ex fa-
4 ba,†& alijs leguminibus, tex.eſt in cap.3.de decim.Rebuf.d.q.5. num.
5 4.Hiſpan.vbi ſupra.Tertiò,† ex nucibus,amigdalis, caſtaneis, & alijs fructibus arborum,tex.in cap.decimæ,16.q.1.d.c.non eſt,& c. cum homines,de decim.not.Bertrand.conſil.247. volum. 3. Hiſpan. loco cit. Rebuf. d.q.5.num.5.Quartò, ex fœ-
6 no,quod in faſciculos † alligatum redigitur,tex.d.c.peruenit,eod. tit. not.Rebuf.d.q.8.num.9. Hiſpan. d. num.1.quod ſi herba creſcat ſolùm pro paſcuis iumentorum,tūc puto, id faciendum,quod mox dicam de herbis hortorum, quæ creſcunt ad
7 veſcendum. Quintò,ex† lino, & canape,Hiſpan. ibid.Rebuf.d.q.8. nu.
8 8. idem eſt † de croco, vt poſt Aufrer. q. 109. Anchar.in c. ad Apoſtolicæ,in 1. not. de decim. & Boer. tradit Rebuf. d. q.8.num. 8. & 3. &
9 quæſt. 13. num. 41. Sextò, † de vino,tex.eſt in c.non eſt,eodem tit.idē
10 †de oleo,& uelle,in ſpecie tenet Rebuf.d.quæſt.8. num. 8. Hiſpan. loco
11 cit.Septimò,† de hortis, vt eſt tex. d.cap.non eſt,& not.Rebuf.d.quæſt. 8.num.7.& 8.Hiſpan. d.num. 1. Sed diſtinguendum eſt. nam aut horti ſunt olitorij, in quibus tantùm herbæ,vt caules, & alia olera creſcunt veſcendi gratia; & tunc ad vſum Rectoris ex illis decima ita dari poſſet, vt hodie ex meo horto Curatus ſumat, quantum ſibi opus eſt illo die; & ſic per ſingulos parochianos diſcurrat,demum ad primum reuertatur,vt poſt Io.An.d. cap. peruenit, docet Rebuf.d.num. 7. aut illi horti continent fabas, vel alia legumina; tunc ſi in parua quantitate colliguntur,ita vt ſolùm ſufficiant ad quotidianum vſum, idem dicendum, quod de caulibus, ac de alijs oleribus; ſin autem in magna quantitate,ita vt alijs vendantur, tunc de ijs integra decima ſoluetur, prout ſupra in 2.illatione de leguminibus diximus. Quod ſi ſæpius idem ager in
12 anno fructus proferat, † toties decimæ ſoluendæ ſunt,prout deciditur in c.ex parte, il 2 .de decim. & not.
13 Rebuf. d.num.7.Octauò,†de lignis, Card.& alij d.cap.peruenit, Rebuf. d.q.8.num.26.Hiſpan.d.nu.1. Azor. d.cap. 35. quæſt. 9. nimirum, vt ex decem faſciculis decimus ſoluatur Rectori illius parochiæ, vbi ligna
14 creuerunt. Nonò,de paſcuis, † hoc eſt, paſtura iumentorum, quæ locatur, vel venditur, cap.commiſſum, vbi Abb.de decim.Rebuf. d.q.8. nu. 22.Hiſpan. d.num.1.Card. Clem.1. num.15.de decim. vbi dicit,eſſe prædialem decimam.Decimò,de lacte,
15 † lana, fœtu, & alijs fructibus ani-

malium;ſic interpretatur paſcua,de quibus in d.c.commiſſum, Io.Andr. ibidem;quòdue animalibus debeatur decima,tex.eſt,d.cap. non eſt,de decim.& in Clem.1.vbi Card.quæſt. 15.eod.tit.Soluitur autem hæc deci
16 ma†illi Eccleſiæ,in cuius parochia animalia paſcunt,& morantur; Alciat. conſ.29. num.5. tom.1. lib.1. poſt gloſ. in cap. ad Apoſtolicę,de decim.Vgo, & alij in cap.decimas, 16.quæſt.1.& Doct.mox allegandi: quòd ſi in duabus parochijs paſcãt; vel in vna iaceant,& dormiant, in alia paſcant, huiuſmodi decima diuidenda eſt,vt latè & optimè probat Rebuf. dict.quæſt. octaua,num. 11. & quæſt. 6. num. 25. & 26. quod idem tenet S.Thom. d. quæſt. 87.art.3.& ibi Caiet.Nauar. conſil. 1.num.9.;de decim. volum. 1. licèt aliter eum intellexerit Azor. d.cap. 35.quæſt.15.qui huic opinioni tanquam communi adhęret:atq; etiam aliter diſtinguat Card.d.Clemen.1. num.15.& 16.quem videre poteris.
17 Decima†lactis debetur ei Eccleſię, vbi extrahitur,& caſeorum illi, in qua fiunt,vt poſt Boer.tenet Rebuf. d.quæſt.6.num.27.lanæ vero,& fœtus illi Curato, in cuius parochia naſcuntur;modò tamen ibi per ſe,& non per accidens naſcantur, puta quia pecudes fugerunt cauſa belli, vt in terminis poſt alios fusè oſtendit Bart.Cæpol.conſ.24.ciuil.lib.1. per totum.Alia de his,ſicut & de animalibus,videbis apud Rebuf.d.q.6. & 8.& Nauar. d.conſil.1. poſt num.
18 6.Vndecimò,† de apibus,ſeu fructu earum,hoc eſt,cera,&melle ſoluitur decima,cap.nuntios, eod.tit. vel de pecunia,quam ex melle,& cera habuerunt vendentes,Doct.d.cap.nuntios, Rebuf.d.quæſt.8.num.15.ſolui autem debet,vbi apes conſiſtunt,vt poſt Anchar. & Roſred. tradit Rebuf.loco cit.Sanè de apum examinibus aluearibuſue ipſis puto eſſe ſoluendam decimam, vt habet conſuetudo teſte Azor.d.cap.35.quæſt. 9.quoniam decima de fructu ſolùm, & lucro ſoluitur,d. cap. paſtoralis, cap.peruenit, c.nuntios,de decim.
19 cum ſimil. Duodecimò † de venatione, habemus tex.in d. cap. non eſt,vbi not.Innocen.Abb.& alij,Rebuf.d.quæſt.8. num.15. vbi etiam dicunt,hanc eſſe decimam perſona-
20 lem:idem de piſcatione † concludit ibidem Rebnſ.& num.10. ſanè de piſcarijs, vbi videlicet piſces ali ſolẽt, tex.habemus in cap.peruenit, de decim.quòd ſoluenda eſt: & quia prædialis videtur, ſoluenda erit illi Eccleſiæ,vbi ſtagnum eſt, vt docet Re-
21 buf.d.num.10.De aucupio†quoque decima ſoluenda eſt;tum quia venatio quędam eſt;tum quia cum fructu eſt,l.item ſi fundi, §. ſed ſi inſula, ff. de vſufr.& ita concludit Rebuf. d.q. 8. num. 17. & ante eum Anchar. d. cap.non eſt,colum.2.Quod autem ad piſces,aues,aut feras attinet, ſoluenda non eſt de ijs decima, ſi fructum non afferant, quia voluptatis ſolùm gratia includantur,vt optimè docet inter alios Azor.dict.quæſt.9. vbi etiam,monet,quòd,ſi captæ vendantur,erit decima perſonalis, ſi includantur ad eſum, erit prædialis. Decimotertiò,de domibns, ſeu de
22 earum penſione † ſolui debet decima,cap.paſtoralis, & cap. commiſſum,vbi Butr.&alij de decim.Rebuf. d.quæſt.8.num.21. Hiſpan. d. num.

1.Idem

23 1. Idem ſi in agro † conſtruatur domus. nam vel eius penſionis decimam ſoluere debebit dominus, vel eam ſaltem, quam priùs de agro ſoluebat, d. cap. commiſſum, vbi Card. & alij, Rebuf. d. num. 21. Quòd ſi in area, vel platea domum extruxit, aut arbores ſeuit, omnino fructus, qui nunc percipiuntur, decimę integræ ſubiacebunt, vt ex communi reſoluit Azor. d. cap. 35. quæſt. 10. pro quo facit, quod de noualib. dicimus infra q. 3. huius cap. præſertim verò concl. 1.

Secunda Concluſio. De omni ar
24 tificio † ſoluitur decima, tex. eſt in c. decimæ, 16. q. 1. ibi, de negotio, & artificio ſolue decimas, vbi Gloſ. & Doct. id adnotarunt, & Rebuf. d. q. 8. num. 19.

Vnde infertur primò, quòd de ne-
25 gotiatione † ſoluitur decima, tex. d. cap. non eſt, & cap. paſtoralis, de decim. atq; adeo mercator ſoluere tenetur decimam de lucro, quod percipit in ſingulos annos, vt notant ibi Doct. necnō Rebuf. d. quæſt. 8. num. 18. Hiſpan. d. num. 1. q. 10.
26 Secundò de militia, † ſeu captis in iuſto bello, tex. d. c. non eſt, quin &
27 de ſtipēdijs, † quæ milites habēt, vt not. ibidem Abb. & Rebuf. d. quæſt. 8. num. 20. Immo, cum Doctores, & aduocati, militare dicantur, C. de
28 aduoc. diuer. iud. tenentur † & ipſi de collecta ſcholarū, & aduocatione ſoluere decimas, d. cap. decimę, 16. quæſt. 1. & not. ibid. Gloſ. in verbo, negotio, & in cap. paſtoralis, verbo, quaſi de lucro, Rebuf. d. tractat. de decim. quæſt. 12. num. 5. Hiſpan. d. quæſt. 10. num. 2. & d. quæſt. 8. num. 20. Anchar. d. cap. non eſt, Azor. d. quæſt. 9. Idem in Procuratore ſeu
29 Cauſidico de procuratione, † & notario de ſcriptura, Andr. Hiſpan. d.
30 quæſt. 10. num. 2. idem † de lucro aduentitio, & profectitio, Rebuf. dict. quæſt. 8. num. 2. Hiſpan. in alleg. tract. ſeu reg. decim. quæſt. 12. Tertiò, mercenarius de mercede
31 ſua † ſoluere debet decimam. Gloſ. loc. cit. per d. cap. decimę, Hiſpan. d. quæſt. 10. num. 1. Rebuf. ſup. quæſt. 5. num. 16. Idem de inſtitore quoad lucrum ſuum, poſt Lugd. Hoſtien. & Butr. probat Rebuf. dict. quæſt. 5. num. 17. Idem de famulis, modò perſonę ſint liberę, ſerui enim, cum nihil proprij habeant, non tenentur, docet Azor. d. lib. 7. cap. 35. quæſt. 1.
32 Quartò, de furnis † quoque decima ſoluitur, hoc eſt de commodo illorum, ſiue illud in pane, ſiue in pecunia, ſiue in quauis alia re conſiſtat; ita tradiderunt plerique Doctor. dict. cap. paſtoralis, & cap. peruenit, eod. tit. Rebuf. d. q. 8. nu. 20.
33 Quintò, de lapicidinis † decimæ ſoluuntur, vt docet Io. And. & alij d. cap. peruenit, Azor. d. quæſt. 9. non quod ex decem lapidibus detur vnus, ſed ex pecunia, quam inde quis lucratur, Eccleſiæ, vbi audit diuina, decimam ſoluit, vt ibi Io. And. & Rebuf. dict. quęſt. 8. num. 23. adnotauit.
34 Idem † dicendum de argenti, & auri, aliorumque metallorum fodinis, vt tradit Io. And. Butr. & alij. d. cap. peruenit, Rebuf. dict. quæſt. 8. nu. 24. Hiſpan. d. q. 10. num. 1. Azor. poſt alios nonnullos, quos allegat, d. q. 9.
35 Sextò, de molēdinis ēt † ſoluitur decima; vt, ſi decem ſextaria ſiliginis, tritici, aut alterius grani molendini nomine quis lucretur, tenetur vnū

pro decima ſoluere, cap. peruenit, eod.idem eſt in molendino ad ventum,cap.ex tranſmiſſa,eod.tit. & in eo, quod catena tenetur ſuper fluuio vt in ſpecie voluit Rebuf.d. q.8. num.6.quòd ſi pecunia pro molendini penſione ſoluatur, ex illa pecunia decima ſoluitur illi Eccleſiæ,in qua ſitum eſt molendinum, vt ibidem tradit Rebuf. Et ſic prędialis eſt,iuxta ea, quæ latiùs infra, dicam cap. 6.

Tertia Concluſio.Quàmuis de om-
36 ni lucro † ſoluatur decima, cap. ex
tranſmiſſa, de decim. ſecus tamen
37 eſt † in legato,vel hæreditate, ſiue
ex teſtamẽto,ſiue ab inteſtato;&ſiue in extraneũ,ſiue in legitimũ hęredẽ perueniat,vt voluit Gloſ.d.c. paſtoralis,verb.quaſi de lucro;Rebuf.d.q. 8.nu.31. quicquid in hoc diſtinxerit aliaGloſ.d. c. decimæ ,verbo, negotio,16.q.1.quã ſequitur Silueſter,Verbo,decima,q.6.&Azor.d.c.35.q. 8. &alij relati per Glo.d.verb.quaſi de lucro,vt extraneus,non ſuus tenea-
38 tur.Immo † & ex immobilib. abſolu
tè non ſolui decimam,voluit gloſ.d. verbo,quaſi de lucro,Turrecr. in d. c.decimę, ſub num. 2.16. q. 1.Guliel.Benedic.in c.Raynutius, in verbo,& vxorem, num.256.de teſtam. Rebuf.d.nu.21.& 32. & Doct. communiter in c.commiſſum, de decim. quod etiam tandem fatetur Azor. d c.35.q.11.An verò de dote Eccleſiæ,& prędijs Eccleſiaſticis ſoluatur decima,dicam inf.cap.ſeq.q.1.

QVAERO SECVNDO, An de illicitè acquiſitis ſoluatur decima.

Prima Concluſio. Communis eſt
39 reſolutio,quòd de prędialibus † ſol-
uenda eſt decima,quam ſequitur Gl. d.c.decimę, verb.negotio, vbi Turrecr.num.5.& alia gloſ.d.c.ex tranſmiſſa,verb.licitè,hoc tit.S.Tho.2.2. q.87.art.2.Tynd.d.trac. nu.49. Rebuf.tract.eod.q.5. nu.18. Hiſpan.d. reg.decimarum,q.3.n.2.& q.10.nu. 4.& q.11.n.4.& 5. &poſt alios Azor. d.c.35.q.13. Cuius rei ratio triplex
40 eſt; tum quia decima † ſequitur quẽ-
libet poſſeſſorem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum,c.de terris,hoc tit. noſtro, c.quanto,de vſur. c.ſi verò, de ſent. excom.c.ſi quis laicus,c.Eccleſię, & c.quicunq;16.q.1. c. cum non ſit,de decim.& c.ex litteris, de pignor. cũ alijs ad id allegatis per Io. Azor. d. c.35.q.2.tum quia ſecus melioris eſſet conditionis prędo, quàm bonę fidei,& legitimus poſſeſſor,contra l.ſi a domino,§.vlt.ff.de petit.hęred.tertia ratio eſſe poteſt,quia ipſe prouẽtus fructuum non venit ex actione illicita,ſed ex diuina largitate, & opere,quo multiplicatur ſemen,vt ad notauit Turrecr.d,nu.5.qui etiam
41 nu.4.poſt Ray.& S.Tho.ait, † deci-
mam deberi, licet terra ſeminata ſit furtiuo ſemine.

Secunda Concluſio. In perſonalibus decimis diſtinguendum eſt; aut enim in his illicitè acquiſitis dominium transfertur in accipientem, nec competit ſoluenti repetitio, &
42 tunc debetur † decima; & ſic mere-
43 trix, & hiſtrio decimam † ſoluere
debent,quod idem eſt de ijs, quę ratione officij extorquentur, c.non ſanè,14. q. 9. dominium enim in eos transfertur.ſic concludunt gloſ. cit. Petrus Royz.dec.5.Lituan.n.270. & Tynd.d.trac.de decim. n. 50. & Rebuf.q.5.nu.18.dicit tamen ibid.glo. Royz.Tynd.& Rebuf.& S. Tho. d.q.

87.

87.art.2. quod ab illis non debet ſa
44 cerdos decimam accipere, † ne eis videatur immunitatem pręſtare, & in eorum peccatis communicare; poterit tamen, cum ij pœnitentiam egerint, vt ijdem concludunt, quod monet etiam Innoc.d. c.ex tranſmiſſa,ne ab Eccleſia deſpici videantur. Aut dominium non transfertur, vel ſi transferatur,ſoluenti datur repetitio,vt in ſimonia , c. veniens , de ſi-
45 mon.& tunc† de talibus fieri non debet eleemoſina,nec ſolui decima, vt tradunt Glo.&Doct.mox citati,quã Gloſ.ſic diſtinguentem communiter approbatam eſſe a Doctoribus aſſerit Tynd.vbi ſup. nu. 52. licèt paulò aliter ex Silueſtr. Verbo, decima, q. 6.diſtinguat Azor.d.c.35.q.13.

Vnde infertur primò, de captis
46 in bello iniuſto† ſolui non poſſe decimam, vt in ſpecie concludit Rebuf. d.tract.quæſt.8.num.2. Hiſpan. in d.reg.decim. quæſt. 3.nu.4.Card. cap. non eſt,de decim.Et ratio illa eſt, quia capta in huiuſmodi bello obnoxia ſunt reſtitutioni,cap. ſicut, il 3.de iureiur.c.militare,23. quæſt. 1. & tradunt communiter Summiſtę,in verbo,bellum.Couar.in relect. reg. peccatum 2.part.§.11. per tot. de reg.iur.ĩ 6.& alijs Doct.paſſim.Secũdòinfertur,de vſuris,alijſq; per v-
47 ſuram acquiſitis†ſolui non poſſe decimam perſonalem,de ea enim nunc loquimur, vt tradit in terminis Tyndar.d.num.52.Hiſpan. d. num. 4. & Petrus Royz. deciſ. 5. Lituan. num. 219.poſt alios . Ratio eſt;quia,licèt in vſuris dominium transferatur ,
48 † datur tamen repetitio , vt patet ex tex.in cap.debitores,de iure iur. & latè tradit inter cæteros Couar.d. 2.par.in princip. nu. 3. & latiùs lib. 3.var.reſol. cap.3. num.6. ſecus tamen in fructibus prædiorum per vſuram acquiſitis,vt patet ex 1. concluſ.huius quæſt.& in ſpecie tradidit poſt alios Turrecr.d.c.decimę,num. 5. Tertiò infertur , ex rebus acqui-
49 ſitis a meretrice † ſoluendam eſſe decimam,vbi pœnitentiam egerit . ſic concludunt Doct. omnes citati in princip. huius concluſ. & præterea Card.d.cap. ex tranſmiſſa,in fin.de decim.Ratio eſt,quia,licèt turpiter accipiat, transfertur tamen in cũ dominiũ,nec datur repetitio,Henric.Boich.cap.peruenit, de adult. S. Anton. 2.par. tit. 2. cap. 5.colum. 2.Silueſt.in verbo,reſtitutio, 2. col. 2.Sot.lib.4.de iuſt.& iur.quęſt.7.artic.1.& alij,quos refert , & ſequitur hanc eandem ſententiam latè comprobans Couar. d. 2.par.num.1. & tribus ſeqq.& Nauar. in Man. Confeſſ. cap.17.num.38. vſque ad num. 40.

QVAERO TERTIO , An de noualibus ſoluenda ſit decima,& quando.

Præmitto, nouale in genere ſum-
50 ptum † eſſe agrum nunc primùm præciſum,vt loquitur tex. in cap. 1. de verbor.ſign.Sed quoniam adhuc aliqui dubitare poterant, quid propriè eſſet nouale,dicentibus quibuſdam,nouale terram eſſe præciſam , quæ anno ceſſat,iuxta tex.in l. ſylua cędua,§.pen.ff.de verbor.ſignif.alijs verò ſit ſylua , quę arboribus extirpatis ad cultum redigitur , per text. in l.vlt. §. antepen. ff. de termin. amot. Ideo Innoc. III. in cap. quid per nouale de verb. ſignif.definit, nouale in materia pręcipuè priuilegij de-

decimalis dici agrum de nouo ad culturam redactnm, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuerit, ſubdens, quòd neq; de agro inculto intelligendum eſt, ſed de eo dumtaxat, qui vel modicum, vel nullum fructum afferebat. Vnde infertur, quòd vbi ex agro aliquo, aut terra aliquid non modicum percipiebatur, ex eo nunc nouiter ad
51 culturam redacto† ſoluenda eſt decima, etiam ab habentibus priuilegium noualium, tex. eſt in cap. commiſſum, vbi Gloſ. & Doct. de decim. Rebuf. d. tract. quęſt. 6. num. 4. & 35. & ex communi Azor. d. c. 35. quęſt. 10. docens, mutari quidem poſſe faciem agri ſine cōſenſu Eccleſię, ſine pręiudicio tamen ipſius; immo ſi maior nunc fructus percipiatur, maiorē decimam ſoluendam. Ratio eſt, quia illud non eſt nouale, vt Gloſ. d. cap. commiſſum, in verbo, paſcuis, adnotauit. Plura de definitione noualium videre potes apud Doct. in d. cap. 1. in cap. quid per nouale, de verbor. ſihnific. cap. fin. de priuileg. & in l. ſi nouale, ff. de verbor. ſignif. His prę miſſis, erit

Prima Concluſio. Vbi nullum conceſſum ſit priuilegium, decimę
52 ſolui debent † etiam de noualibus; patet primò ex cap. non eſt, de decim. cap. quia nos, & c. omnes decimę. 16. quęſt. 1. & alijs iuribus, in quibus habetur, quòd de omnibus bonis, fructibus, & prouentibus ſolui debent decimę. Secundò ex cap. cum contingat, de decim. vbi apertè definitur, decimas noualium, ſicut alias, ad Eccleſiam Parochialem pertinere; idq; Doct. ibi communiter adnotarunt; necnon in cap. commiſſum, eod. tit. teſte Azor. d. quæſt.
53 10. Regulariter verò debentur† noualia Parochię, in cuius finibns ſurgunt: tex. d. cap. cum contingat, & cap. quoniam, de decim. quòd
54 ſi noualia† apparent inter duas Parochias, & neſcitur, intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc inter illas fiet diuiſio, vt voluit Henric. Boich. cap. peruenit, colum. 1. de decim. vel Epiſcopus, cui voluerit, iudicio ſuo concedit, vt voluit Rebuf. d. tract. quęſt. 14. nu. 5. per cap. quoniam, de decim. vbi habetur, quòd tunc Epiſcopus ſecundùm diſcretionem a Deo ſibi datam, vel alij Eccleſiæ deputare, vel ad opus ſuum retinere debet. ſi verò limites quoquo
55 modo apparent, † pro modo, & portione limitum, cuilibet earum Parochiarum debent aſſignari; ſic diſponit idem c. quoniam, & notauit Rebuf. d. q. 14. num. 4.

Secunda Concluſio. Religioſi
56 omnes † ſunt exempti priuilegio in iure ſcripto a ſolutione decimarum de noualibus, quę proprijs manibus, ſeu ſumptibus excolunt, ſicut poſt Adrianum conceſſit Alex. III. in c. ex parte, il 1. de decim. vbi Doct. omnes, Rebuf. d. tract. de decim. quęſt. 14. num. 45. quod etiam conſtat ex cap. fin. de priuileg. vbi quoq; habetur, hoc priuilegium eſſe
57 perpetuum. Idem eſt † in Templarijs, & Hoſpitalarijs, vt colligitur ex tex. d. cap. ex parte, & apertè tenet Gloſ. cap. licèt, eodem tit. & Rebuf. d. num. 45.

Declara tamen primò, hanc con-
58 cluſionem non procedere, † vbi noualia ab ijſdem exemptis alijs tradantur excolenda, vt ex eodem

text.

Digitized by Google

text. colligitur, ibi, proprijs manibus, & clariùs loquitur tex. in c. licèt eod. tit. & not. Rebuf. d. quęſt. 14. num. 17.

Secundò declara, niſi pacto ex-
59 preſſo † ad hoc teneantur, tex. cap. multiplici, eodem tit. not. Gloſ. d. c. ex parte, verbo, laborum. Rebuf. ibidem, num. 53. Læl. Zanch. de priuil. Eccl. priuil. 120. num. 13. poſt Guid. Pap. deciſ. 207.

60 Tertiò, niſi ſoluendo † tacitè renuntiauerint priuilegio ſuo, cap. accedentibus, & c. ſi de terra, de priuileg. & not. Rebuf. d. quæſt. 14. nu. 54.

61 Quartò; niſi olim † Eccleſia inde haberet emolumentum, aut inde poſtea enormiter læderetur, c. dilecti, cap. ſuggeſtum, & cap. commiſſum, de decim. & c. quid per nouale, de verb. ſign. & facit cap. Apoſtolicæ, de donat. notat Gloſ. d. verbo, laborum, & Rebuf. d. quæſt. 14. nu. 46. & 55. Sicque exponendum eſt cap. vlt. de priuileg. vbi diſponitur, quòd priuilegium ſuper exemptione deci-
62 marum à noualibus † perpetuum eſt; intelligendum enim eſt, niſi incipiat eſſe iniquum, propter magnã Eccleſiæ læſionem, prout exponit Gloſ. fin. d. c quid per nouale.

63 Quintò declara, ſecus eſſe † de conductis, tex. d. c. dilecti, not. Gloſ. d. verbo, laborum, Rebuf. d. quęſt. 14. num. 52.

Sextò, ſecus de poſſeſſionibus
64 † nouiter acquiſitis, nimirum poſt Later. Concil. Generale, c. nuper de decim. quod fuit celebratum anno Domini 1215. vt ibi ait Gloſ. 1. & latè probat Rebuf. in Concord. rub. de approbat. conuent. per Later. Conc. fact. in princip. & nos aliquid dicemus cap. ſeq. quæſt. 3. concluſ. 2.

Tertia Concluſio. Priuilegium conceſſum Eccleſiaſticis decimas alienæ parochiæ percipiendi compre-
65 hendit † etiam noualia, tex. eſt in cap. ex parte, il 3. de decim. quem ita intelligit Gloſ. ibi, & in cap. cũ contingat, eod. vbi Doct. magis communiter licèt Panorm. d. c. ex parte, magis placeat ille intellectus, quòd illud priuilegium conceſſum fuerit Eccleſiaſticæ perſonæ, non quidem de percipiendis, ſed de non ſoluendus decimis; cui accedere videtur Rebuf. d. q. 14. num. 28. qui tamen intellectus parum congruit litteræ, vt patet conſideranti; niſi velimus accedere intellectui, quem alio quodam exploſo affert Rebuf. d. q. 14. nu. 7. & 8. vbi ex integra Decretali deſumpta ex antiqua Honorij compilatione, oſtendit, illud non fuiſſe priuilegium, ſed conceſſionem decimarum, & noualium factam Rectori Parochię, cui de iure competunt, ex eo quod Epiſcopus Nouarienſ. dicta noualia cuidam Canonico conceſſerat, vt ibi per eum. Illud ergo conſtitutum ſit, priuilegium conceſſum Eccleſiaſticis perſonis percipiendi decimas, noualia etiam comprehendere; cum & hæc ſit communis opinio, vt teſtatur Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 13. & text. ſit apertus in d. cap. ex parte; ſecus
66 verò dicendum eſt † de huiuſmodi priuilegio laicis conceſſo, etiam ſi in feudum ſint datæ decimæ, vt eſt tex. in cap. tua, il 1. §. vlt. vbi Gloſ. & Doct. de decim. quo modo etiam intelligendus eſt ſimilis text. in cap. 2.

§. 1.

§.1.de decim.in 6.Quãmuis Collect. d.c.cum contingat, Anchar. d. cap. ex parte,il 3. & Fortunius Garſias, in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm, col. 6. ff. de lib. & poſt. quos referunt,& ſequuntur Couar.d.cap. 17.nu. 13. & Rebuf.d. q. 14. num. 29. mordicus tueantur,etiam priuilegium Eccleſiaſticis conceſſum de percipiendis alienis decimis, non extendi ad noualia,dicentes,textum illum in c.ex parte, il 1. procedere ſpeciali quadam ratione, quòd ibi fiat mentio de priuilegio conceſſo ijs,quibus de iure communi, & ordinario decimæ competunt, licèt ab eis ius eas percipiendi præſcriptione, iureue ſpeciali ſublatum ſit.

Quarta Concluſio. Priuilegium
67 non ſoluendi decimas † ad noualia non extenditur,Butr. c.tua,il 1.col. vlt. de decim. Soc. conſil. 297. viſo priuilegio, colum.1. & per tot. volum.2.Rebuf. d. quæſt.14. num. 30.
68 ſecus autem erit, † vbi priuilegium illud ſolùm fuit de non ſoluendis decimis de laboribus proprijs; nam tunc extenditur ad noualia, quia intelligitur tam de præſentibus, quã futuris laboribus, cap. ad audientiam, de decim. neque per hoc magnum præiudicium paratur Eccleſijs Parochialibus,iuxta tex.in cap. quid per nouale,de verb.ſign. Atque ita in ſpecie hanc ſententiam tuetur Rebuf. d. quæſt.14.nu. 28.

Quinta Concluſio. Priuilegium non ſoluendi decimas noualium,in-
69 telligendum eſt † de ijs noualibus, in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis quaſi poſſeſſionẽ iuris percipiendi decimas, vt eſt text. in cap.dudum, quod eſt antepen.de priuil.& in c.ſtatuto, in prin. de decim.in 6.& hoc, ne fiat illi præiudicium præter concedentis intentionem,vt ex tex.colligitur, d. cap. dudum,& ibi adnot. Gloſ. fin. Idem verò dicendum eſt, vbi noualia eſſent tempore impetrati priuilegij proſciſſa, ſeu, vt alij loquuntur, facta, & ex eis alteri debitæ decimæ fuiſſent; tunc enim ceſſat illud priuilegium, vt ex cõmuni reſoluit Abb. d.c.dudum, quem ſequuntur Rebuf. d.quæſt. 14.num. 33.& Couar. d. c. 17. num.fin.

Sexta Concluſio. Priuilegium aliquibus concedens decimas noualium pro ea parte, qua veteres poſ-
70 ſidebant, † non extenditur ad alias decimas, nec ad alia loca, ſed ad eam tantùm partem,in qua veteres poſſidebant, c. ſtatuto, in princip. de decim.in 6.quare is, qui noualium decimas petit in vim illius priuilegij,probare debet,ſe tempore indulti veteres decimas habuiſſe;vel partem, pro qua petit, tenetur probare, ſe poſſediſſe, aliàs ſuccumbet,vt not.ibi Gloſ & Rebuf. d. quæſt. 14. num. 34. Si tamen pro-
71 baret,† ſe poſſediſſe per tempus immemorabile mediam,vel aliam partem veterum, & adhuc ſe poſſidere, tunc præſumeretur, quòd tempore indulti illam partem poſſediſſet,per ea, quæ latè tradit Balb. tract. de præſcript. lib. 2.3.par.princ.q. 6.& Rebuf.d.quæſt. 14.num.35.Hoc verò priuilegium decimarum noualium limitatum ad menſuram anti-
72 quarum, † non extenditur vltra dimidiam partem decimarum,etiamſi amplius in veteribus haberetur: quia non eſt veriſimile, quòd,ſi tunc

de

Digitized by Google

de plena,& integra perceptione veterum fuiſſet expreſſum, Apoſtolica Sedes pariter noualium decimas in tam graue Parochialium Eccleſiarũ diſpendium indulſiſſet, prout loquitur,& decidit Alex. quartus d. cap. ſtatuto,§.ſtatuimus, de decim. in 6.
73 vbi Gloſ.& Doct.quod tamen† non habet locum in Monachis Ciſtercienſibus,& Carthuſienſibus, prout excipit Pontifex in d. §. in fin. hi enim,ſi percipiant integrã, vel pluſ quàm dimidiam decimarum antiquarum, vigore talis indulti tantundem quoq; habebunt in noualibus, vt ibi Io. Andr.& Gemin.adnotauit.
74 Debẽt tamen† locorum Ordinarij, vbi per huiuſmodi decimarum conceſſiones Parochiales Eccleſię adeo grauantur,quòd earum Rectores de ipſarum reditibus congruè ſuſtentari,& commodè iura Epiſcopalia exhibere non poſſunt,prouidere,quòd eiſdem Rectoribus tantum de illarũ prouentibus relinquatur,quòd exinde competentem ſuſtentationem habere, & Epiſcopalia iura ſoluere valeant,aliaq; onera debita ſupportare,prout loquitur,& exponit tex. d.cap.ſtatuto,§.vbi autem.

Septima Concluſio. Religioſi etiam exẽpti in aliquibus Parochijs decimas antiquas,aut earum partẽ habentes ex donatione laicorum,
75 †non poſſunt pro eadem, vel ſimili portione nouales ſuperuenientes ſine alia rationabili cauſa percipere, aut petere,vt deciditur d.c.ſtatutũ, §.fin.& ibi not.Gemin. & alij: facit etiam c. cum contingat, de decim. & hoc, ne graue fiat præiudicium Parochiali Eccleſiæ,d.§.ſtatuimus.

Octaua Concluſio.Remittens de-
76 cimas ſibi debitas, † nouales quoque remiſiſſe videtur; tex.eſt in cap. quia circa, de priuil. & ibi Io. And. Abb. antiq. & alij. Ratio illa eſt, quia in beneficijs pleniſſima ſit interpretatio,vt ibi dicitur,& cap. dilecti,& cap.paſtoralis, de donat. c. olim, de verbor. ſignif. & in l. vlt.ff.
77 de conſtit.Princ.Hoc autem† intelligendum eſt,dummodo remiſſio legitimè fiat,& vt ait ibi Pontifex, ſecundùm Canonicas ſanctiones, hoc eſt,vt non ſit in enorme detrimentum Eccleſię, Gloſ. ibi per text. in cap.Apoſtolicę,de donat.& quod
78 fiat† ex cauſa neceſſitatis,vtilitatis, vel pietatis,vt ibid. not.Inno. Hoſt. & Io.An.

Nona Concluſio. Si Monaſteriũ, vel extraneus Curatus præſcripſerit decimam in vno loco, & fiant ibi
79 noualia† decimas noualiũ nõ habebit,ſed Rector illius loci,&Parochię vbi noualia facta sũt,ad quẽ de iure communi decimę ſpectant,vt eſt inſignis tex.in cap.cum contingat, de decim. & ibi not. Gloſ.& Doct. Rebnf.d.quæſt.14.num.9. Couar. d. c. 17.num.13. vbi hanc deciſionem latè probant: potiſſima illa ratio eſt,
80 quia ſine poſſeſſione† nõ eſt præſcriptio,c.ſine poſſeſſione,de reg.iur.in 6.c.auditis, de præſc. l.ſine poſſeſſio-
81 ne,ff.de vſuc.& præſcriptio† odioſa eſt, atq;adeo ſtrictè interpretãda,c. odia, de reg. iur. in 6. Gloſ. communiter approbata, vt ibi teſtatur Abb.d.cap,cum contingat. Quare non obſtat cap. ex parte, il 3. de decim. per quod ſupr. in 3. concluſione probauimus, priuilegium Eccleſiaſticis conceſſum de percipiendis decimis ad noualia extendi.illud

etenim procedit in priuilegio,& be-
82 neficio,quod benignè eſt † interpre
tandum,vt ſupra ex cap. paſtoralis,
de donat.alijſque iuribus admonui
mus,& in hac ſpecie notauit Couar.
d.num.13.Idem eſt in conſuetudine.
nam ſi quis ex conſuetudine anti-
83 quas percipiat decimas; tamen† no
ualia,quæ in eo territorio fiunt,non
habebit,vt poſt Hoſt.& alios d.cap.
cum contingat, latè reſoluit Rebuf.
d.q.14.num.16.

Declarabis tamen, hanc conclu-
ſionem non procedere; Primò, vbi
84 præſcriptæ fuerint decimæ † in vna
parte fundi, & poſtea fiat noualis
alia pars fundi:is enim, qui in parte
præſcribit decimas, in hac quoq; no
uali parte habebit,cum præſcriptio
partis indiuiſibilis ad totum exten-
datur;optimus tex.in c.cũ in tua,de
decim.& ita in hac ſpecie tenet
Brun.in tract.de augmen. concl.17.
in princip.Rebuf.d.q.14.num.20.&
conſuluit Abb. conſil. 71. volum. 2.
per totum, vbi eum videas. Et hoc
procedit, dummodo appareat vnũ
eſſe prædium,vel per limites, & clau
ſuram, vel quia vno pretio emptũ;
aliàs ſecus, vt optimè idem Rebuf.
tradit d.q.14.nu.21.& Abb.d. conſ.
17. ad fin.

Secundo declara, non procedere,
85 † quando noualia ipſa quis poſſediſ
ſet per tempus immemoriale; eo-
86 dem enim tempore† præſcribi poſ-
ſunt decimæ nouales, quo veteres.
Doct.d.cap.cum contingat, & in c.
1.de præſcript.in 6.ſic conſuluit Ber
trand.conſ.184.colum.1.vol.2. iux-
ta editionem antiquam, necnon
tradit Rebuf. d. quæſt. 14. num.17.
87 immo † ſi de huiuſmodi noualibus
haberet titulum aliquem coloratũ,
tunc quadraginta anni ſufficerent
ad præſcibendum,ſicut & in alijs de-
cimis,vt poſt Felin.& alios in c. de
quarta,de præſcrip. reſoluit Rebuf.
d. quæſt.14. num.17. Sed quomodo
præſcribere poterit ſine poſſeſſione,
88 quæ in noualibus videtur admitti
non poſſe,iuxta ſupradicta,& tradi-
ta per eundem Rebuf.d. q.14. num.
10? Reſponderi poteſt primò,intelli-
gendum eſſe id, vel de noualibus im
propriè ſumptis,de quibus in ſequẽ-
ti declaratione,vel de noualibus,ex
quibus aliquid,licèt modicum, per-
ciperetur,iuxta cap. quid per noua-
le,de verbor.ſignif.Secundò potuiſſe
aliquem, eiuſque prędeceſſores ſæ-
piùs ſupra hominum memoriam
percepiſſe decimas ex multis noua-
libus, ſeu eorum partibus, quando
fiebant,vnde præſcriptio hęc iuuare
poterit ad percipiẽdum in alijs par
tibus eiuſdem prædij,vel loci.

89 Tertiò declara,† ſecus eſſe in no-
ualibus impropriè, hoc eſt, in qui-
bus vel de nouo arbores plantãtur,
vel alia ſeruntur, ab ijs, de quibus
decimæ ſoluebantur;nam tunc præ-
ſcribenti de ijs quoq; decimæ ſol-
uendæ erunt,vt poſt Pariſ. conſ. 73.
lib. 4. Ruin. conſil. 163. volum. 5.
Anchar.d.cap. cum contingat, in
fine, & alios latè tradunt Rebuf. d.
q.14.num.18.19.& 22. Couar. d. c.
17.num.13.textus apertus d.c.cum
in tua,de decim.Atq;hæc de hoc Ca
pite dicta ſufficiant.

SVMMAE RERVM.

1 *Decimas ſoluere omnes tenentur re gulariter.*

Co-

2 *Colonus, & dominus vnam decimam ſoluunt de fructibus.*

3 *Clerici tenentur ad decimas reales de bonis patrimonialibus, Idem quoad decimas perſonales; num. 4. quod tamen fortè non habet locū in Sacerdotibus, qui diuina miniſtrant; num. 5.*

6 *Beneficiati tenentur de prædijs Eccleſiaſticis ſoluere decimas Parochiæ, intra cuius fines ſita sūt prædia, ex magis communi. & ſiue prædia illa ſint dotalia, ſiue non; num. 7.*

8 *Rectores Eccleſiarum, aut alij clerici nō tenentur decimas ſoluere alijs, qui ſuperiores non ſint, de decimis, quas ipſi percipiunt.*

9 *Prælati tenentur ad decimas prædiales, & perſonales.*

10 *Ciſtercienſes, Templarij, & Hoſpitalarij non tenentur ſoluere decimas prædiorum ſuorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt. Secus de prædijs conductis; num. 11. Item ſecus in prædijs acquiſitis poſt Concil. generale Lateranēs num. 12. Et quid ſi acquirantur pro nouis Monaſterijs ædificandis; num. 13.*

14 *Religioſi omnes decimas non ſoluūt de nutrimentis animalium, hoc eſt, de animalibus, quæ ipſi nutriunt; item de hortis ſuis.*

15 *Religioſi decimas ſoluunt de animalibus, quæ alijs tradunt nutrienda. Item de hortis, quos alijs tradunt colendos; num. 16. aut ſi eorum olera venderent; nu. 17.*

18 *Religioſi omnes regulariter tenentur de prædijs acquiſitis, & acquirendis integras decimas ſoluere Eccleſiis Parochialibus, quibus erant decimales.*

19 *Religioſi non ſoluentes decimas Eccleſiis debitas, aut prohibentes eas ſolui, & alia huiuſmodi facientes, quibus pœnis afficiantur.*

20 *Papa non tenetur decimas ſoluere, ſed eas alijs imponit.*

21 *Decimæ in noua lege præceptæ ſunt ad ſimilitudinem decimarum veteris legis.*

22 *Decima quædam eſt, quæ offertur Deo per ieiunium, & pœnitentiam.*

23 *Epiſcopus pro menſa ſaltem Epiſcopali non tenetur ſoluere decimas, niſi Summo Pontifici. De patrimonialibus tamen, & alijs beneficijs Eccleſiaſticis tenetur; num. 24. Item ſecus ſi bona menſæ in alium transferantur; num. 25.*

26 *Reges, & Principes tenentur ad ſolutionem decimarum tam prædialium, quàm perſonalium; eas tamen fortè non tenentur ſoluere, niſi Epiſcopo; num. 27.*

27 *Pauperes tenentur decimas ſoluere; & num. ſeqq.*

29 *Paupertatis prætextu aliena tenere, vel peccare non licet.*

30 *Pauperes tenentur ſoluere decimas de ſuis eleemoſynis. poterunt tamen vnum pro alio ſoluere; num. 31. Item non tenerentur ſoluere, ſi eſſent in extrema neceſſitate, aut cogerentur omnia vendere, & mendicare, ſi integram decimam ſoluere vellent, quam longo tempore non ſoluiſſent; num. 32.*

33 *Leproſi tenentur ad decimas, ſi colunt agros, ant vineas, vel ſi viuunt per ſe in domibus ſuis.*

34 *Heremitæ, & alij obſeruantes regulam*

gulam SS. Dominici, vel Franciſci, ſi viuant per ſe, tenentur ad decimas de agris, & vineis, quas colunt.

35 *Leproſi, Heremitæ, & alij huiuſmodi, ſi ſimul in vna domo viuant, non tenentur ad decimas de hortis ſuis in circuitu domus, neque de animalibus ſuis ibidem paſcentibus, ſeu eorum nutrimentis.*

36 *Iudæi de terris, quas colunt, decimas ſoluere tenentur. Idem in infideli, & hæretico; nu. 37. Idem etiam in decimis perſonalibus; num. 38.*

39 *Imperator, aut alius laicus non poteſt laicis concedere immunitatem a ſolutione decimarum.*

40 *Epiſcopus non poteſt alicui concedere per viam priuilegij immunitatem a ſolutione decimarum.*

41 *Decimæ ſunt a Papa Eccleſiis aſſignatæ.*

42 *Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ decimis priuari non debent.*

43 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra Concilium generale, aut canones.*

44 *Epiſcopus poteſt ex cauſa remittere decimas ſuę menſæ debitas.*

45 *Epiſcopus poteſt interponere decretum, & conſenſum in compoſitione ſuper ſolutione decimarum.*

46 *Papa poteſt aliquibus etiam laicis priuilegio concedere immunitatē a ſolutione decimarum.*

47 *Ius diuinum, & naturale indiſpenſabile eſt, & immutabile; & nu. 52.*

48 *Papa non poteſt tollere ius diuinū, poteſt tamen interpretari; nu. 49. non verò limitare, maximè in ſpiritualibus; num. 50.*

51 *Princeps non poteſt aliquid ſtatuere contra ius naturale, in damnum maximè alicuius.*

52 *Diſpenſari non poteſt contra ius naturale, aut diuinum.*

53 *Immunitas a ſolutione decimarum cur poſſit per Papam laicis concedi.*

54 *Pręceptum decimarum non poteſt in totum tolli a Chriſtiana Rep. & ibidem de ratione.*

55 *Priuilegium conceſſum de non ſoluendis decimis non extenditur ad eas, in quarum poſſeſſione eſt is, cui de iure communi competūt decimæ, ſecus ſi poſſeſſio ſit apud eos, quibus de iure ſpeciali competunt; num. 56.*

57 *Ius decimandi tamquam ſpirituale laicis non competit, eiuſq; ſunt incapaces.*

58 *Spirituale quibus modis quid dicatur.*

59 *Ius decimandi regulariter non poteſt ab Epiſcopo laicis concedi. poteſt tamen alijs Eccleſiis cum aliqua cauſa; num. 60. imo & laicis ex iuſtiſſima cauſa poterunt ad vitam, aliudue tempus concedi fructus decimarum; num. 61.*

62 *Ius decimandi, ſeu potiùs commoditas decimarum poteſt ab Epiſcopo laicis concedi in vim alienationis cū cauſa cognitione, & conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur.*

63 *Intellectus c. 2. de his, quæ fi. a Præl.*

64 *Laici poſſunt decimas titulo conductionis percipere, & quaſi poſſidere, quibus etiam locari poſſunt ad vitam eorum, accedente maximè Superioris auctoritate; num. 65.*

66 *Laici licitè poſſident decimas ſibi ante Concilium Lateran. non autem*

tem

Digitized by Google

tem poſtea conceſſas.

67 *Concilium Lateran. de quo in cap. quamuis, & c.prohibemus,de decim.quodnam fuerit.*

68 *Decimæ non poſſunt laicis concedi in emphyteuſim,ſaltem poſt Concilium Lateranenſe.*

69 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet.*

70 *Pignorari non poſſunt decimæ a laicis ipſis quoq; Eccleſiis, niſi ad illas ea decimæ pertinerent.*

71 *Laici obtinentes decimas in feudũ ante Later.Conc. poſſunt eas de conſenſu Epiſcopi in Eccleſiam transferre. In alios vero laicos feudi titulo tranſmittere non poterunt; num.72. idq; procedit etiam in ijs decimis, quæ feudo extincto redeunt ad Eccleſiam; num.73.*

74 *Titulus ante Concil. Lateranen. probatur ex poſſeſſione immemorabili decimarum cum fama huiuſmodi tituli,& conceſſionis; neq; aliqua inueſtitura requiritur.*

75 *Immemorabilis præſcriptio idem eſt cum centenaria ex magis communi.*

76 *Immemorabilis poſſeſſio quomodo probetur.*

77 *Teſtes deponentes de immemoriali præſcriptione,& poſſeſſione debent eſſe memores 40.annorum.*

78 *Memoriam extare in contrarium, poteſt probari per teſtes, & per inſtrumenta.*

79 *Perceptio, & poſſeſſio decimarum probari poteſt per teſtes ſingulares.*

80 *Poſſeſſio probari poteſt per teſtes ſingulares.*

81 *Locus,& tempus in decimis non eſt de ſubſtantia actus.*

82 *Laici iure percipiendi decimas ſpoliati & agentes interdicto recuperanda, an ſint ante omnia reſtituendi.*

83 *Ius decimas percipiendi poteſt per Papam Principi, vel alteri laico concedi ex cauſa.*

84 *Priuilegiatus, vt exigat decimas, tenetur congruam portionem ex ijs aſſignare Eccleſiæ Parochiali.*

85 *Conſuetudo differt à præſcriptione, & in quibus.*

86 *Conſuetudo quid ſit.*

87 *Conſuetudo circa quantitatem decimæ plurimùm poteſt, & attendenda eſt tam in prædialibus, quã in perſonalibus decimis.*

88 *Conſuetudo, etiam quæ contra ius eſt, non requirit ſcientiam, aut approbationem Principis.*

89 *Quota decimæ cur diminui poſſit per conſuetudinem.*

90 *Conſuetudo quantumcumq; longa nullas decimas, aut quid aliud ſoluendi miniſtris Eccleſiæ indigentibus non excuſat à peccato, nec valet.*

91 *Miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatio eſt de iure diuino,& naturali.*

92 *Perſonales decimæ iure tantùm humano inductæ ſunt, & præceptæ poſt Euangelicam legem,& conſuetudine tolli poſſunt.*

93 *Conſuetudo,vt decimæ etiam mixtæ de minutis non ſoluantur, valet. Idem in decimis ex certis rebus; num.94.*

95 *Conſuetudo,vt de prædijs Eccleſiaſticis decima non ſoluatur, valet. Immo fortè idem erit in prædijs patrimonialibus clericorũ; nu.96.*

97 *Conſuetudo poteſt inducere, vt decimæ vni Eccleſiæ debitæ alteri ſoluantur; ſecus in prædijs, quæ pro-*

xima

Digitized by Google

*xima ſunt limitibus; nu.*98.
99 *Confines præſcribi non poſſunt.*
100 *Conſuetudo ſoluendi decimas maximè attendi debet, vbi dubium eſt, ad quam Eccleſiam ea ſpectent. ſufficientque decem anni ad eam inducendam; num.*101.
102 *Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum.*
103 *Conſuetudo obſeruanda circa ſolutionem decimarum regulariter requiritur, & ſufficit, vt ſit* 40. *annorum. neq; exigitur titulus; nu.* 104.
105 *Præſcribere poſſunt laici exemptionem à ſolutione decimarum etiam in totum, vbi tamen poſſit Parochus commodè ſuſtentari.*
106 *Clericus, & Eccleſia poßunt præſcribere exemptionem a tota decima.*
107 *Clericus, & Eccleſia poſſunt per præſcriptionem acquirere etiam totam decimam in aliena Parochia. idque etiamſi ipſi non habeant Parochiam; num.*108.
109 *Præſcriptio decimæ vnius rei non extenditur ad aliam rem etiam eiuſdem fundi. neq; de decimis antiquis ad noualia; num.*110. *neq; de perſona ad perſonam; nu.*111.
112 *Præſcriptio immunitatis, & iuris decimandi regulariter requirit, vel ſpatium quadraginta annorum cum titulo, vel tempus immemorabile etiam ſine titulo.*
113 *Eccleſia, vel Eccleſiaſtica perſona habens donationem decimarum à laico, non poteſt eas præſcribere etiam tempore immemorabili.*
114 *Laicus tempore etiam immemorabili non poteſt præſcribere ius decimandi.*
115 *Incapaces alicuius iuris non poſſunt illud præſcribere etiam per tempus immemorabile.*
116 *Præſcriptio immemorialis vim habet priuilegij. ſecus tamen vbi adeſt incapacitas in poſſidente; num.* 117.
118 *Laicus tutus erit præſcriptione immemoriali decimarum, accedente fama priuilegij.*
119 *Compoſitio inter perſonas Eccleſiaſticas, vt decimæ vni Eccleſiæ debitæ alteri ſoluantur, valet; dum tamen accedat cauſæ cognitio, decretum, & conſenſus Epiſcopi; nu.*120. *aut etiam eius Vicarij; num.*121.
122 *Compoſitio, quòd decimæ laicis ſoluantur, niſi ad tempus, & iuſta de cauſa, non valet.*
123 *Compoſitio inter clericos, vt minus decima, aut de aliquibus non ſoluatur, valet. immo etiã ea valebit inter clericos, & laicos; nu.*124. *multò verò magis vbi approbata ſit à Papa, vel fiat circa modum ſolutionis; num.* 125.
126 *Compoſitio, vt perpetua ſit, & obliget ſucceſſorem, debet fieri cum auctoritate Superioris.*
127 *Intellectus cap. veniens, de trãſact.*
128 *Tranſactio, & compoſitio ſuper decimis præteritis fieri poteſt ſine conſenſu Superioris.*
129 *Tranſactio de decimis futuris non ſoluendis fieri poteſt cum aſſenſu Superioris, ſi pro decimis compenſetur Eccleſia in alijs, etiam danco aliquid temporale, puta prædium; num.* 130.
131 *Epiſcopales decimæ quæ ſint, remiſſiuè.*
132 *Remiſſio decimarum Epiſcopaliũ valet, & eſt largè interpretanda.*

ex-

extenditurq; ad prædia acquiren da, dummodo fiat iuxta canoni cas ſanctiones; num. 133.
134 *Eccleſia, cui de iure communi non debentur decimæ, poteſt eas remit tere alteri Eccleſiæ.*
135 *Remittere poteſt Eccleſia Parochia lis decimas ſibi de iure communi debitas cum aſſenſu Summi Pontificis. An verò cum ſolo aſſenſu Epiſcopi; num. 136.*

Quinam teneantur ad ſolutionem Decimarum, vel etiam ab ea excuſentur. Cap. V.

QVAERO PRIMO, An omnes tam laici, quàm Clerici, & Religioſi teneantur ad decimarum ſolutionem.

Prima Concluſio. Regulariter
1 omnes † tenentur decimas ſoluere; tex. eſt in c. decimæ, & apertior in c. ſi quis laicus, 16. q. 1. c. tua, il 2. ſeu tua nobis, de decim. melior in c. à nobis, eod. tit. vbi Gloſ. & Doct. not. Rebuf. d. trac. de decim. q. 5. n. 1. & 2. Hiſp. reg. 10. q. 11. nu. 1. Quàmuis
2 autem † tam dominus, quàm colonus partiarius, qui fruges domino ſoluit, ad decimam teneantur, c. à nobis, & c. tua nobis, vbi Gloſ. & DD. de decim. Gloſ. pariter, & Scribentes in c. cum homines, c. cum ſint homines, & cap. cum non ſit in homine, eod. tit. & cap. quęſti, 16. quęſt. 1. ad vnam tamen dumtaxat inter vtrumque diuidendam tenentur, vt patet ex d. c. tua nobis, ibi, ſicut colonus de parte fructuum, quæ ſibi remanet, &c. vbi id not. Gloſ. Hoſt. & alij relati à Guttier. pract. quæſt. lib. 1. num. 8. vbi cum num. præced. latè hanc ſententiam confirmat; eodē autem num. 8. & ſeqq. contrariam quoq; tum rationibus, tum auctoritatibus comprobat: & tandem nu. 8. concludit ſecluſa conſuetudine licere cuiq; vtramlibet ſequi opinionem; ſecus verò ſtante conſuetudine, quam fore attendendam, latiùs oſtendit quæſt. 19. Aliquando verò non tenentur coloni ſoluere decimas, vt puta, quando eorum domini habent priuilegium reale exemptionis à decimarum ſolutione, vt per text. in Clem. 1. de decim. & ibi Ancharan. num. 6. Card. nu. 21. & alios, tradit Azor. d. lib. 7. cap. 37. quæſt. 7. Henriq. in Sum. Theol. mor. tom. 1. lib. 7. c. 27. num. 8. lit. I, & K, vbi etiam ait, id procedere quoq; quoad prædia ſita in aliena Parochia ab illa, quam domini habitant. Idem multò magis, vbi coloni ea de re habeant ſpeciale priuilegium à Papa, vt conſtat ex tex. vbi Gl. & Doct. d. c. à nobis. Quomodo autem tam dominus, quàm colonus, vbi ſoluere debent decimam, eius ſolutionem inter ſe diuidant, dicam infr. cap. 6. q. 4. concl. 5.

Secunda Concluſio. Clerici etiam tenentur decimas ſoluere
3 † de bonis patrimonialibus ſitis in propria, vel aliena parochia, vt voluit Gloſ. 1. in c. nouum genus, quā ſequuntur Innoc. Abb. & communiter Doct. vt teſtatur Couar. lib. 1. var. reſol. c. 17. num. 8. verſ. Primùm hinc conſtat, quam etiam ſequitur D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. Sot. lib. 9. de iuſt. & iure, quæſt. 4. art. 4. Azor. d. lib. 7. cap. 35. quæſt. 5. ex Innoc. & Abb. d. cap. nouum genus. Sil-

ueſt.

Digitized by Google

neſtr. autem Ver. decima, q.7.vbi ſeruiant Eccleſiæ, cui debentur decimæ, ait, decimas ſoluere non debere, aliàs ſibi ipſis ſoluerent. Verùm pro concluſ. eſt optimus tex. in d. cap. nouum genus, & in c.ſi quis laicus, 16.quæſt.1. Quoad † perſonales verò text.eſt ſecundùm Rebuf.d. tract. q.5.num.6.in d.c.nouum genus, vbi Doct.omnes.idem tenet Hoſt.& alij communiter, in c. veniens, de tranſact. Idem verò Rebuf. num. 9. per eundem tex.in cap.nouum genus, di-
5 cit, †Sacerdotes, ex eo, quia non recipiunt ſacramenta, non teneri ad decimas ſaltem perſonales, licèt contrarium velit Innoc. d. c. nouum genus. Cogit a.

Tertia Concluſio. Tenentur clerici quicunque habent prædia Eccleſiaſtica intra alterius Parochiæ
6 fines ſita, de ijs ſoluere † decimas Parocho. Hæc eſt magis communis opinio, vt teſtatur eam ſequens Couar.d.verſ.primo, hinc cõſtat, quã tenent Abb.& alij, d.c. nouum genus, idem Abb.in c. 1. poſt Gloſ. ibi, de cenſ. Card.conſ.88.num.4.Vnde Canonici de fructibus ſuis tenentur decimas perſoluere, vt poſt Hoſt. Innoc.& Butr.tradit Rebuf.d. tract.de decim.q.5.num. 5. & hoc quidem obtinet attento ſtatu, quo nunc Canonici vt plurimum priuatim, non autem communiter viuunt; quòd ſi nunc communiter viuerent, prout in primitiua Eccleſia faciebant, proculdubio de laboribus, ac nutrimentis ſuis nullas decimas ſoluere deberent, vt diſpoſuit Paſchal. 2. in cap. decimas, quod eſt 47. 16.quæſt.1.extra hunc caſum autem tenentur Canonici ſoluere decimas, ſicut alij clerici de prædijs etiam Eccleſiaſticis, quicquid voluerit Gloſ.in cap. quæſti, 16.quæſt.1. Nec referre videtur,
7 † ſintne ea prædia dotalia, vel non, iuxta communem opinionem, de qua teſtatur Bal.nouell.trac.de dot. colum. 2. cui etiam accedit Card.d. conſ.88. num. 5. Couar. d. num. 8. verſ. Secundò, licèt, & Rebuf.d. q. 5. num. 20.Innoc.& Abb. d.cap. nouũ genus, & Azor. d.quæſt. 5. Quàmuis contrarium voluerit Gloſ. 1. & fin. d. c.nouum genus, per d.c. quæſti, 16.q.1.D.Thom.d. art.4. & ibi Caiet. Balb.tract.de præſcript.5. part. princ. q. 7. Sanè Rectores Eccleſia-
8 rum, ſicut nec alij clerici † tenentur decimas ſoluere alijs clericis, qui ſuperiores non ſint, de decimis, quas ipſi recipiunt, ſicut nec Leuitæ Leuitis perſoluebant, vt in hac ſpecie not. Rebuf. d. q. 5. num. 6. & poſt Gloſ. Abb. & Innoc. d. cap. nouum genus, docet Azor. d. q. 5. quibus libenter accedo, quoniam id ſatis apertè colligitur ex text. in d. cap.
9 nouum genus. Prælati quoq; † tenentur ad decimas prædiales, vbi ſunt prædia, vt poſt Innoc. d. cap. nouum, & Card.conſ.88.num.4.trãdit Rebuf. d. quæſt. 5.num.3. & de perſonalibus, vbi Eccleſiaſtica ſacramenta recipiunt, vel audiunt diuina, Hoſt.Henr.Boich.& Butr.d. cap. nouum, & latè probat Rebuf.d.q.5. num.4.Et Canonicum audientem diuina extra Eccleſiam ſuam, teneri, vbi audit diuina, ſoluere decimam de ſuæ præbendæ fructibus tãquam de lucro, poſt Butr.& Anchar.d.cap. nouum, contra Abb. & Innoc. tenet Azor.d.cap.35.quæſt.7.

Quarta Concluſio. Ciſtercienſes, Tem-

10 Templarij, & Hoſpitalarij † non tenentur ſoluere decimas prædiorum ſuorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, text. eſt in c. ex parte, il 1. & c. licèt, de decim. quod quia quidam intelligebant ſolùm de noualibus, Papa in cap. ad audientiam, eod. tit. exponit intelligi de indultum debere non tantùm de noualibus, ſed etiam de prædijs, quæ proprijs manibus a Religioſis prędictis coluntur.

Declara tamen, hanc concluſionem non procedere; Primò, in poſſeſ-
11 ſionibus † ab alijs conductis, cap. dilecti, eodem tit. & not. Gloſ. 2. d. c. ex parte, & Rebuf. d. tractat. quæſt. 14. num. 52. Secundò, ſecus de poſſeſſionibus, quas poſt generale Concilium acquiſierunt; nam de ijs etiam ſi ſuis manibus illas excolant, Ciſtercieſes, & alij ſimiliter priuilegiati, te-
12 nētur omnino † decimas perſoluere, vt diſponit text. cap. nuper, eod. tit. niſi tamen prædictæ poſſeſſiones ab ijs acquirantur pro nouis Monaſterijs ædificandis, vt ibidem di-
13 citur, quo caſu † tradēdæ erunt alijs excolendæ a quibus decimę Eccleſijs perſoluātur; ſicq; immunes erūt illi Religioſi pro portione ſua, non autem coloni pro ſua; quomodo ego intelligo illum tex. licèt Glo. 2. & 3. diſſentire videatur. Item declara omnibus alijs modis, quibus in præced. cap. quæſt. 3. declarauimus concluſionem ſecundam, quæ erat de exemptione Religioſorū a nouaIibus; in qua etiam quęſt. plenè tractauimus de priuilegijs, & præſcriptionibus, quod ad noualia ſpectat; quare hic eam materiā omittimus.

Quinta Concluſio. Omnes alij
14 Religioſi decimas non ſoluunt † de nutrimentis animalium, hoc eſt, de animalibus, quę ipſi nutriunt, vt exponit Gloſ. in Clem. 1. verbo, animalibus, eodem tit. item de hortis ſuis non ſoluunt decimas; tex. d. cap. ex parte, il 1. hoc tit. ſit etiam intelligendus eſt tex. in cap. decimas, 16. quæſt. 1. cum ſimil. Sanè, quod de nutrimentis animalium dicitur, ſi expoſitionem Gloſ. admittamus, ita
15 † demum procedit, ſi ipſi Religioſi ea nutriant; ſecus ſi alijs nutrienda darent, vt not. Anchar. d. cap. ex parte, colum. 1. & Rebuf. d. q. 14. nu. 57. dicuntur autem & ipſi ea nutrire, ſi alij ea cuſtoditā, ſed veſpere ad Monaſterium reducant, vt ibid. Rebuf. adnotauit. Idem quoque dicendum
16 eſt † de hortis, quos colendos alijs traderent; tunc enim de illis decima ſolui debęt, vt ibid. tradūt Doct. ſi-
17 cut † & de ijs, quos colerent, & olera venderent; tūnc enim decimas ſoluere tenentur, vt in ſpecie tradunt Abb. d. cap. ex parte, & Rebuf. vbi ſupr. nu. 58. tex. enim ille intelligendus eſt de hortis, quos ad vſum proprium habent. Idem etiam ſtatuendum eſt de agris, & vineis, quæ Abbates ad ſuum, vel Fratrum ſtipendium habent; de illis enim decimas ſoluere non debent, vt apertè cauetur in cap. queſti, 16. quæſt. 1. iuncta interpretatione Gloſ. & aliorum.

Plerique etiam alij Religioſi habent priuilegia non ſoluendi decimas, quæ refert, & latiùs explicat Henriq. tom. 1. Theol. moral. lib. 7. cap. 27. num. 3. vſq; ad 9.

Sexta Concluſio. His caſibus ex-
18 ceptis, omnes Religioſi † tam exempti, quàm non exempti tenentur de

terris, & poſſeſſionibus ab eis acqui ſitis, vel acquirendis ſoluere integrè decimas Parochialibus Eccleſijs, quibus erant decimales, niſi ſpeciali iure, aut priuilegio ſuper hoc muniti ſint, vt diſponit textus d. cap. com miſſum, de decim. iuncto cap. fin. §. cæterùm, eodem tit. in 6. Immo Re
19 ligioſi † omnes appropriantes ſibi decimas, etiam noualium, ſibi non debitas, ſeu non permittentes ſolui decimas, aut de animalibus familiarium, & paſtorum ſuorum, vel aliorum etiam animalia ſuis gregibus immiſcentium, aut de animalibus, quæ in pluribus locis emittunt in fraudem Eccleſiarum, & alijs locis tradunt tenenda; aut etiam de terris, quas alijs tradunt excolendas; ſi poſt requiſitionẽ Eccleſiarũ, quarum intereſt, a præmiſſis non deſtiterint infra menſem; aut ſi de his, quæ contra præmiſſa vſurpare, vel retinere præſumpſerint, infra duos menſes non ſatisfecerint damnificatis Eccleſijs, tamdiu manebũt ab officijs, & adminiſtrationibus, & beneficijs ſuſpenſi, donec deſtiterint & ſatisfecerint; quiq; ijs carent, excommunicationem incurrunt, a qua ante ſatisfactionem condignam non abſoluuntur, vt diſponit Clemen. 1. de decim. vbi ſubditur, præmiſſa non extendi ad animalia, quæ per Religioſorum ipſorum donatos, ſeu oblatos tenentur, dum tamen illi, dum tamen illi cum effectu ſe, & ſua donauerint, aut obtulerint illis Religioſis.

20 Septima Concluſio. Papa † non tenetur decimas ſoluere; quia ipſe eſt ſummus Sacerdos, & Pontifex, ac miniſter Eccleſiæ, qui decimas alijs imponit, Clem. vltim. de decim. & Extrauag. vn. eod. tit. in commun. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. ad 3. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 4. art. 4. Rebuſ. d. trac. de dec. q. 3. n. 3. & ſeqq. Vnde ēt in lege veteri, ad cuius ſimilitudinẽ
21 † in noua quoq; decimæ præceptæ fuerunt, vt in ſpecie S. Thom. d. q. 87. art. 1. & Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 4. art. 1. adnotarunt, cęteri quidem Leuitæ ſummo Sacerdoti decimas dabant, ipſe autem nemini, vt habetur Numer. 18. quare quod ait idem Rebuſ. d. tract. q. 5. num. 26. quòd omnis homo, in quantum Deo ſubditus, ſiue ſit Papa, ſiue Imperator, tenetur decimas Deo offerre, quia omnes ſumus populus eius, & oues
22 paſcuæ eius, loquitur † de decima illa ſpirituali, quæ Deo offertur per ieiunium, & pœnitentiam, de qua idem Rebuſ. d. tract. q. 2. num. 9. & q. 5. num. 31. Immo neque Epiſcopus
23 tenetur decimas ſoluere, niſi ſummo Pontifici: tum quia ita in ſpecie voluit Thom. Triuiſan. in deciſ. Venet. lib. 1. deciſ. 29. num. 1. & 3. poſt Abb. in c. 2. num. 6. de decim. tum quia nullibi hoc cauetur, immo contrarium expreſsè habetur in cap. queſti, 16. q. 1. vbi apertè decernitur, vt Epiſcopi, & Abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum, vel fratrum ſtipendium habent, decimas ad Eccleſias ſuas deferri faciant; hoc eſt decimas nõ ſoluant, vt exponit ibi Gloſ. & cæteri Doctor. tum quia Epiſcopus nemini ſubditus eſt, etiam quoad ſpiritualia, & ſacramenta, niſi Summo Pontifici. Vnde, ſi ſacerdotes ex eo, quia non recipiunt ſacramenta, ſed alijs ea miniſtrant, immunes a decimis tam perſonalibus, quam

Digitized by Google

quam realibus eſſe voluit Rebuſ.d. q.5. num.9. multò magis immunes erunt Epiſcopi quoad menſam ſaltem Epiſcopalem,eiuſque prædia. Quod igitur aſſerit idem Rebuſ.d.q. 5.num.26.poſt Andr.Hiſpan.d. tractat. de decim.q.11.n.1.Epiſcopum etiam quatenus Deo ſubditum teneri ad ſoluendum decimam Deo,intelligendum eſt de ea decima ſpirituali,quę non niſi Deo datur,de qua ſupra dictum eſt. Quod tamen declara Primò,procedere ſolùm in bonis Epiſcopi Eccleſiaſticis, quę ſunt de menſa Epiſcopali;de patrimonia-
24 libus enim † & alijs beneficijs Eccleſiaſticis,quæ tamquam priuatus clericus habet, idem dicendum erit, quod ſupr. concluſ.2.& 3. diximus de bonis paternis, & Eccleſiaſticis aliorum clericorum;&hoc eſt,quod voluit Hiſpan.ſup.q.12.nu.14.poſt Hoſt.Declara ſecundò,ſecus eſſe, † ſi bona huius menſæ in alium per venditionem transferantur; nam tunc ſubijcerentur decimæ, vt tradit idẽ Triuiſ.d.deciſ.29.num.3.ad not.per Bald. conſ.322. num.2. lib.4. & Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend.q.9. princip. num. 46. Tertiò declara, vt ij, qui ſunt de familia Epiſcopi, teneantur decimas ſoluere, vbi infantes eorum baptizantur,& vbi per totum anni curriculũ Miſſas audiunt,vt cauetur in d.cap. quæſti,in fi.16.q.1.

Octaua Concluſio. Reges,& Prin-
26 cipes † tenentur & ipſi ad decimarũ ſolutionem;prædialium quidem illi Eccleſiæ,in qua prædia ſita ſunt,perſonalium verò, vbi diuina audiunt officia,vt in ſpecie tradit Gloſ. in c. omnes Principes,de maior.& obed. Rebuſ.q.5.nu.25. Hiſpan. d.reg.decim.q.12.num.1.& latè tradit Corſet.in tract.de poteſt.reg.q.37. quæ eſt in 3. parte illius tractat. idem etiam voluit Hiſpan.d.q.11.num.1. & Io.Azor.d.lib.7.cap.35.q.1.Quare non eſt exaudiendus Triuiſ. dum d.deciſ.29.num.2.vult,bona Principis non eſſe ſubiecta decimæ, per l.licitatio, quę alias incipit, locatio,ff.de publ.quæ tamen lex ſolùm diſponit, quòd bona fiſci ſunt immunia a vectigalibus; quare non rectè ſequitur,ea eſſe immunia a decimis, quæ fundamentum,& originem habent a iure naturali,& diuino. puto tamen probabiliter,Reges,& Princi-
27 pes † non teneri ſoluere decimas alicui Eccleſiæ Parochiali, ſed Epiſcopo;ſic loquitur Gloſ.d.c.omnes, in qua reliqui fundantur;& hoc, vt in aliquo præ ceteris in materia quoque decimarum priuilegiati ſint.

Nona Concluſio. Pauperes &
28 ipſi † tenentur ad decimas, Gloſ. c. qui tua,& ibi Gemin. 12. q.1. Vinc. Io.Andr.Butr.& Abb.in cap. cum homines,de decim.Fran.Marc. dec. Delphin.198.num.6.2.par.Tyndar. d.tract.de decim.nu.38. vſq; ad 43. & S.Thom.d.q.87.art.4.in fine, Rebuſ.d.q.5.num.14. Viui. opin. 153. verbo, conſuetudo non ſoluendi. Cornel.Benincaſ. in tractat. de paupert.q.7.in 6.ſpeciali, num.28. Ratio duplex eſt.prima, quia prætextu
29 paupertatis † non debet quis tenere aliena,vel peccare,l.palam,§. non eſt ignoſcendum, ff. de rit. nupt. cũ
30 ſimilib.Secunda,quia pauperes † tenentur de eleemoſyna,quæ eis offertur,dare decimam,vt ijdem Doctores adnotarunt,ſoluitur enim decima non modò reſpectu Eccleſiæ, ſed etiam in recognitionem vniuerſalis

F 2 do-

dominij, cap. tua nobis, de decim.
Declara tamen primò hanc conclu
31 ſionem, quòd poterit pauper † vnũ
pro alio ſoluere, vt in ſpecie voluit
Franc.Marc.d.deciſ.198.num.8. ſe-
32 cundò, † ſecus eſſe, ſi is ſit in extre-
ma neceſſitate, vt tradit Rebuf.d.q.
5.nu.14.nam tunc omnia ſunt com-
munia, l. 2. §. cum in eadem, ff.ad
leg.Rhod.de iac. c. ſi quis propter,
de furt. Immo, & debet Eccleſia re-
mittere decimam pauperi, qui coge
retur omnia vendere, & mendicare,
ſi vellet integram decimam ſoluere,
quam longo tempore non ſoluiſſet,
vt tradit Rebuf. d. quæſt.5. num. 15.
poſt Gloſ.in cap. quæcunq; 16. q.7.
vbi Turrecrem. num.1. poſt Hoſt. &
Go fr. idẽ Viu.& Beninc.loc.citatis.

Decima Concluſio. Leproſi te-
33 nentur † decimas ſoluere, ſi colunt
agros, vel vineas, vel ſi viuunt per ſe
34 in domibus ſuis; ſicut † & Heremi-
tę, & alij laici obſeruantes regulam
S.Dominici, vel S.Franciſci, etiamſi
ſeruiant Monaſterijs exemptis, vt
tradunt Rebuf.d.q.5.num.22.& Hi-
ſpan.d.tract.reg.decimarum, q.12.
num. 2. & 3. aliàs ſi viuant in com-
muni, & ſtent ſimul in vno loco, &
domo, non tenentur dare decimas
35 † de hortis ſuis, qui ſunt in circuitu
domus, neq; de animalibus ſuis ibi-
dem naſcentibus, ſeu eorum nutri-
mentis, vt voluit Pontifex cap.2. de
Eccleſ.ædif.& not.Rebuf.d.num.21.
Hiſpan.d.num.2.

Vndecima Concluſio. Iudæi quo-
36 † de terris, quas colunt, decimas ſol
uere tenentur; tex.in cap. de terris,
eodem tit. idem de Pagano, Turca,
37 & Hæretico † notant ibi Doct. Re-
buf.poſt alios, d.quæſt.5.num.11.Hi
ſpan.d.tract.quæſt.11.num.3.Silue-
ſter poſt alios in verbo, decima, nu.
3.Azor.d.lib.7.cap.35.quęſt.1. opti
mus ad id tex.in c. quanto, de vſur.
38 & ad perſonales † decimas Iudęos,
& Hęreticos teneri concludit Re-
buf.d.num.11.poſt Gloſ.in cap. de-
cimę, 16. quęſt.1. quia licèt non au-
diant diuina, non tamen ſtat, (inquit
Rebuf.) per Eccleſiam; quę nemini
claudit gremium. Cõtrarium tamen
voluit Gloſ. d. cap. de terris, quoad
Iudæos, ex eo, quia non ſunt de cor-
pore Eccleſiæ; cui accedit Hiſpan.d.
q. 11. nu. 5. latè Azor.d.c.35.q.3.&
in Saracenis, quòd ad decimas præ-
diales teneantur, tradit Lap.alleg.
63.Rebuf.d.q.5.nu.12. Hiſpan.d.q.
11.n.3.cõſuluit Oldr.conſ.91.Mant.
conſ.188.col.2. docetq; Azor. d.q.
1.& 2.vbi id probat de prędijs quo-
que emptis, tam a Iudæis, quàm a
paganis etiam pro decimis decurſis
tempore venditorum. Qui etiam
quæſt.6.poſt Innoc.Abb.& Io.An.in
c.commiſſum, de decim.& Couar.in
reg. peccatum, par.2.§.8.nu.12. do
cet, eum, qui combuſſit ſegetes, con-
culcauit ſata, incendit vites, vel ru
pit retia quibus capiuntur piſces, vo-
lucres, vel feræ, debet reſtituere Ec-
cleſiæ decimam quam ex fructibus,
prędiorum, aut venatione, piſcatio-
ne, vel aucupio percepiſſet.

An verò meretrix, hiſtrio, vſu-
rarij, & alij illicitè aliquid acqui-
rentes teneantur ad decimas, ſuffi-
cienter egimus in pręced.cap.q.2.

QVAERO SECVNDO, An poſ-
ſit ex priuilegio tam laicis, quàm
clericis competere immunitas a ſol
uendis decimis.

39 Et quidem pręmiſſo † nullũ laicũ,
etiam Imperatorem poſſe eam con
cedere, vt eſt textus formalis, vbi
Doct.

Digitized by Google

Doct. in cap. tua, il 1. de decim. & not. Rebuf. d. tract. quæſt. 13. num. 101. & alij paſſim.

Prima erit Concluſio. Epiſcopus
40 † non poteſt alicui concedere hanc immunitatem per viam priuilegij: ita voluit Rebuf. d. quæſt. 5. num. 28.
41 & 32. tum quia ſunt à Papa † aſſignatæ ſingulis Eccleſijs. cap. 1. 13. quæſt. 1. tum quia in Concil. Cabilon. ſtatutum fuit, ne Eccleſiæ anti-
42 quitus conſtitutæ decimis † priuarentur, cap. Eccleſiæ, & ſeqq. 16. q. 1.
43 non poteſt autem Epiſcopus † contra Concilium diſpenſare, vt tradit Gloſ. ſing. in c. cum dilectus, de elect. Rip. & alij, c. 1. de iudic. ſicut nec cōtra canones, Bald. & alij in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Fel. in c. 1. nu. 48. de conſt. & c. quod ſuper his, de maior. & obed. vbi alij Doct. optimus tex. in Clem. ne Romani, de elect. cum ſimil. Atq; ita tenendum eſt, quidquid dicere voluerit Hiſpan. d. reg. decimar. q. 12. nu. 1. in princip. Poterit tamen Epiſcopus
44 † remittere decimas, maximè ſuæ menſæ debitas ex iuſta cauſa, vt habetur in c. quia circa, de priuil. cum ibi not. per Gloſ. & Doct. Item po-
45 terit Epiſcopus † interponere decretum, & conſenſum in compoſitione ſuper ſolutione decimarum, opt. text. vbi Innoc. in cap. 2. de tranſact. latè Rebuf. d. tract. quæſt. 13. nu. 20. & ſeqq. noſq; latius inf. q. 5. hoc eod. cap.

Secunda Concluſio. Poteſt Papa
46 † aliquibus etiam laicis priuilegio concedere immunitatem à decimarum ſolutione. tex. ſunt in c. ſuggeſtum, c. ex multiplicit, c. à nobis, c. vlt. de decim. c. accedentibus, cap. ſi de terra, c. dudum, de priuileg. & in ſpecie notat Gloſ. 2. vbi cæteri, d. c. à nobis, Tyndar. d. tract. de decim. maximè nu. 64. Rebuf. eod. tract. q. 5. nu. 28. & q. 13. num. 103. Hiſpan. d. q. 12. num. 1. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 17. num. 9. Viu. in ſuis commun. opin. verb. priuilegium, & verb. conſuetudo, & alij Canoniſtæ paſſim, & inter Theologos Caiet. 2. 2. q. 87. art. 1. vbi id collegit ex S. Tho. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 4. latè poſt alios Henriq. in ſūma Theologiæ mor. lib. 7. c. 27. num. 3. Azor. d. lib. 7. cap. 37. quæſt. 6. inter Summiſtas Silueſt. verbo, decima, nu. 11. Laborant tamen Gloſ. & Canoniſtæ tenentes, decimas eſſe de iure diuino, & naturali, in aſſignanda ratione, ob quam contra illud diſpenſare videatur Summus Pontifex, cum ta-
47 men † alioqui non poſſit, cum ſit immutabile 5. & 6. diſt. per totum, cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. in Gloſ. & c. quo iure, in fine, & c. ſeq. 8. diſt. Ideoque quod Papa
48 † non poſſit tollere ius diuinum, latè tradit inter alios Fel. in. in c. quę in Eccleſiarum, num. 19. de conſtit. & Couar. epit. de ſponſ. & matr. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 2. 3. & 4. & optimus text. in Clem. ne Romani, de
49 elect. Et quamuis Papa † poſſit ius diuinum interpretari, vt docet Abb. & DD. d. c. quæ in Eccleſiarum, Innoc. c. ſuper eo, de bigam. & Couar.
50 vbi ſupra; non tamen † poteſt illud limitare, maximè in ſpiritualibus, ſed ſolùm interpretari, quod inuenitur limitatum, vt not. Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum, num. 21. & 24. poſt Card. in c. licèt, de elect. Contra ius
51 quoque naturale † non poteſt Princeps

Digitized by Google

ceps ipſe aliquid ſtatuere, in damnũ maximè alicuius, Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum, num. 26. & ibi Abb. per Clem. paſtoralis, de re iud. Old. conſil. 223. Alex. conſ. 93. vol. 4. Bart. in proœmio Digeſt. col. 2. Et quòd nõ
52 poſſit † contra ius naturale, & diuinum diſpenſari, latè inter alios oſtẽdit Domin. Magdal. in tract. de num. teſt. in teſtam. req. 3. part. cap. 3. nu. 2. 24. & ſeq. & videtur optimus tex. in c. litteras, vbi Gloſ. Abb. & cæteri, de reſt. ſpol. melior in cap. ſunt quidam, & ſeq. 25. quæſt. 1. Ratio verò illa, & diſtinctio Gloſ. d. cap. à nobis, quam ſequuntur Canoniſtæ magis communiter, quòd poſſit Pontifex remittendo decimas alicui, ſpecialiter contra ius diuinum, vel naturale diſpenſare, non tamen in totum tollere; quatenus etiam in conſuetudine id ab alijs admittitur, optimè refellitur à Couar. d. lib. 1. var. reſol. c. 17. num. 8. verſ. quibus mehercle opinionibus, & num. 9. in fin. atq; in ſe falſa omnino eſt; neq; enim poteſt Papa diſpenſare etiam in particulari quoad aliquem, vt is non teneatur ſeruare aliquod ex præceptis Decalogi, quæ diuina ſunt, & naturalia, atq; adeò prorſus indiſpenſabilia, vt optimè probat inter cæteros S. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 8. quòd ſi obijciatur de homicidio, quòd ipſæ leges ciuiles iuſtè aliquando concedunt; reſpondeo cum S. Thom. in Decalogo prohiberi dumtaxat homicidium indebitum, & iniuſtum. Quòd ſi etiam quis obijciat votum, cuius implementum eſt de iure diuino, iuxta illud vouete, & reddite, pſal. 75. diſpenſari per Papa tot. tit. de vot. item Matrimonium ratum, quod tamen iure diuino eſt indiſſoluebile, Matth. 19. Roman. 7. & 1. Corinth. 7. diſſolui iure poſitiuo per ingreſſum Religionis; & poſſe ex cauſa per Romanum Pontificem, vt pluribus optimè defendit inter alios Sanchez tract. de Matrim. lib. 2. diſp. 13. & 14. Reſpondeo cum Sanch. d. diſp. 14. num. 5. verſ. ad quartum, duplex eſſe ius diuinum naturale; aliud abſolutum, vt de non fornicando, & in hoc nullo modo Pontifex deſpenſat; aliud fundatum in actu, vel contractu humano, vt eſt votum, & matrimoniũ ratum; & in hoc poteſt diſpenſare: & ſicut, quando diſpenſat in voto, nõ dicitur abſolutè diſpenſare in iure naturæ, & diuino, ex quo votum habet obligandi vim, ſed tollit obligationis fundamentum, quam homo actu humano ſibi impoſuit, vt benè docent S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 10. ad 2. ita dum diſpenſat in matrimonio rato, id facit deſtruendo fundamentum contractus humani. & quàmuis idem fundamentũ ſit etiã in matrimonio conſummato, Chriſtus tamen noluit eam poteſtatem Pontifici concedere, ratione ſignificationis vnionis Chriſti cum Eccleſia per incarnationem, iuxta illud, ad Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia; vt latiùs deducit idem Sanch. d. diſp. 13. nu. 7.

53 Dicendum ergo eſt, Papam † poſſe aliquibus immunitatem à decimis concedere, cum per hoc iuri humano Pontificio, non autem naturali, aut diuino derogetur. Fatẽdum
54 quoq; non poſſe † in vniuerſum à Summo Pontifice præceptum hoc tolli,

tolli, non quia decimæ omninò iure diuino, aut naturali debeantur; ſed ex eo, quòd tale decretum eſſet irrationabile, nec conueniens Chriſtianæ Reip. cuius intereſt ſpiritualium miniſtros inopes non eſſe; & quia iuri naturali, ac diuino congruit, vt laborantes in vinea Domini mercedem aliquam decentem à laicis accipiant, quiq; ſpiritualia ſeminant, temporalia metant. neq; enim negamus, de iure naturali, ac diuino debere miniſtros Eccleſiæ indigentes congruè ſuſtentari; idq; Theologi quoque omnes fatentur, & latè concludit Couar. d c. 17. num. 2. in fin. & 3. ferè per totum, & nos etiam admonuimus ſup. cap. 1. huius tract. quæſt. 2. ſic etiam intelligendum puto Io. Azor. d. cap. 37. quæſt. 6. dum ex communi docet, Papam poſſe in totum decimam tollere; nimirum quoad aliquos Chriſti fideles, non autem quoad omnes, vel reſpectu congruæ ſuſtentationis miniſtrorũ Eccleſiæ. Illud verò hoc loco notandum eſt, quòd conceſſio exemptionis decimarum, quę fit Regularibus, amplè intelligitur, & includit præterita omnia, maximè dum additur ſignum vniuerſale cum clauſula geminata, & prægante; & licèt priuilegium loquatur ſimpliciter, & indefinitè, intelligitur de omnibus decimis, & extenditur tamquam fauor ad noualia; item ad loca cohærentia, præſertim, quæ ſunt intra Monaſterij ſepta; deniq; eximuntur bona non ſolùm particularium, vt quę habent ſinguli Canonici Regulares, ſed etiam bona vniuerſalia Monaſterij, aut Eccleſiæ: quæ omnia latè probat Henriq. num. 6. mox citan.

Tertia Concluſio: Priuilegium conceſſum Religioſis, & alijs, de nõ ſoluendis decimis, etiam ex agris
55 antiquitus cultis, † non extenditur ad eas, in quarum poſſeſſione is eſt, cui de iure competunt decimæ, puta Eccleſia Parochialis; ita Couar. d. c. 17. num. 14. ſic exponens Innoc. & Card. in c. dudum, quod eſt antepen. de priuil. Oldr. conſ. 268. & alios abſolutè dicentes, huiuſmodi priuilegium non intelligi de ijs decimis, in quarum poſſeſſione aliquis eſt: cuius etiam ſententiæ eſt Rebuf. d. tra-
56 ctat. c. 13. num. 114. ſecus verò † dicendum eſt, (inquit Couar. loc. mox citat.) ſi poſſeſſio ſit apud eos, quibus non iure communi, ſed priuilegio, vel præſcriptione competit ius decimas percipiendi: ſic intelligens contrariam ſententiam Abb. & aliorum d. c. dudum: Ratio autem deſumitur ex veriſimili, & præſumpta mente concedentis hoc priuilegiũ: neque enim præſumitur Pontifex noſſe ius, quod alicui præter ius cõmune competit, eiue derogare velle; quod ſecus eſt, vbi competat de iure communi, iuxta text. cum ibi not. in cap. 1. de conſt. in 6. Hanc eandem diſtinctionem ſatis probauit Henriq. tom. 1. Theol. moral. lib. 7. cap. 27. num. 6. dum allegat Couar. d. num. 14. Verum quidem eſt, quòd, ſi Papa concedit priuilegium non ſoluendi decimas alicui Religioni, non per verbum indulgemus, aliaſue clauſulas generales, ſed per clauſulas ſpeciales, maximè verò cum illa, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus; tunc centenaria, & immemorabilis conſuetudo tollitur; necnon poſſeſſio exigendi

Digitized by Google

di decimas; etiam illius, cui de iure communi competunt decimæ, vt poſt Caſſador. deciſ. 1. de priuileg. Bertrand. conſ. 7. lib. 3. Crot. conſ. 94. nu. 12. & alios tradit idem Henriq. d. cap. 27. nu. 5. in text. & Gloſ. ferè per totum, maximè litt. L, M, & N. Plura de his priuilegijs exemptionis decimarum Religioſis à Papa conceſſis agit inter alios Azor. d. cap. 37. q. 6. per totã quatenus ad ipſos Religioſos ea priuilegia pertinent. Quatenus verò ad eorum colonos ſpectant, idem latè tradit quæſt. 7. & nos aliquid generatim ſupr. eod. c. q. 1. concl. 1. diſtinguentes inter priuilegiũ perſonale, & reale. Quæſt. autem 8. idem Azor. tractat, an Religioſi ſic priuilegiati teneantur ſoluere decimas de prædijs ab alijs conductis in emphyteuſim; & concludit, non teneri, niſi priuilegium dicat, de proprijs, prædijs. Qua de re quoad priuilegium in iure ſcriptum diximus d. quæſt. 1. concl. 4.

QVAERO TERTIO, An laicis poſſit ex priuilegio concedi ius decimandi, ſeu decimas percipiendi.

Suppono, regulariter ius decimãdi tamquam ſpirituale † non poſſe laicis competere, ideoq; eius iuris illos eſſe incapaces; opt. text. vbi omnes Canon. in c. decimas, 16. q. 7. c. cauſam, de preſcript. item cap. fin. de rer. permut. & c. 2. de iud. Gloſ. communis in c. quãmuis, de decim. Idem not. Couar. d. c. 17. num. 5. & 6. Rebuf. d. tract. q. 10. num. 17. & q. 13. n. 38. 39. & 73. Bart. Vgol. in moder. tract. de ſimon. Tabul. 1. cap. 49. §. 3. nu. 2. Andr. Hiſpan. d. tract. reg. decimar. quæſt. 13. num. 6. Tribuiſ. deciſ. Venet. 29. num. 4. Germon. de Sacr. immunit. lib. 3. c. 19. num. 54. & 55. & inter Theologos S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. & ibi Caiet. & cæteri, Azor. Inſtit. Mor. par. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 7. rationem huius rei afferens; & rurſus cap. 36. quæſt. 2. Henriq. in ſumma Theol. mor. tom. 1. lib. 7. c. 27. nu. 2.

57

58 quomodo verò, & quo ſẽſu† aliquid ſpirituale dicatur, & ſit, tradũt latiùs Rebuf. vbi ſupra, idẽ Vgol. d. tab. 1. cap. 33. §. 1. & 2. & cap. 34. in princip. Nauar. in Manual. Confeſſor. c. 23. nu. 99. & Germon. d. lib. 3. de ſacror. immunit. c. 19. nu. 57. & 58. & in hac ſpecie Guttier. lib. 1. prac. quęſt. 15.

Prima Concluſio. Regulariter E-

59 piſcopus † non poteſt ius percipiendi decimas laicis concedere; text. optimus in cap. peruenit, 1. q. 4. c. bene quidẽ, 96. diſt. & in c. venerabilis, de cõfir. vtil. vel inut. not. Gratiã. in ſum. 16. quæſt. 7. Abb. in c. cũ tingit, de arbitr. Rebuf. d. tract. quæſt. 5. num. 32. & quæſt. 13. num. 73. facit etiam tex. in cap. prohibemus, de decim. & cap. cum Apoſtolica, de his quæ fi. à Præl. ſim. conſ. Cap. per quæ iura, alijs Doctoribus relatis Azor. d. cap. 36. quæſt. 12. id ipſum docet. Ampliatur verò hæc concluſio, quòd, ſi ius decimas percipiendi laicis pręſertim vendatur, ſimonia committitur, cum tale ius ſpirituale ſit; prout de hoc eſt tex. expreſſus in cap. presbyter, 1. quæſt. 1. latèq; in terminis comprobat Vgol. d. tab. 49. §. 3. num. 2. & 3. tab. 1.

60 Declara tamen † hanc concluſionem primò, vt poſſit Epiſcopus decimas concedere alijs Eccleſijs, cũ aliqua

Digitized by Google

aliqua cauſa;tex.in c.plures,c.ſtatuimus,& c.fin. vbi Gloſ.16.q.1.& not. etiam Rebuf. d. num. 32. Secundò,
61 poſſe † Epiſcopum alicui laico ex iuſta cauſa, puta quia Eccleſiam, eiuſue patrimonium à Tyranni oppreſſiò ne liberauerit, concedere ad vitam,aliundue tempus, non quidẽ ius percipiendi decimas, ſed ipſarũ decimarum fructus, & vt eas quodammodo nomine, & titulo Eccleſiæ conſequatur, vt voluit Gloſ. & magis communiter Doct. in d. cap. quãmuis,de decim.Card. c. cum Apoſtolica, col.4. de his, quæ fiunt à Prælat.ſin.conſ.Cap.Abb. c.ad hæc, de decim. Hiſpan.d.tract. q. 12. nu. 1.& q.13.n.9. Rebuf. d. tract.de decim quæſt. 10.nu.34.&quæſt 13.nu. 110.Couar.d.c. 17. num. 5. Bald. l. vſufructus, ff. de iure dot. & inter Theologos S.Thom.d.quæſt.87.art. 3.& quodl.2.art.8. Azor.d. lib.7.c. 36.quæſt.11.& 14.qui tamen id tantùm concedit de breui tempore, nõ
62 ad vitam.Tertiò declara, † poſſe concedi ab Epiſcopo cum conſenſu eius,de cuius intereſſe agitur,non in vim non priuilegij, ſed alienationis cum cauſæ cognitione,& alijs ſolemnitatibus. tex. eſt in cap. 2. de his,
63 quæ fiunt a Prælat.&c.prout†intelligit Rebuf.d.quæſt.5.nu.35. & tunc iam non erit ſpirituale ius tali laico conceſſum,cum ſpiritualia non miniſtret,ſed temporale,hoc eſt,fructus, et commoditas decimarum, quæ quid temporale ſunt, vt inter cæteros latè probat Azor.d.q.7. necnon cap.36. quæſt.11. Abb.in c. ad hęc, num 4.de decim.Rot.Rom. deciſ.2. num.1.de iud. Niſi velimus dicere cum Gloſ.Abb. & Hoſt.d. cap.2. illum text. loqui de decimis conceſſis clerico ad breue tempus: vel cum eodem Innoc.Hoſt. Io.An. de modica decima, vel de remiſſione decimæ,vt ibid.not.Abb.& Innoc.Quartò declara,nemini dubium eſſe, poſ-
64 ſe † laicos Sacerdotum nomine iure, & titulo conductionis decimas percipere.prout quotidie percipiũt, & exigunt. ita Gloſ. Abb. Anan.& alij in cap.querelam,ne Prælat.vic. ſu.Rom.conſ.266.Dec. cap.1. num. 14.&Rip.num.115.de iud. Couar.d. cap.17.num.5. verſ. ſic & laici, Rebuf.d. quæſt.10. num.34. Gemin. & alij in cap.fin.de for. compet. in 6. optimus tex.in cap.veſtra, de locat. d.cap.querelam,ne Prælat.vic.ſuas, cum alijs concord. relatis per Hiſpan.in regul.decimarum,§. vlt.nu. 7.& nouiſſimè Caroc. qui neminem horum,ſed alios allegat,tract.de locat.& cond.tit. de decim. num.6. & 7. qui etiam num. 12. concedit poſt
65 alios,† poſſe decimas locari ad vitam conductoris, accedente maximè Superioris apctoritate, quod etiam docet Glo.3.in cap. quãmuis, de decim.& poſt alios Nicol. Intriliol.tract.de feud.q.44.nu.13.& Rebuf.d.nu.34.

Secunda Concluſio.Quãmuis laici iuſtè poſſideant decimas ſibi in feudum etiam perpetuò ante Concilium Lateranenſe conceſſas a Præla-
66 tis;†ſecus tamen de his, quæ poſt illud conceſſæ ſunt: text. eſt in c. cum Apoſtolica,de his, quæ fi. a Prælat. ſin.conſ.Cap.& c.quãmuis,vbi Glo. & c.prohibemus,de decim.Idem habetur in c.2.§.ſanè,eod. tit.in 6. notauitq;Rebuf.d.q. 13. nu. 79. & 80. Couar.d.cap.17.nu.5. verſ. olim ſanè,

nè, Menoch. de præſumpt. l. 6. præſumpt. 86. num. 2. poſt alios, & nouiſſimè Io. Azor. d. cap. 36. q. 12. Et licèt tex. d. cap. prohibemus, quod ex eodem Conc. ſumptum eſt, inſinuare videatur, laicos cum animarum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante illud Conciliũ obtinuerunt: tamen vel loquitur de obtentis ſine legitimo infeudationis iure, vel de laicis non exhibentibus Eccleſiæ debita obſequia, & ſeruitia, quæ ratione feudi exhibere tenentur, prout optimè exponit Couar. d. num. 5. verſ. & dubio procul, in fin. Fuit autem hoc Conciliũ Lateranen

67 ſe, † non illud generale Concilium Lateranenſe, de quo paſſim canones Gregorij IX. mentionem faciunt, quod celebratum fuit ſub Innocen. III. anno Domini 1215. ſed aliud Lateranenſe non generale celebratum ſub Alex. III. Anno 1179. vt ex Platina, Sabellico, Volaterrano, & alijs tã Doctoribus, quàm iuribus oſtendit Couar. d. verſ. & dubio procul, Pauin. de viſit. 2. par. cap. 5. num. 96. Menoch. d. præſumpt. 86. num. 2. & Rebuf. in Concord. rubr. de approbat. conuent. per Lateran. Concil. fact. Idem quoq; de emphyteuſi di-

68 cendum eſt, quòd nimirum † laicis non poſſint decimæ eo tit. a Prælatis concedi, ſaltem poſt Lateranenſe Conciliũ vt in ſpecie not. Abb. in c. ad hæc, num. 4. de decim. & ratio illa eſt, quam idem quoq; Abb. indicat; quoniam, ſicut per feudum, ita per emphyteuſim vtile dominium

69 transfertur; & valet † argumentum a feudo ad emphyteuſim, vt latè inter cæteros deducit Clar. §. feudum, quæſt. 3. & Euerard. in loco a feud. ad emphyteuſ. per tot. ſatiſq; id probatur in d. c. ad hæc, vbi Pontifex improbat donationem factam laico de decima per ſucceſſorem tenenda, quoniam ſanctuarium Dei iure hære hæreditario poſſideri non debet.

70 Sed neq; a laicis † pignorari poſſunt ab ijſdem detentæ decimæ ipſis quoque Eccleſijs; cap. ſi. vbi Gloſ. & Doctor. de decim. niſi pignorentur illis Eccleſijs, quarum decimę ſunt, vt ibi not. Gloſ. & alij, ſatiſq; ex eo tex. colligere licet: aut niſi fructus ipſi, & commoditates decimarum pignorentur; ita in ſpecie Nicol. Intriliol. tract. de feud. quæſt. 9. num. 221. qua etiam ratione locari poſſunt, vt ſup. diximus.

Hanc verò concluſionem principalem declara, vt laici obtinentes in feudum decimas ante Lateranen.

71 Concil. † poſſint eas, ex conſenſu tamen Epiſcopi, in aliquam Eccleſiam transferre, vt eas ipſa Eccleſia eodem titulo obtineat; tex. eſt in cap. ſtatuimus, cap. in ſacris, & cap. in canonibus, 16. quæſt. 1. melior in cap. cum & plantare, in princip. de priuil. & cap. 2. §. ſanè, de decim. in 6. facit cap. prohibemus, ext. eodem tit. & d. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a Prælat. vbi Glo. & eſt communis Doct. opinio, prout refert, & ſequitur Couar. d. num. 5. verſic. præter hæc. Non tamen poterunt iſtæ

72 decimæ † in alios laicos feudi titulo tranſmitti etiam de conſenſu Epiſcopi, vt habetur in d. cap. cum Apoſtolica, & cap. prohibemus, vbi Hoſtien. Ioan. Andr. & Abb. Couar. alios referens, vbi ſupr. idem notauit Rebuf. d. quæſt. 10. num. 11. vbi cum multis num. ſeqq. latè exponit text. d.

Digitized by Google

d.cap.prohibemus; atq; ita ex com muni reſoluunt Mart. Carat. tract. de feud. lib. 1.tit.1.& fin.& Intriliol. eod.tract.quæſt.44.num.15.& ſeqq. & pluribus relatis tenet, ac probat inter Theologos Io.Azor.d.cap.36. quæſt.13. licèt alij in hoc contrariũ velint,quos refert, & ſequitur, tam ipſe, quàm etiam Fern. Vaſq. controuerſ. illuſtr. cap.89. num. 2. quæ quidem poſterior opinio locum fortaſſe habere poſſet,vbi laicus transferens decimas in alium laicum eas habuiſſet a Papa ex priuilegio ſiue ante,ſiue poſt Concil. Lateran. obtẽto, vt latè tradit Io.Guttier.prac. quæſt.lib.1.quæſt.14. num.2. necnõ quæſt. 15. num. 6. & docet Henriq. tom.1.ſum. Theolog. moral. lib. 7. cap.27.num. 2.litt.O; diſpar enim eſt ratio de obtinente decimas a Prę lato ipſo decimante, cui non licet aliquid alienare, vel etiam ab Epiſcopo, cuius eſt limitata admodum poteſtas; & a Papa, qui Chriſti Vicariam habet poteſtatem. Verùm

73 retenta prima opinione,ea † procedit etiam in ijs decimis, quæ antiquo feudo extincto ad Eccleſiam redeunt,prout ex ijſdem Doct. (Rebuf.excepto, quem ipſe nuſquam in eo c.allegauit) colligit Couar. loc. citat. & latè tradit Menoch. d.præſumpt.86. num.3. atq; ex communi opinione reſoluunt duo viri eruditiſſimi,& acutiſſimi,quos poſt primam dumtaxat huius tractatus editionẽ legi, And.Fachin. lib.7. controuer. iur.cap.72. part. 3. & Nicol. Intriliol.tract.de feud.quęſt.44. num.20. & tribus ſequent.quàmuis alios ibidem referant in hoc contrarium ſentientes; quod etiam tenere videtur Gloſ. 2.d.cap.prohibemus,& latè probat Clar.§.feudum,q.13.verſ. ſed quæro.

Illud verò prætermittendum non

74 eſt,quòd, † ſi quis laicus poſſederit decimas per tempus immemorabile,maxima erit præſumptio, immo ſufficiens probatio tituli ante Concilium acquiſiti, vt tradit Io. Andr. Butr.Card.& Imol.d.cap.cum Apoſtolica;communeq; dicit,eandem tenens Alexan.conſ.6.col.penul.lib. 1.& alij,quos referunt, & ſequuntur Balb.trac.de præſcrip.5.par.q.7.ad finem,Pauin.d.cap.5.nnm.97. de Viſit.Menoch.de præſumpt.lib.6.præſump.86.Gabr.com.concl.lib.5.tit. de præſcript.concluſ.1. num.22.Maſcard.de probat.concl.483. num.8. Peregr. tractat. de priuil. fiſc. lib.6. tit.8.num.22.Couar.d.num.5. verſ. ſed ſi dubitetur,& Intriliol. d.quæſt. 45.nu.8.ac Io.Guttier.pract. quæſt. lib.1.quęſt.16.nu.2. verſ.his tamen, vbi etiam plures hac in re Doctores de cõi atteſtantes recenſent. Nec erit neceſſaria fama, quòd laicus habuerit tale priuilegium ante Conc. prout ex ijſdem ferè Doct. concludit Intriliol.Couar.& Maſcar. ibidẽ contra Abb.d.cap.cum Apoſtolica, col.fin.& ibi Io.And.& Fel.cap.cauſam, quę, colum.1.de præſcript. & alios; quod etiam tenuit Rebuf. d. tract.q.13.num.69.neque etiam requiritur,quod oſtendat aliquam inueſtituram,prout poſt Barbat.conſ. 35.num.17.lib.2.& alios tradit Peregr.d.num.22. Intriliol. ſup. num. 10.& Maſcard.d.concl.num.9. licèt contrarium videatur velle idem Rebuf.d.q.13.nu.70.& 77.& alij, quos recenſet,& ſequitur Menoc.ſup.Mi-

Digitized by Google

nis requiritur, quòd immemorabilis hęc pręſcriptio completa fuerit ante Concilium, quicquid voluerit Henriq. tom. 1. Theol.mor.lib.7.c. 27.num.2.qui id nulla ratione probat. Puto tamen requiri, quòd ſaltem ex fama conſtet, laicos eas decimas titulo feudi poſſediſſe, vt tradit Rip. in cap.2.colum. fin. de iud. Couar. vbi ſupr. & poſt alios Arnulph.Ruzæus in tract.iur. regal. 4. par. pręfat. nu. 6. & 7. Capel.Tholoſ.deciſ.442.nu.2. in add. vel quod aliquid ſoluat Eccleſiæ in recognitionem, vt voluit Henriq. d. num. 2. & ante eum Rebuf.d.quęſt.13. num. 76.latè Balb.de pręſcript. 1. par. 5. part.princ.quęſt.7.num.19.& ſeqq. & Rot.Rom.deciſ.215. num.2.& 3. par.2.in nouiſſ.diuerſ.de quo etiam nos inf.quęſt.5.concl.6.

Immemorabilis autem huiuſmodi poſſeſſio, ſeu præſcriptio, (quæ idē
75 † eſt cum centenaria iuxta magis communem opinionem, quam tenet etiam Rebuf. d. quæſt. 13. num. 94. & alij ferè innumeri, quos refert, & ſequitur Ant. Gabr. com. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript.concl. 1.nu. 71. licèt alij velint, immemorialem eſſe maiorem, alij minorem centenaria, vt per relatos a Gabr. ibidem & Couar. Rel. reg. poſſeſſor 2. par. §. 3. num. 6. & 7.) hæc inquam
76 immemorialis poſſeſſio † probari debet per teſtes deponentes, ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & numquam vidiſſe contrarium, & a ſenioribus, & maioribus audiuiſſe, id ita factum fuiſſe, nec vnquam audiuiſſe contrarium actum eſſe, & huiuſce rei publicam famam eſſe, & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent; prout voluit Gloſ. quam ibi Doct. ſequuntur, in cap. 1. de præſcript. in 6. Specul. tit. de prob. verſ. vltimò quæritur, & alij pleriq; quos referunt, & ſequuntur Couar. d. §. 3. num. 7. Gabr. d. concl. 1. num. 74. & in materia decimarum tradit Rebuf. d. quæſt. 13. num. 94. & ſeqq. Debent autem teſtes, qui de hac re
77 teſtificaturi ſunt, ita † memores eſſe, vt poſſint deponere de eo, quod actum eſt 40. annis, & ſic eſſe annorum ferme 54. vt tradunt Lap. Gem. & Fran. d. cap. 1. & alij plurimi, quos referunt, & ſequuntur Couar. d. num. 7. Gabr. d. concl. 1. num. 83. & in noſtris terminis Rebuf. d. quæſt. 13. num. 99. Verùm poterit
78 probari, † memoriam extare; tum per teſtes, vt latè probat Rebuf. ibid. num. 98. tum etiam per inſtrumentum, vt tradit Glo. Io. An. & Gem. d. c. 1. de præſcrip. in 6. Rebuf. ſup. nu. 97. poſt Balb. tract. de præſcript. 2. par. 3. partis princ. quæſt. 6. num. 25. qui etiam voluit, per inſtrumenta probari non poſſe immemorabilem, quod & reſpondit Alex. conſ. 16. volum. 5. Natt. conſ. 636. num. 103. & ſeq. Licèt contrarium voluerit abſolutè Rota apud Caputaq. deciſ. 347. par. 3. & vbi in inſtrumentis adſit enuntiatiua immemorabilis, dixerit eadem Rot. in vna Burgen. iuriſdictionis coram Orano 20. Decembris 1596. & in alia Burgen. quindenniorum 8. Martij 1599. coram Litta.

Et quoniam incidimus in materiam probatoriam poſſeſſionis decimarum, illud omittendum non
79 eſt, † earum perceptionem probari poſſe per teſtes ſingulares, vt ſi vnus dicat,

dicat,ſe vidiſſe Eccleſiam recipere vno anno decimam de fabis illius campi,alius de frumento eiuſdem campi alio anno, vt voluit Specul. tit. de inquiſ. §. 1. num. 18. Gemin. conſil. 117. num. 3. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſ. 66. num. 12. & alij pleriq; quos refert, & ſequitur Maſcard. d. concl. 483. num. 1. Brunor. à Sole in comp. reſol. propoſ. iur. verſ. decimas percipiendi, & Gabr. com. concl. lib. 1. tit. de teſt. concl. 2. num. 33. vbi hanc opinionem aſſerit communem videri. Ratio duplex eſt, altera generalis, & communis, quòd in poſſeſſione pro-
80 banda † teſtes ſingulares admittantur, vt latè probat idem Gabr. d. cōcluſ. 2. num. 32. altera ſpecialis,
81 quòd in † decimis locus, & tempus non eſt de ſubſtantia actus, vt poſt Specul. tradit Maſcard. d. concl. num. 2.

An verò laici iure percipiendi decimas ſpoliati, & agentes interdi-
82 cto recuperandæ † ſint ante omnia reſtituendi, latè tradit Vaſq. contr. illuſtr. lib. 2. cap. 89. num. 4. & Couar. d. l. 1. var. reſol. cap. 17. num. 6. in princip. vbi concludit, quòd tunc ſolùm non erit ante omnia reſtituendus laicus, quando contra eum, & pro reo ſimul eſt iuris præſumptio, & non aliàs; ſic exponens cap. ad decimas, de reſt. ſpol. in 6. quo loco ſunt conſulendi Doct. pro hac quæſtione, ſeu articulo, necnon Anton. Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. num. 82. cum. ſeqq. & Corſet. in tract. ſeu reg. ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, limit. 4. & 48.

Tertia Concluſio. Poteſt Papa
83 † alicui Principi, vel etiam alteri laico ex cauſa decimas, ſeu ius eas percipiendi concedere; opt. text. in c. Adrianus, 63. diſt. c. cum Apoſtolica, de his quæ fi. à Prælat. ſin. conſ. Capit. melior in c. ex parte, il 3. de decim. & c. 2. §. ſtatuimus, & §. vbi autem, eod. tit. in 6. & notant paſſim Doct. maximè verò Rebuf. d. q. 13. num. 110. Hiſpan. d. tract. reg. decim. q. 12. nu. 1. Couar. d. nu. 6. verſ. Quartò, ab eadem radice procedit, Nauar. in tract. de redit. Eccleſ. q. 1. monit. 57. nu. 2. latè, & optimè Henriq. in ſūma Theol. mor. lib. 7. c. 57. nu. 2. necnō Roder. Suar. alleg. 28 & Io. Guttier. prac. q. lib. 1. q. 14. nu. 1. & 2. Declarabis tamen hanc concluſionē, quòd huiuſmodi priuilegiatus, à Papa ex cauſa, vt poſſit decimas ab alijs percipere, tam laicus,
84 quàm religioſus † tenebitur congruam portionem pro ſuſtētatione, miniſtrorum & oneribus ſupportandis Eccleſiæ Parochiali aſſignagnare, vt expreſsè diſponitur in d. §. vbi autē, & nos ſupr. c. 4. q. 3. concl. 6. ſemel admonuimus.

QVAERO QVARTO, An conſuetudo aliquam vim habeat in eximendo aliquos à decimarum ſolutione, aut ijs tribuendo iure decimandi.

85 Suppono, conſuetudinem † differre à præſcriptione; per conſuetudinem enim ius quodammodo acquiritur in communi, & publico, per præſcriptionem verò priuato; ita Abb. in c. cum Eccleſia, col. 8. num. 45. de ca. poſſ. & propr. Rebuf. d. q. 13. num. 45. & in conſuetudine ſunt plures perſonæ incertæ, in præſcriptione verò vna ſola eſſe poteſt, vel

quæ

Digitized by Google

quæ pro vna habeatur, vt Collegiũ, Eccleſia, Vniuerſitas; Butr. c. fin. de conſuet. Alex. conſ. 166. num. 7. vol. 1. Corn. conſ. 268. col. 5. volum. 4. Rebuf. loco cit. Germon. de ſacr. im mun. lib. 3. c. 19. num. 66. Alias differentias tradũt Abb. Butr. & Curt. d. c. fin. Balb. de pręſcript. 5. par. princip. q. 7. Rebuf. in conſtit. Reg. tract. de conſuet. in 3. Tom. Eſt autem

86 † conſuetudo, vt habetur in c. conſuetudo, diſtinct. 1. ius quoddam moribus vtentium approbatum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex; quæ etiam definitio colligitur ex c. cæterùm, de teſt. cog. & cõmuniter probatur. Ex ea verò confeſtim ſequitur, (vt id obiter nunc adnotemus.) conſuetudinem illam, quæ ſecundùm ius eſt, potiùs iuris, ac legis obſeruantiam, quàm conſuetudinem fore dicendam; quàmuis Abb. & pleriq; alij in cap. fin. de conſuet. conſuetudinem diuidant in eam, quæ contra, quæ præter, & quæ ſecundùm ius eſt.

Prima Concluſio. Plurimum po-

87 teſt † conſuetudo circa portionẽ, & quantitatem decimæ, eaque attẽdenda eſt; ita colligitur ex c. in aliquibus, §. vlt. c. commiſſum, c. cum ſint homines, c. dilecti, cap. ad Apoſtolicæ, de decim. in ſpecie adnotauit tam in prædialibus, quàm in perſonalibus Rebuf. d. quæſt. 13. num. 46. Fran. Balb. d. quæſt. 7. Io. Azor. d. lib. 7. cap. 37. quæſt. 2. Boer. in conſuet. Bituric. tit. de con ſuet. §. 12. communem dicens, quem etiam ſequitur Couar. d. cap. 17. num. 8. Malè ergo Hoſt. & alij, quos referunt Rebuf. d. quæſt. 13. num. 43. Azor. d. quæſt. 2. Couar. d. num. 8. & Tyndar. tract. de decim. num. 35. & 36. id admiſerunt in perſonalibus, non autem in prædialibus. Peiùs dixit Gloſ. & Innoc. d. cap. in aliquibus, conſuetudinem hanc debere à Pontifice eſſe approbatam; vel auctoritate Summi Pontificis totam decimam, ſeu illam eius partẽ, quæ diminuta videtur, eſſe in quid aliud commutatam, vt voluit Germon. d. cap. 19. num. 69. & duobus ſeqq. Nam & text. ſupra relati apertè id tribuunt conſuetudini, non autem huiuſmodi commutationi; neque requiritur in conſuetudine,

88 † etiam quæ eſt contra ius, ſcientia, & approbatio Principis, vt multis oſtendit Abb. d. c. fin. num. 13. & ibi Butr. & Barbat. colum. 26. de conſuetud. Curt. latè ſect. 4. num. 24. Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 18. quæſt. 7. cũ ſeq & Thom. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 82. num. 20. Peſſimè demum dixit Hiſpan. in tract. reg. decim. verſ. decima eſt iure naturali, num. 13. & 15. nullam omnino conſuetudinem excuſare etiam à quota decimarum; quod etiam alij voluerũt quos refert Azor. d. q. 2. Ratio enim eſt,

89 quia quota decimæ † diminui poteſt per conſuetudinẽ, ſiue quia decima nũc eſt ſolũ de iure humano, vt Theologi volũt, ſiue quia cõſuetudine ius diuinum, ac naturale limitari, & quodãmodo diminui poſſunt, vt voluit Gloſ. communiter ferè à Canon. recepta in cap. à nobis, de decim. latè Sanchez d. d. 87. diſp. 4. n. 2. quod verũ eſt interpretãdo, non derogãdo, d. cap. fin. vbi Abb. & alij, de conſuet. & ideo in hac ſpecie, quòd decima diminui poſſit con ſue-

ſuetudine,præter iura,& Doct. citatos tenuit Viui. & Abb.d. cap.in ali quibus, & alij Canoniſtæ ferè omnes, ex quibus nonnullos recenſet Couar. d.num.8. in princip. Et de hoc nulla eſt dubitatio apud rectè ſentientes.

Secunda Concluſio. Conſuetudo
90 quantumcunque longa † nullas decimas,aut quid aliud Eccleſiæ miniſtris ſoluendi, non excuſat à peccato,nec valet quando alijs ſuſtentari non poteſt in ea plebe, vel Parochia Sacramentorum, ac ſpiritualium miniſter. In hoc conueniunt omnes, non modò Canoniſtæ, ſed etiam Theologi, & in ſpecie notauit Couar. d. cap. 17. num. 6. & 8.
91 in fine.Ratio eſt, quoniam † de iure naturali, & diuino eſt ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ Dei, vt inter ceteros oſtendit Sot.lib.9.de iuſt. & iur.quæſt.3.art.1.Couar.d.cap. 17. num.2. & 3.& Vaſq. contr.ill. lib.2. cap. 89. num. 8. & 9. & nos iam non ſemel admonuimus;ſicq; procedunt rationes, de quibus per Rebuf. inter alios d. quæſt. 13. num. 40. vbi abſolutè probare contendit, conſuetudinem nullas decimas ſoluendi non valere, poſt Anchar. Turrecr. Bertran. & alios.

Hanc tamen concluſionem de-
92 clara, † non procedere in ijs decimis, quæ proculdubio iure tantùm humano, etiam quoad ſubſtantiam inductæ ſunt, quales ſunt decimæ perſonales, ſecundùm Hoſt. in ſum. tit. de decim. §. vtrùm, quæſt. 7. & pleroſq;alios Canoniſtas,de quibus per Couar. d. cap. 17. num. 2. verſ. & præter has rationes: ideoq; eas per conſuetudinem tolli poſſe, præter Couar. d. cap. 17.num.8. voluit Hoſt. c.in aliquibus, de decim. Turrecr. c.reuertimini,16.quæſt.1.art. 7. num. 12. Pariſ. conſ. 25. colum. 2. vol.4. Fel.c. cauſam,quæ,de præſcript.Balb.trac.de præſcript.5.par. prin. quæſt. 7.Viui. deciſ. Neap. 4. num. 46.& communem Theologorum, & Canon. dicit eſſe Rebuf. d. quæſt. 13. num.44. Quin immo,valere conſuetudinem eximentē laicos à ſolutione etiā prędialiū decimarū, vbi ijs non indigeat Parochus,ſentiunt Theologi omnes, præſeritim Azor. d. lib. 7. cap. 37. quæſt. 2. necnon Couar. d. num. 8. licèt Couar. id non concedat de tota aliqua prouincia; quod tamen concedit Azor. ſimul oſtendens, quomodo id euenire potuerit.

Tertia Concluſio. Valet conſue-
93 tudo,vt de minutis etiam † decimæ mixtæ non ſoluantur, vt voluit D. Tho.n.2.2.quæſt. 87. art. o. Aſtenſ. in ſum. rubr. de decim. art. 4. in fin.Collect.cap. 1. de decim. Rebuf. d. quæſt. 13. num. 51. immo voluit Turrecr. d. cap. reuertimini,quæſt. 11.decimas de minutis non eſſe in
94 præcepto. Pari ratione † valebit etiam conſuetudo, vt ex certis fructibus, puta feno, oleo decima non ſoluatur;ita poſt Caſtr.conſ.17. lib.2.Couar.d.nu. 8 verſ. Septimò, eodē iure, & Azor. d.cap. 35.q. 9.

Quarta Concluſio. Valet conſue-
95 tudo, vt † de prædijs Eccleſiaſticis decima non ſoluatur à clericis; ita in ſpecie tradit Couar. d. num. 8. verſ. Secundò,licèt magis communiter,& ſentit Azor d. cap. 35.quæſt. 7.cum præſertim multi non improbabiliter dixerint, decimas de his ſol-

ſoluendas non eſſe, quos recenſuimus hoc eodem cap. quæſt. 1. con-
96 cluſ. 3. Immo,† poſſe clericos conſuetudine eximi à ſolutione decima rum omnium tam prædialium, quā perſonalium, etiam ratione bonorū patrimonialium, voluit Gloſ. d. cap. in aliquibus, de decim. & c. quia cognouimus, 10. quæſt. 3. Fel. d. cap. cauſam, quæ col. 1. de præſcript. Balb. d. quæſt. 7. Couar. d. num. 8. verſ. primùm hinc conſtat, Azor. d. lib. 7. cap. 37. quæſt. 2.

Quinta Concluſio. Poſſunt ex
97 conſuetudine † decimæ vni Eccleſiæ aliàs debitæ alteri adſcribi, & ſolui; tex. eſt in c. cum ſint homines, & cap. ad Apoſtolicæ, vbi Abb. & alij, de decim. & not. Card. in c. vlt. in fin. de Paroch. Io. Guttier. lib. 1. pract. quæſt. 17. num. 2. & 5. poſt Couar. d. num. 8. Rebuf. d. quæſt. 13. num. 47. & 48. vbi limitat, id
98 non procedere † in decimis, quæ limitibus adhærent, hoc eſt, in prædijs, quæ limitibus proxima ſunt, ad not. per Gloſ. & Doct. d. cap. cum ſint homines, & d, c. fin. de Paroch.
99 limites enim † præſcribi non poſſunt, ne fines confundantur, cap. quicunque, & cap. licèt, 16. quæſt. 3 & c. ſuper eo, de paroch. Fortiùs verò
100 † attendi debet conſuetudo, vbi de iure dubium eſt, ad quam Eccleſiam decimæ ſpectent, vt not. Gloſ. 2. & Doct. per illum text. in c. cum contingat, de decim. & Couar. d. nu. 8. verſ. Quartò, fortiori ratione; vbi poſt Abb. d. c. cum ſint homines, cō-
101 cludit, in hac ſpecie † ſufficere conſuetudinem decem annorum, cum ea non ſit contra, ſed præter ius, quo
102 caſu † decem annorum ſpatio legitimam conſuetudinem induci, voluerunt præter citatos à Couar. ibidē, Abb. d. c. fin. num. 15. de conſuet. & Rebuf. d. quæſt. 13. num. 53. & nos latiùs oſtendimus tract. de Option. c. 1. quæſt. 2. De conſuetudinibus quoad colonos dicemus inf. capit. 6. quæſt. vlt.

De conſuetudine verò quoad Locum, Modum, & Tēpus ſoluendi decimas, dicemus infr. cap. ſeq. ſuis locis.

Sexta Concluſio. Excepto caſu, de quo in ſuperiori concluſ. ad fin. diximus, & eis ſimilibus, conſuetudo, quæ circa decimas obſeruanda
103 eſt, † requiritur, & ſufficiet, vt ſit quadraginta annorum: opt. tex. in cap. fin. de conſuet. & in hac ſpecie notauit Pariſ. conſ. 25. num. 6. & 27. lib. 4. Couar. d. num. 8. verſ. decimò, his omnibus animaduerſis, & colligitur ex Gloſ. vlt. in cap. fin. vbi Doctor. omnes, de conſuet. & patet ex tex. in c. cū Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propr. & c. auditis, de præſcrip. Quare malè Soc. conſ. 297. volum. 2. Fulgoſ. conſ. 166. clariùs Balb. d. quæſt. 7. num. 9. & ſeqq. & Rebuf. d. quæſt. 13. num 53. in fin. volunt, requiri ad hanc conſuetudinē in materia decimarum tempus im-
104 memoriale. Immo neque † titulus requiritur ad hanc conſuetudinem, licèt ei aduerſetur iuris communis præſumptio, vt in ſpecie adnotauit Couar. vbi ſupra. Textus verò in c. 1. de præſcript. in 6. qui contrarius videtur, procedit in præſcriptione, non autem in conſuetudine, ſecundùm Archid. ibi, Gemin. & alios, quos ad hoc refert, & ſequitur Couar. loco cit.

An

Digitized by Google

An autem valeant ſtatuta laicorum prohibentia decimas a laicis exigi, quæ ſolui non conſueuerunt, tangit Azor. d.lib.7.cap.37.quæſt.3.& iure negatiuè reſpōdens id probat; quod etiam facilè ſuaderi poteſt ex ijs, quæ in ſimili adducemus inf.cap.8.quæſt.1.concl.4. in fine; maximè quòd iudex hac in re laicus eſſe nequit, vt eadem quæſt.1. ferè per totam oſtendemus; vnde nec ſtatuere poterit,cū hæc duo ſtatuere nimirum,& iudicare poſſe, à pari procedant, vt pluribus allegatis tradunt Dec.eiuſq;Apoſtillator in c. Eccleſia S.Mariç,nu.6.de conſtit.

QVAERO QVINTO, Quænā præſcriptio obtineat, & locum habeat in materia decimarum.

Prima Concluſio. Poſſunt aliqui
105 † etiam laici præſcribere exemptionem à ſolutione, non ſolùm partis decimarum,ſeu quotæ, (in quo omnes ferè conueniunt, & latè inter cæteros tuetur Triuiſ. deciſ.Venet.29.num.15.Rebuſ.d.q.13.num.57.& 58.vbi poſt Angel.in ſumma, verbo,decimç,§.2.id limitat,vbi Curatus non poſſit commodè ex illa parte, quæ ſoluitur,ſuſtentari;) verùm etiam quoad totam decimam: idq; reſpondit Nauar. conſ.2. num. 5.tit. de decim. & docet in Manual. Confeſſ.cap.21.num.28. ac tuentur optimè Couar. d. cap. 17. num. 10. Fern.Vaſq. controu. Illuſtr. lib.2.c.89.num.10.Azor.Inſtit.Moral.par.1.lib.7.cap.37.quæſt.4.& poſt alios Henriq. lib.7.ſum. Theol. moral. c.27.num.2.ea optima ratione,quòd, licèt laici ſint incapaces iuris percipiendi decimas,vt ſuperiùs oſtendimus,nullibi tamen in iure habetur, quòd ſint incapaces huius exēptionis.ſuffragatur etiam cap.1. de præſcription.lib.6.vbi abſolutè admittitur præſcriptio in decimis; licèt contrarium tueri velit Triuiſ.d. deciſ. Venet.29. num.14. Neq; obſtat ratio,qua contrarium ſentit Euer. in loc.a tribut.a dec.num.4. quoniā tributum,quod ſoluitur in recognitionem vniuerſalis dominij, non præſcribitur,decima verò talis eſt, cap.tua nobis,de decim. nam præterquam quòd exponi poteſt illud de tributo quoad ius exigendi; ſufficiet,quòd aliquid Deo offeratur in recognitionem vniuerſalis dominij, quod decima non ſit,vt in ſimili de priuilegio optimè ait Azor. d. cap. 37.quæſt.6.

106 Secunda Concluſio. Poteſt† clericus,vel Eccleſia per prçſcriptionē acquirere exemptionem, etiam quoad totam decimam, vt voluit Gloſ.fin. quam ibi Doct. ſequuntur, in cap.in aliquibus,Fel.c.cauſam, quæ,col.1.de præſcript.Gem. c.2. §. penul.de decim.in 6.Balb. d.5. par. princip.quæſt.7.Couar. d. nu. 10.& Vaſq.contr. illuſtr.lib.2. c.89. n.10. & conſtat a fortiori ex eo, quod de laico in præceden. concluſ. tradidimus.

107 Tertia Concluſio. Poteſt † clericus,vel Eccleſia per præſcriptionē acquirere etiam totam decimam in aliena parochia: bonus tex. iuncta Gloſ.in c.cum contingat, & cap. cum in tua, quod eſt ſeq. de decim. melior in cap. 1. de præſcript. in 6. optimus,& ferè ad litteram, in cap. ad aures, de præſcript. vbi Gloſ. & Doct.idem not.Rebuſ.d.q.13. nu.6. & Couar.d.cap.17.nūm.7.Abb.con

ſil.94.num.2.volum.1.quod tamen aliqui limitant non procedere, vbi clerici,vel Religioſi non habeant Parochiam, vt videre eſt apud Rebuf.
108 d.q.13.nu.63.quos tamen † ibi refellit. Tu verò declara,hanc pręſcri-
109 ptionem † non extendi de decima vnius rei ad aliam rem etiam eiuſdem fundi: vnde ſi quis præſcripſit decimam vini,ſi vinea fiat arabilis, non habebit decimam illius fundi; vt decidit Butr.cap.commiſſum, de decim.per c. cũ in tua,eod.tit.quod tamen potiùs loquitur de extenſione quoad prędium; idem voluit Rebuf.d.q.13.nu.61. allegans Doct. in cap.auditis,de præſcrip.ſed neque
110 † extenditur præſcriptio decimarum ad noualia,vt ibidem tradit Rebuf. & nos latiùs oſtendimus cap. præced. quæſt.3. concluſ.9. vbi de præſcriptione quoad noualia fusè
111 egimus. neq; † etiã extenditur hæc præſcriptio de perſona ad perſonã; vnde ſi quis veniat ad habitandum, non poterit ab eo decimam percipere,qui in alijs præſcripſit, ſed cum is de nouo ſoluat, Eccleſiæ Parochiali ſoluere debet,vt voluit S.Ant.2. p. ſum.tit.4.c.3.§.3.& Rebuf.d. q. 13. nu.62.per cap.ad Apoſtolicã,de decim. quod tamen in alijs terminis loquitur.

Quarta Concluſio. Ad pręſcribendum in caſu præcedentium con-
112 cluſionum † requiritur,vel ſpatium 40.annorum cum probatione tituli iuſti, ſeu probabilis,qui cauſam poſſeſſori tribuat præſcribendi, vel tempus immemoriale;text.eſt in cap.1. vbi Gloſ.& Doct.de præſcript. in 6. & not.Rebuf.d.q.13.num.81.& ſeq. Couar.d.cap.17.in princ.num.8.ad fin.& num.10.ferè per totum,vbi id latè probat, & ſubtiliter more ſuo, rationes ſatis congruas afferens; quas breuitatis cauſa omittam.

Quinta Concluſio. Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica habens donationem à laico,puta Rege,vel Regi-
113 na,non † poteſt decimas pręſcribere,etiam per tempus immemoriale: text.in cap.dudum, vbi Abb. de decim.facit quoq; cap.fin. de reb. Eccl.non alien.in 6.not.Rebuf.d.q.13. n.87.poterit tamẽ habere decimas a laico,qui eas habuerit in feudũ ante Côc.Later.vt diſponitur in c.2.§. ſanè,de decim.in 6.& ſic poterit pręſcribere.

Sexta Concluſio. Nulla præſcri-
114 ptione etiam immemoriali † poteſt laicus ius acquirere percipiendi decimas ab alijs,quidquid dicat Vaſq. contr.illuſt.l.2.c.89.nu.7.tex.apertus in c.cauſam,quæ,vbi Gloſ.Fel.& alij,de præſcript.notat Balb.d.5. p. prin.q.7.Couar.d.c.17.num.6.verſ. Quartò,ab eadem radice, Germon. & Henriq.locis infr.cit.Rebuf. d. q. 13.nu.64. & alij, quos refert Vaſq. vbi ſupra. Ratio illa eſt, quòd laici ſint incapaces huius iuris, vt latè probauimus ſupr.hoc eod.cap.q. 3. in prin.vbi autem adeſt incapacitas
115 alicuius iuris, † non poſſunt ij etiã per immemorialem pręſcriptionem capaces fieri,vt voluit Gloſ. in cap. nobis,verb.iuriſdictione,de iure patron.Abb. & Curt. in c. fin. de conſuet.ſect.4.num.32.& 33. cum alijs, quos refert,& ſequitur Couar. d. c. 17.nu.10.Anaſtaſ.Germon. de ſacr. immunit.lib.3.cap.19.nu.6.&duob. ſeqq.Peregr.de priuil.fiſc. lib.6. tit. 8.nu.18.19.& 21.& Henriq. lib. 7.

ſum.

Digitized by Google

ſum.Theol.mor. cap.17. num.2. Et quámuis priuilegio laicis concedi poſſit hoc ius decimandi, vt eadem quæſt.3.oſtendimus, huiuſmodi au-
116 tē immemorialis prǫſcriptio†vim habeat priuilegij,vt habetur in l.3. §.ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æſt.c.ſuper quibuſdam, de verbor.ſignif.& latè proſequitur Ant. Gabr. com.concl. lib. 5. tit. de præſcript.
117 concl.1.nu.1.ſecus tamen eſt†vbi adeſt incapacitas in poſſidente, vt not.Io.Monach.c.2.de præben.in 6. Abb.Fel.& alij d.cap.cauſam, quæ, latè Couar.d.l.1.var. reſol. cap.10. num.14.Arnulph. Ruz. in tract. iur. regal.4.par. præfat. num. 6. & 7. & Peregr.d.num.18.&19.latiſſimè Gabriel d.concl.1.nu.16.Et in hac ſpecie iuris percipiendi decimas,in laicis non habere præſcriptionem immemorialem locum priuilegij, voluit Couar.d. cap. 17. num. 6. verſ. Quartò, ab eadem radice, Curt. d. num.33. Arnulph. d.num. 7. & Rebuf.d.q.13.num.67.& 68.& ex magis communi decidit Rot. Rom.deciſ.215.num.2.& 3. par.2. in nouiſſ. diuerſ. vbi plures Doct. allegat. Si
118 tamen†ad hanc immemorialem præſcriptionem accedat fama, vel priuilegij, ſeu feudi obtenti ante Concil.Later.vel etiam fama feudi abſolutè, tūc laicus tutus erit, vt latiùs oſtendimus ſup. hoc eodem c. q.3.concl.2.& tenet Rot.vbi ſup.

An autē decimas ante Concil.Lateranen. vel poſt legitimè infeudatas poſſit laicus contra laicum præſcribere,tractat inter alios Io.Guttier.pract.quæſt.lib.1.quæſt.14. nu, 3.& q.15.num.7.vbi pluribus relatis ex communi reſoluit affirmatiuè.

QVAERO SEXTO,An valeat cōpoſitio,vel trāſactio ſuper decimis.

Præmitto cum Azor. d. lib. 7. cap.37.quæſt.5.quòd licèt inter cōpoſitionem,& tranſactionem hoc interſit, quòd illa eſt gratis, & liberaliter facta conuentio,hæc eſt de re dubia,& lite incerta aliquo dato,vel retento pactio, l.1. ff. de tranſact.l. tranſactio,C.eod.& cap.ſuper eo,de tranſact.vnū tamen ſæpius pro alio ponitur,vt in c.veniens, eod. tit. cū ſimil.

Prima Concluſio. Valet compoſitio inter perſonas Eccleſiaſticas, vt
119 decimæ vni Eccleſiæ debitæ†alteri ſoluantur: tex.eſt in cap. 2. & ibi Gloſ. & Doct. de tranſact. optimus etiam tex. in cap.dilecti, vbi id not. Abb.de decim.idem tradit Ruin.cōſil.142.num.13. volum.5. Rebuf.d. q.13. num.16. vbi rationem affert, qui etiam num. ſeqq. poſt Collect. in cap.ad Apoſtolicæ, eod. tit.hanc concluſionem limitat non procedere in decimis perſonalibus, quæ dantur ratione adminiſtrationis Sacramentorum. Tu verò illam declara,
120 ita demum procedere† ſi cauſę cognitio,decretum, & conſenſus Epiſcopi accedat,vt diſponitur d.c.2 & ibi not.Innoc.& latè tradit Rebuf.d. quæſt.13.num.19.vſq; ad 23. vbi etiam quærit, an ſufficiat auctoritas Vicarij,& videtur ibi concludere,
121 † quòd ſic,per tex.d.c.2.in integra Decretali,vbi habetur, Epiſcopi,vel Archidiaconi, qui de iure Vicarius eſt Epiſcopi,cap.1.de off.Archid.Se-
122 cundò declara, † non poſſe laicos cum Eccleſia componere,vt decimę ipſis laicis ſoluantur,niſi ad tempus, & ex iuſta cauſa,vt probat Rebuf.d.

quæſt. 13. num. 28.

Secunda Concluſio. Valet com-
123 poſitio inter clericos, † vt minus, quàm ſit decimæ, eis ſoluatur; vel, vt de aliquibus rebus non pręſtetur: tex. in cap. veniens, de tranſact. & c. ex multiplici, vbi Doct. de decim. not. Abb. c. dilecti, eod. tit. Rebuf. d. q. 13. nu. 26. Triuiſ. deciſ. Venet. 29.
124 num. 12. immo valebit etiam† inter laicos, & clericos, vt tenere videtur Gloſ. fin. d. cad. 2. de tranſact. vbi fiat cum Eccleſiæ vtilitate; ſed expreſsè tenet ibi Hoſt. vt refert Io. And. in add. ad d. Gloſ. fin. idem voluit Dec. in cap. venerabilis, de confirm. vtil. vel inutil. quod etiam ſequitur, & latè probat Rebuf. d. q. 13.
125 num. 29. vbi † talis compoſitio ſit approbata a Summo Pontifice, vel magno temporis interuallo firmata: & omnino verum eſt, vbi compoſitio inter laicos, & clericos fiat de modo, loco, & tempore decimas ſoluendi, vt ibid. probat Rebuf. ex d. c. venerabilis, & ibi Gloſ. & Innoc. Ad hoc verò, vt talis compoſitio etiam inter clericos facta perpetua ſit, & valeat, atq; obliget ſucceſſorem,
126 † debet fieri cum auctoritate Superioris, vt habetur in d. c. veniens, & c. ex multiplici, & hæc omnia tenet quoq; Azor. d. cap. 37. q. 5. Qui etiam q. 2. docuerat, valere, accedente conſuetudine, compoſitionem, vt colonus, ſoluat certas menſuras annuatim, ſiue fructus colligantur, ſiue non. Immo d. c. veniens, requiri videtur approbatio Summi Pontificis, vt not. Bertran. conſ. 14. & 116. vol.
127 1. ſed hoc† ibi diſponitur, vel quia agebatur de magno præiudicio, hoc eſt, ſoluenda ſolùm tertia parte decimæ; vel quia nulla cauſa interuenerat vtilitatis, neceſſitatis, aut alia ſimilis; vel quia illa erat propria tranſactio, hæc compoſitio; vel quia in ea Parochia, in qua erant prædia, coloni Monaſterij, quod tranſegerat, & cōpoſuerat de non ſoluenda niſi tertia parte decimarum, a Parocho etiam recipiebant Eccleſiaſtica Sacramenta.

128 Tertia Concluſio. Poteſt fieri† cōpoſitio, & tranſactio ſuper decimis præteritis, & decurſis ſine conſenſu Superioris, vt tradit Gloſ. & Doct. in c. vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alienand. Dec. c. venerabilis, not. 4. de confir. vtil. vel inut. Gloſ. & Doct. c. fin. de rer. permut. Rebuf. d. q. 13. nu. 25. & 33. Ratio eſt, quia tunc non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo iure Eccleſiæ, ſed ſolùm de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ iam ſpectant.

Quarta Concluſio. Valet tran-
129 ſactio † de decimis futuris facta cum aſſenſu Papę, vel etiam Epiſcopi, ſi pro decimis compenſetur Eccleſia in alijs rebus; Rebuf. d. quęſt. 13. num. 36. dicens, ita tenere Doctores in c. ad quęſtiones, de rer. per mutat. quod inquit Rebuf. ibidem procedere, dummodo detur ſpirituale pro ſpirituali, per Gloſ. in c. ſuper eo, de tranſact. & Boich. in c. ex litteris, eod. tit. cū decimę ſpirituales dici poſſint, vt firmat Gloſ. in c. litteras, de reſtit. ſpol. & ibi Abb. not. 1. & alij quos refert, ac ſequitur Rebuf. d. q. 13. num. 38. & 39. & nos oſtendimus ſupr. hoc ipſo cap. quęſt. 3. num. 57. Sed ego id dixerim fortaſſis procedere, vbi in Clericos, vel laicos ius decimandi transferatur,

tur,quòd ſpirituale eſt,vt alibi diximus; non verò,vbi agatur de exemptione à ſolutione decimarum, vel partis, quod non eſt quid ſpirituale, vt iam ſemel admonuimus. Quare poterit etiam aliquid temporale,vt
130 prędium, dari† Eccleſię pro ſe eximendo ab onere decimarũ,dummodo ad id Superioris auctoritas cum Eccleſię vtilitate accedat,vt eſt opt. tex.in cap.vt ſuper, in princip. iuncta Gloſ.in figuratione caſus, & alijs,de reb.Eccl.non alien. ſic exponendus eſt Paul. Rom.de penſ.Eccleſiaſt. concluſ. 2. num. 22. & Nauar. conſ.3. num.2.tit.de iure patr. vol. 1. dum dixerunt, non poſſe aliquid temporale dari pro decimis. tex. quoq;in cap.fin.de rer.permut.dum prohibere videtur, ne detur aliquid temporale per viam permutationis pro decimis, intelligendus eſt de iure decimandi,quod ſpirituale ęſt,nõ verò de exemptione à ſolutione decimarũ; quod & ſatis patet ex text. dum non vtitur nomine decimarũ, ſed decimationum,& apertè ſupponunt ibi Gloſ. & Doct. vel etiam exponi poteſt, ſi id fiat ſine auctoritate legitima Superioris.Hiſpan. verò in reg. decim.in fine,not. 2. & Gloſ. d.c.fin. dum dicunt, non poſſe laicũ dando vnum prędium Eccleſię liberare alia ab onere decimarum,intelligendi ſunt, ſi id facere velit propria auctoritate,& ſine cauſæ cognitione,& decreto Superioris. quare, quòd poſſit fieri huiuſmodi tranſactio,vt pro futuris decimis detur Eccleſiæ domus,vel aliud, in ſpecie tradit,& latiùs oſtendit Cermon.de ſacror,immun lib.3.c.19.n.42&.43.latiùs,n.74.& ſeqq.quãuis,n. 45.poſt Imol.d.c.fin.de rer.permntat.velit, quòd, ſi huiuſmodi res temporalis data Eccleſiæ pro futuris decimis chaſmate perierit; Eccleſia non ſit obnoxia compoſitioni, ſed decimas de nouo exigere poſſit: de quo tamen dubito, cum & ipſa Eccleſia regulariter teneatur ſtare contractui,iur.vulg. & id in ſpecie doceat inter alios Barthol. Brix. in quæſt. Dominic.49.

An verò cauſa decimarum poſſit compromitti, & quomodo,dicemus capit. vltim. quæſt. 1. concl. vlt.

QVAERO SEPTIMO, An poſſit remitti ex aliqua cauſa decima laico, vel clerico.

Prima Concluſio. Decimæ Epi-
131 ſcopales,de quibus† in cap.nobis, & c.conceſſo,12.quæſt.2. & nos inf.
132 cap. 7.quæſt. vlt. poſſunt † perſonis Eccleſiaſticis remitti;quin & talis remiſſio largè eſt interpretanda, vt etiam ad poſſeſſiones poſtea acquirendas extendatur;text.eſt ad literam in c.quia circa, de priuil. de-
133 bet † tamen fieri ſecundùm canonicas ſanctiones, vt ibi diſponitur, hoc eſt,de conſenſu Capituli, vt ait Gloſ.& ex cauſa, vt not. Hoſt. & Io. An. Idem quoque dicendum erit,
134 † vt poſſint decimæ remitti Eccleſiæ à quauis alia Eccleſia, cui de iure communi decimæ non debentur, vt videtur eſſe textus in cap. 2. de his,quæ fi.à Prælat. ſine conſ. Cap. ſecundùm intellectum Innoc. cui etiam videtur ibi accedere Abb. & alij.

135 Secunda Concluſio.Poteſt † cum aſſenſu Summi Pontificis remitti decima etiam ab Eccleſia Parochiali alicui non modò clerico, ſed etiam

laico,

laico, quicquid hac in re dicere voluerit,quoad clericũ quoq; Rebuf.d. q.13.nu.27.Ratio illa eſt, quoniam poteſt Summus Pontifex, quod maius eſt, ex cauſa aliquem etiam laicum eximere à ſolutione decimarum; vt oſtendimus hoc eodem cap. quæſt. 2. concluſ. 2. & hoc in ſpecie tenuit Tyndar. tract. de decim. nu. 64.& latè poſt alios tradit Azor. d. lib.7.cap. 37. quæſt. 5. Henriq. in ſum. Theolog.moral.lib.7. cap. 27.
136 nu.3.Immò etiam,† quod ſufficiat aſſenſus Epiſcopi, tenere videtur Benincaſ.tract.de pauper.q. 7 in. 6. ſpeciali,nu.27. Quod tamen ego nõ admitterem,niſi ex maxima cauſa id fieret,& cum pleniſſima cauſæ cognitione.

Remiſſio autem decimæ præteritæ ſolemnitatem non requirit, ſed liberat debitorem à culpa, & pœna ſic intelligo Nauar.in Man. cap.21. num. 32. & Gloſ. in reg. peccatum Verb. reſtituatur,quos refert,ac ſequitur Azor. ſupra quæſt.9.

SVMMAE RERVM.

1 *Fructus decimales portari debent in borrea clericorum, vbi ſine magno labore,& ſumptu id fieri poſſit, neq; aſportari debent fruges, donec clerici certiores fiant de collectione;num.2.*

3 *Conſuetudo induci poteſt, vt fructus decimales in propria borrea condantur, antequam clerici certiores fiant.*

4 *Inbiberi poteſt per iudicem debitori decimarum, ne fruges exportet ab agro, antequam decimam ſoluat.*

5 *Fructus decimales portari debent in borrea publice ad id deputata, ſi qua ſint.*

6 *Conſuetudo obtinere poteſt,ne decimas quis teneatur inferre in borrea clericorum.*

7 *Conſuetudo, quòd decimæ in agro relinquantur, monito Sacerdote antequam fiat ſeparatio,valet.*

8 *Solutio decimarum prædialium fieri debet ſtatim,ac fructus ſunt collecti.*

9 *Frugum decima ſolui poteſt vna cum palea.*

10 *Solutio decimæ prædialis, vbi non fiat ſtatim, vel ſaltem iuxta conſuetudinem monitus ſit Curatus ſit res pereat, tenebitur debitor.*

11 *Perſonales decimæ regulariter debentur ſolùm in fine anni.Tutius tamen eſt ſtatim eas ſoluere; nu. 12.recuſari autem non poſſunt, ſi intra annum ſoluantur;nu.13.*

14 *Agnorum, & vitulorum decimæ ſolui debent, cùm ij nutriti fuerint, nec indigent lacte materno.*

15 *Conſuetudo, vt decimæ etiam prædiales non ſoluantur ſtatim, ſed certo tempore,valet.*

16 *Conſuetudo decennalis circa modum,& tempus ſolutionis decimarum attendenda eſt.*

17 *Præterita decimæ,& non petitæ debentur clericis, ab ijſq; exigi poſſunt.Etiamſi is,qui eas debet,prædium vendat;num.18. immo exigi poterunt à nouo poſſeſſore, idq; in optione Rectoris erit; nu.19.*

20 *Decimæ ſequuntur fructuum detentorem.*

21 *Decimæ debẽtur Sacerdotibus quàm uis non petantur,& ſine vlla monitione.*

22 *Debitor debet portare debitum ad do-*

domum creditoris.

23 *Creditor non tenetur interpellare debitorem, niſi ex vrbanitate.*

24 *Vſuræ an peti poſſint ob retentionem decimarum.*

25 *Decimæ cap. non poſſunt propria auctoritate, ſed peti ſaltem ex vrbanitate debent extraiudicialiter.*

26 *Mediocre dari debet in ſolutione decimarum.*

27 *Agnorum, ſeu vitulorum decimus ſolui debet, prout ſub virga paſtorali tranſit.*

28 *Expenſæ deducendæ non ſunt in ſolutione decimarum prædialium. Idem in decimis mixtis; num. 29. & de ratione; nu. 31. & 34.*

30 *Semina non deducuntur ex decimis prædialibus.*

31 *Fructus intelliguntur deductis expenſis.*

32 *Perſonales decimæ regulariter debentur deductis priùs expenſis, non modò vtilibus, & neceſſarijs, ſed etiam voluntarijs; nu. 33.*

34 *Expenſæ cur deducantur de decimis perſonalibus, non item de realibus.*

35 *Expenſæ factæ in re immobili deducuntur, vbi de lucro venditionis ſoluenda ſit decima, ſecus, ſi res remaneat penes me, & de eius commodo ſoluenda ſit; num. 36.*

37 *Cenſus, & tributum ſolui non debet ante decimam; vel ſi ſoluatur, computari debet in ſolutione decimæ.*

38 *Cauſa potentior attenditur, cùm duæ concurrunt.*

39 *Colonus, & dominus ſoluere debent decimam.*

40 *Solutio decimæ quomodo inter colonum, & dominum diuidenda ſit.*

41 *Portio, quæ datur domino non ratione locationis, ſed cenſus, aduocationis, vel ſimilium, decimatur ad præiudicium domini. Idem de ea, quæ à colono alicui gratìs datur; num. 42.*

43 *Conſuetudo attendenda eſt, cui Eccleſiæ ſoluat colonus, prædialine, an Parochiali.*

44 *Pactum inter dominum, & conductorem, quis eorum decimam ſoluat, ſeruandum eſt. Quod tamen non præiudicabit Eccleſiæ; num. 45.*

46 *Decima tanquam onus reale ſequitur tam prædij, quàm fructuum detentorem.*

47 *Decima ſoluenda eſt nihil ſoluto ijs, qui decimas ſoluere debent, non attenta quauis conſuetudine.*

48 *Decimæ ſoluendæ ſunt cum integritate, & ſine diminutione.*

De circumſtantiis loci, temporis, & modi ſoluendi decimas, ſeu qualiter ſoluantur decimæ.
Cap. VI.

QVAERO PRIMO de Loco, An debeant decimæ portari in horrea clericorum.

Prima Concluſio. Vbi ſine magno labore, & ſumptu id fieri poſ-
1 ſit, debent decimæ † portari in horrea clericorum: ita in ſpecie tradit Couar. d. lib. 1. var. reſol. cap. 17. nu. 8. verſ. Octauò, ex his colligi poterit, ſic intelligens Gloſ. in c. cum homines, quam ibi Abb. & Doct. ſequuntur, de decim. & Iaſ. l. 2. queſt. 27. C. de iur. emphyt. abſolutè dicentes,

tes, ad id ſoluentes decimas teneri; quod etiam voluit Io.An. in add. ad Spec. eodem tit.ſup. 2. libell. Vinc. Franc.deciſ.Neap.124.num.1.Franciſ.Viu.deciſ.4. num. 33. & eſt text. iuncta Gloſ. in cap. reuertimini, 16. q.2.& tenent Doct.in cap. ex parte, il 2.de decim.teſte Abb. cap.peruenit,num. 3. eod. tit. & ſequitur Hiſpan.in reg.decim.q. 14. num.6.

Secunda Concluſio. Non poſ-
2 ſunt † laici decimas ſoluentes, fruges aſportare, donec clerici, quibus ſolnendæ ſunt decimæ,certiores fiant de collectione; ita in terminis voluit Specul. tit. de decim. in fin. quem ſequuntur Abb. & Doct. communiter in c. ex parte, il 2. de decim. Capel. Thol.deciſ.109. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. vbi
3 ſupr. licèt in hoc † poſſit induci contraria conſuetudo, vt poſſint fruges in propria horrea condi, vt latè tradit Crauet. conſ. 21. quem ſequitur ibidem Couar. Immo po-
4 teſt † Curatus, & alius exactor decimarum obtinere inhibitionem domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ ſolutionem, vt poſt Guid. Pap.deciſ. 283. Io. An. Collect. Anchar.Card. & alios d. c.ex parte, il 2. reſoluit Rebuf. d. tract.de decim. quæſt. 5.num. 23.

Tertia Concluſio. Si horrea ſint
5 ad hoc publicè deputata, † debent decimæ in illa horrea; vel, vbi de hoc adſit conſuetudo, debent in horrea clericorum portari decimæ, aliàs ſecus; ita Couar. loc. cit. ſic intelligens Archid. d. cap. 1. de decim. in 6. Felin. c. ſi autem, col. 4. de reſcript.& alios, & quos inibi refert dicentes abſolutè, non eſſe decimas portandas in horrea clericorum, niſi illis petentibus.

Quarta Concluſio. Valet con-
6 ſuetudo † non portandi decimas in horrea; clericorũ ita Rebuf. d. tract. q.13.nu.49.poſt Hoſt.in ſumma tit. de decim. §. fin. quæſt. 16. Collect. cap. in aliquibus, eod. tit. Crauet. conſ. 21. Pariſ. conſ. 6.incip.conſiderata, col. 2. vol. 4. & colligitur ex his, quos recenſuimus 1.& 3.concluſ.& Silueſtr. Verbo, decima,q.9. quem ſequitur Io. Azor. d. cap. 35. quæſt. 15. in fine, & cap. 37. quæſt. 2. ad fin.

7 Quinta Concluſio. Valet † conſuetudo, vt decimæ, hoc eſt, pars decimalis frugum relinquatur in agro, dummodo Curatus monitus fuerit, antequam aliqna fructuum fieret ſeparatio; ita Curt, in c. fin. in 3.requiſ. de conſuet. poſt Hoſt.in c.certificari, de ſepult.Capel. Tholoſ. deciſ.432. Roſr. in tract. de libel. iur. Can. rubr. qual. decim. ſit dan. Rebuf. d. quæſt. 13.num. 50. Io. Azor. d. quæſt 2. ad finem, & alij apud Cened. in collect. iur.Can collect. vlt. 1. par. & hoc etiam fortè voluit Petr. Molign. in tract. de retent. num. 254. dum ait, fructus poſſe retineri, donec ſoiuantur decimæ ex poſſeſſionibus, ad id allegans Barbat. in Add. ad Bal. in l. fin. nu. 1. C.commod. vbi etiam Barbat. dicit, ſe in facto conſuluiſſe pro hac parte.

QVAERO SECVNDO, Quo tempore ſoluendæ ſint decimæ.

Prima Concluſio. Decimæ præ-
8 diales † ſolui debent ſtatim, ac fructus collecti ſunt; tex. eſt, vbi Gloſ. Abb.& alij Doct.in c. cum homines, de

de decim.& not.Rebuf.d. quæſt. 12.
num.1.& 3.Læl.Zanch.de priuil. Ec
cleſ. priuil. 120. num.11. Guid.Pa-
pæ conſ.70.ex proceſſu,q.1.vbi etiã
intelligit, ſtatim, id eſt, quantò ci-
tiùs ſolui poſſunt, vt etiam voluit
Gloſ.pen.d.cap. cum homines, in
princip.illius Gloſ. & ſufficit, quòd
9 fructus ſint collecti, licèt granum
ſit cum palea, vt videtur velle Re-
buf.d.quæſt. 12. num. 2. ſed clariùs
Abb.in cap,peruenit, num.3. de de-
cim.& Io.Azor.d.cap.35.quæſt.16.
licèt contrarium ſentiat Marcheſ.
de commiſſ.& reſcript. par. 1. cap.
4.num.31. per tex. qui non vrgent.
Et,ſi tunc non fuit ſoluta decima,
vel ſaltem iuxta conſuetudinem mo
nitus Curatus, vt decimam recipe-
ret,& frumentum,vel vinum perijt,
10 tenebitur is,qui ſoluere,vel monere
debebat; vt not. Rebuf. d. num. 2.
arg.l. cum res, in fin. ff. de leg. 1. &
tradunt Gloſ. & Doct. d.cap.cum
homines.

Secunda Concluſio.Decimæ per-
11 ſonales † regulariter debentur ſo-
lùm in fine anni,vt not.Gloſ. in cap.
reuertimini, verb. annus,16.quæſt.
1.Abb.in cap.peruenit, num. 3. de
decim.poſt Io.An. in addit. ad Spe-
cul.tit.de decim.ſuper 2.libell.idem
tenet Azor d.quæſt.16.& voluerunt
alij, quos refert Franc. Viu. Neap.
deciſ.4.num.35.Quàmuis idem Viu.
num.ſeq.poſt Card.in cap. paſtora-
lis,quæſt.16. eodem tit. & Rebuf. d.
quæſt.12.num. 4. velint, tutiùs eſſe
12 † ſtatim ſoluere; ex eo, quia inte-
rim poteſt Rector indigere,& paro-
chianus mori.Illud ſanè certum eſt,
13 † quòd, ſi intra annum ſoluantur,
nõ poſſunt a Parocho recuſari, ſicut
poſt Butr.in cap.ad Apoſtolicæ, in
fine, de decim. inter alios reſoluit
Rebuf. d. num.4.

Tertia Concluſio. De agnis, &
14 vitulis † debentur decimæ,cùm illi
nutriti fuerint, nec indigent lacte
materno;ſic not.Hiſpan.d.tract. re-
gul.de decim.quæſt.14. num. 5. Re-
buf.d.tract.quæſt.6. num. 3. Io. An.
Boich.Anchar.& alij d. c.cum homi
nes;ſicque conſuluit Oldr.conſ.236.
incip. circa propoſitam, & tradit
Viu.d.deciſ.4.num.7.

Quarta Concluſio. Valet con-
15 ſuetudo,†vt decimæ prædiales non
ſoluantur ſtatim, ſed certo tempo-
re.Collect.in d.c.cum homines,poſt
Roſr.in tract.de libell. iur. can.4.p.
rub.qualiter decima ſit dãda,& tra-
dunt Doct.in cap.ad Apoſtolicæ, &
cap.in aliquibus,in fin. de decim. &
not.Rebuf.d.quæſt.12. num. 3.& q.
13.nu.52.vbi dicit, conſuetudinem
eſſe apud Venetos de ſoluendis deci
mis perſonalibus in articulo mortis;
id quod etiam ſcriptũ reliquit Azor
d.cap.37.quæſt.2. & quòd tam quo-
ad locum,quàm tempus ſoluendi de
16 cimam† attendenda ſit conſuetudo
etiam decennalis, latè docet Viu.
deciſ.Neap. 4. num. 42. & 43. poſt
Abb.in cap.cum ſint, num.6. de de-
cim.& alios.

QVAERO TERTIO, An deci-
mæ non petitæ,ſeu etiam præteritæ
exigi poſſint.

Prima Concluſio. Debentur cleri
17 cis decimæ†etiam decurſæ,& præte
ritæ;ita Couar.d.cap.17.num.8.ver
ſic.Octauò,ex his colligi poterit, &
num.12.per totum,Bellenc.tract.de
charit.ſubſid.notab.1.num.1.& deci
ſum fuit in Parlam. Delphin. teſte

Franc.Marc.deciſ.550.num. 5. 1.p. idem voluit Io. An. & Abb. in cap. cum homines, de decim. Federic. de Sen.conſ.81.Tiraq. de retract. lign. §.29.Gloſ.2.num. 7. Hiſpan. d. reg. decim. §.vlt.num.1.& ſupponunt ij omnes, quos ſup. cap. præceden. 9. concl.recenſuimus, tenentes, remiſſionem poſſe fieri ſuper præteritis decimis; optimus tex.d.cap. cum homines, de decim. idq; latè, & optimè tuetur Germon.de ſacr. immun. lib.3.cap.19.num.62.63.& 64. Ne-
18 que ideo liberatur† quis a præteritarum decimarum ſolutione, quòd prædium vendat, vt in ſpecie Tiraquell. loc.citat. poſt Io. An. Abb. & alios adnotauit. Immo peti pote-
19 runt† a nouo poſſeſſore, vt poſt Io. An. & Abb.in cap. cum homines, cõcludit Franc.Marc. vbi ſupr. ex eo, quia decima ſit onus reale, & tranſeat cum prædio, cap.de terris, cap. cum ſint, cap.nuper, c.dilecti, c. tua nobis, de decim. vbi etiam ait, eſſe in optione Eccleſiæ, quem velit conuenire, nouum, vel antiquum prædij poſſeſſorem, quod & tenet Rebuf. d. tract.quæſt.9.num.9.Gig.tract. de penſion.q.39.num.12.& q.43. num. 4.Io.An.Abb.& Feder.loc.cit. Idem poſt Hoſt.Card.&alios d.c.paſtoralis, tradit Capic.deciſ.Neap.20. nu. 26.& latè probat Io.Azor. d. lib.7. cap.35.q.2. Inſtit.Mor.par.1. & rurſus q.18.& ante eum Nic.Euerar.in loc.a tribut.ad decim. num. 3. & 4.
20 quinetiam† ſequuntur decimæ fructuum detentorem, Gloſ. & alij in c.cum non ſit, de decim. Viu.d.deciſ. 4.num.3. & 4. optimus textus in c. paſtoralis, eod.tit. & inter Theologos not.S.Thom.2.2.q.87.art.2. ad 4.latè Azor.d.lib.7.cap.35.q.vlt.

Secunda Concluſio, quæ etiam ex præcedenti infertur. Decimæ de-
21 bẽtur† Sacerdotibus, licèt eę nõ petantur, & ſine vlla monitione; ita in ſpecie Couar. loco cit. Gloſ. pen. Abb.& alij in d.cap. cum homines, idem Abb.in c.peruenit, num.3.eod. tit.Franc.Viu. deciſ. Neap. 4. num. 67.Rebuf.d.tract.q.12.num. 7. 8. & 13.alia opt.Gloſ.in cap.1.eod.tit.in 6.idem quoq; latè, & optimè probat Germon.d.c.19.n.62.& 63. & Azor d.c.35.q.17. vbi & quibuſdam contrarijs ſatisfacit. facit etiam maximè tex.in d.c.cum homines, vbi diſponitur, quòd decimæ ſtatim collectis fructibus ſoluantur. Et quàmuis Rot.Rom.deciſ.1. num.1. de decim. in antiq.S.Thom.2.2.q.87.art.1.ad 5.& ibi expreſſiùs Caiet. videantur velle, decimas non deberi, niſi petantur; quòd clariùs tenet Fel. c. ſi autem, num.5.de reſcr.Pariſ. conſ. 15. num.26. volum. 1. per ea, quæ not. Archid.& alij in cap.1. de decim. in 6. tamen neque ibi Rot. ſe firmat, ſed potiùs contrarium tenere videtur; quia, inquit, decimæ debentur, nec quis prætendere poteſt ignorantiam, quando debeantur, & ſic ſine petitione offerri debent, quia debi-
22 tor† debet portare debitum ad domum creditoris, vt not.inquit, Innoc.in c. ſignificante, de pignor. &
23 creditor † non debet interpellare debitorẽ, niſi ex vrbanitate, vt not. Apoſt.ad Rot.ibidẽ per Gloſ.ſing. in §.ſic itaqne, in verb.denũtiare, Inſt. de act. qui etiam ad Rot.dicit, eam deciſionem Rot.eſſe duram, nec fortè tutam in conſcientia; neq; etiam illa eſt Archidiaconi ſententia, vt ex

eo-

eodem patet, & pulcherrimè, atque apertiſſimè oſtendunt Couar.&Germon. loc.cit. Caiet. verò eo loci fatetur & ipſe, quòd ſaltem, vbi indigeant miniſtri, tenentur laici decimas etiam non petentibus ſoluere; prætérquamquòd loquitur, vbi laici excuſentur conſuetudine, vel alia causa, nec poſſint ſine ſcandalo decimæ exigi; quomodo intelligendus quoq; eſt S.Th.d.art.1.ad. 5.quàmuis aliter eum exponat Couar. d. c. 17.num.12.vbi etiam eum locum conciliat cum alio loco D.Thom.vt latiùs per eum; neq; alij, quos refert Pariſ. vbi ſup. id inquiunt, ad quod illos citat, vt etiam Couar. d. num.8.verſ.cit. adnotauit. Adde, quòd etiam ij omnes exponi poſsũt de petitione extraiudiciali, atq; ex vrbanitate, de qua inf.cõcl.vlt.pront intelligit Rebuf.d.quęſt.12.num. 14. Valet autem conſuetudo, vt decimæ non ſoluantur, antequam petantur, vt ex S. Thom. Aut. Silu. & communi Theologorum, & Canoniſtarum reſoluit Mich.Salon.in diſput.de tribut.& vectig.art.2.verſic. ad cuius intelligentiam, & ex Abb. docet Azor.d.quæſt.17.

Tertia Concluſio. Probabile mihi
24 eſt, † ob retentionem decimarum poſſe etiam peti vſuras; ita Firm. verb.decimæ,verſ. 33. & verb. vſuræ,verſ.156.Card. Clem.1. §. fin. q. 16.num.9.de vſur.Petr.Molign. in ſuo moder.tract.de reten.num.363. quod intelligo verum a die ſaltem, quo petitæ fuerunt, cum tunc vera mora intercedat.

25 Quarta Concluſio. Decimæ † non poſſunt propria auctoritate capi, ſed peti ſaltem ex vrbanitate debẽt extraiudicialiter, quicquid voluerit Spec.in tit.de decim.verſ.vlt. quæritur; ita in ſpecie Rebuf.d.tract. q.9. num.20. Viui. deciſ. Neap. 4. num. 34. & not. etiam Alber. in l. extat. col.1.ff.quod met.cau.& in l.nullus. C. de iud.

Qualiter verò petantur decimæ, & qua ratione, tractat Rebuf. d.q.9. ferè per totam, & nos aliquid infra dicemus in cap.vlt.vbi agemus de modo procedendi in exactione decimarum.

QVAERO QVARTO De Modo ſoluendi decimas.

26 Prima Concluſio. Fideliter † dari debent decimæ, hoc eſt, vt nec optimum, nec peius detur pro decima; ita habetur in c.quicunq; il 1.16. q. 1.& ſumptum eſt ex Leuit. 27. indignum enim eſt dare Deo, quod dedignatur homo, c.vlt.in fin. 46. diſt. idem not.Rebuf. d. tract. de decim. q.6.num.29.& q.19.num.1. Hiſpan. d.tract.reg.decim.q.14.num.17.per text.in c.hoc ius porrectum, 10.q.5. & c.omnes decimæ, 10.q.7.quare il-
27 la regula ſeruari poterit, vt de vitulis, vel agnis, † prout ſub virga paſtorali tranſeunt, decimus ſoluatur, prout habetur in d.c.omnes decimæ, & adnotarunt Hiſpan.&Rebuf.loc.cit. neq; poterit vnus cum alio commutari, alias vterq; debetur, vt diſponitur in d.cap.omnes,& not.Rebuf. d. tract.q.11.num.2.

Secunda Concluſio. Decimę prę-
28 diales † ſoluendæ ſunt, non deductis expenſis; text.in c. tua nobis, c.paſtoralis, c. non eſt in poteſtate, & in c. cum homines, vbi Abb.& cæteri, de decim.not.Archid.in c.reuertimini, in fi. 16.q.1.S.Ant. in ſumm. 2. par.

tit.4.c.3.qđ eſt de decim.Rebu.d.q. 11.nu.3.& alij,quos referunt, & ſequuntur Tiraq. de retr. lign. §. 15. Gloſ.1.num.10.Capic. deciſ. Neap. 20.num.2.Viu.deciſ.4.nu.1. Franc. Marc.deciſ.Delphin.198.num.1. 2.
29 par. Idem † quoq; erit in decimis mixtis;vt de piſcatione, & venatione tradit Viu.d.deciſ.4. num.1. poſt Capic. deciſ.20. num.5. Immo neq;
30 † ſemina deducuntur ex prædialibus decimis,Franc.Marc. d. num.1. Hoſt. relatus per Armil. in ſum. verb.decima,§.2.Viu.d.dec.4.num. 14.& eſt text.in cap. tua nobis, vbi Abb.num.1.& alij, de decim. Ratio autem, quare expenſæ ex his decimis non deducantur, cum alias fru-
31 ctus†intelligantur deductis expenſis,l.fructus,ff.ſol.matr.cum ſimilib. præcipua illa eſt, quia agitur de quota, non de totis fructibus reſtituendis,vt voluit Abb.d.cap.paſtoralis,& poſt Hoſt. in ſumma, tradit Viu.d.deciſ.4.nu. 13. alias rationes videbis per Abb. d. c. paſtoralis, & Doct.d.l.fructus.

Tertia Concluſio.Decimæ perſo-
32 ales†regulariter debentur, expenſis priùs deductis, vt quæ factæ ſunt in mercibus emendis, quærendis, vehendis;tex.in c.paſtoralis,vbi Gloſ. Abb.& cæteri,de decim.not. Rebuf. d.q.11.num.4.Viu.d.deciſ.4.nu. 21. & 22.Gloſ.in c.cum homines, verſ. decimatis,Tiraq.in d.§.15. Gloſ. 1. num.14.neq;ſolùm expenſæ vtiliter erogatæ,vt in mediatoribus, verùm
33 etiam † voluntariæ, dummodo in fraudem factæ non ſint,deducuntur, vt poſt Innoc.Hoſt. Io. An. Card. & Gloſ.d.c.paſtoralis, tradunt Rebuf. d.num.4. Viu.deciſ.4. num. 23. Ra-
34 tiones verò, † cur de perſonalibus deducantur expenſæ, non item de prædialibus,duæ præcipuæ ſunt: altera,quòd in negotiatione, & ſimilibus,de quibus perſonalis decima ſoluitur,præcipuè operatur manus hominum in prædialibus præcipuè manus Dei; quam ſequitur Vinc. & Gloſ.d.c.paſtoralis,Tiraq.d.Glo. 1. num.14.Viu.d.deciſ.4.num.28. altera,quia bis eadem res decimaretur; hanc tradit Gloſ. & Hoſt.d.c.paſtoralis,Rebuf.d.q.11.nu.5. & 6. Hoſt. &.alij d.cap.paſtoralis.

Hanc etiam concluſionem am-
35 pliabis,†vt ſi res immobiles acquiſitæ vendantur,vt domus, ager, vinea, clibanus; de pecunia deducantur impenſæ reparationum,vt ſi centum aureis,qui iam decimati ſunt, domum emam, & poſtea ducentis vendam, deducam centum aureos iam decimatos, & expenſas, ſi quas feci in reparationibus, & de reſiduo tamquam de lucro decimam ſoluã, vt diſponit text.d.c.paſtoralis, verſ. ad quod reſpondemus, vbi Gloſ. & cæteri,Rebuf.d.q.11.nu.7.Si tamen
36 † res maneat penes me,puta clibanus,molendinum,& ſimilia, de quorum commodo,& lucro decimas ſoluo,non deducam expenſas factas in eorum conſtructione, aut refectione,vt habetur in eodem text. in fin. vbi Gloſ.& alij,atque Rebuf.d.num. 7.adnotarunt.

Quarta Concluſio.Debentur de-
37 cimæ † antequam ſoluatur cenſus, vel tributum;vel ſi priùs illa ſoluantur,decimari & ipſa debent;tex. eſt, vbi Gloſ.Abb.& cæteri Doct.in cap. cum non ſit,de decim.not. Viu.d.deciſ.4.num.2.& 6.inter Theologos,S.

Thom.

Digitized by Google

Thom.2.2.quæſt.87.art.2.ad 4.Sot. lib. 9.de iuſt.& iur. quæſt.4.art.2.ad 4.Ratio eſt,vt etiam ex text. colligitur, quoniam, cùm duæ cauſæ con-
38 currunt, † potentior attenditur; præponenda ergo erit decima, quæ Deo reſeruatur in ſignum vniuerſalis dominij, tributo, quod ſoluitur priuato in ſignum ſpecialis dominij;ita in ſpecie Abb. d.cap. cum nō ſit,Viu.d.deciſ.4. num.7.

Quinta Concluſio. Suppoſito,
39 † quòd tam per dominum, quàm per colonū ſoluenda ſit decima, vt per c.à nobis, & c.tua nobis, & ibi Doct. de decim. & alia oſtẽdimus in præced.cap.quæſt.1. concl. 1. quicquid dicere voluerit Vin.Franc. deciſ. Neap. 107. num. 3.& ſeqq. qui tamen potiùs loquitur in decima Papali; Si quæramus,an per vtrũque æquè ſoluenda ſit, & quomodo
40 † inter eos diuidenda ſit hæc ſolutio;primò diſtinguendum eſt quoad dominum.Aut enim dominus locando prædium contraxit quandam ſocietatem, ita,vt recipiat aliquotam partem,puta tertiam, vel medietatem fructuum, & tunc vterq; tenetur pro parte ſua;& ſic procedit tex. in d.cap.tua nobis,vbi id not. Gloſ. in verſ. ſic & dominus, & ibi Abb. num.14.& Doct.quod tamen intelligendum eſt, niſi ager fuerit primò decimatus;tunc enim nihil ampliùs exigere poteſt Eccleſia à domino,vt optimè not.ibi Gloſ.ſed reſiduum fructuum diuidendum erit inter dominum,& colonum ad ratam, iuxta formam conuentionis. Aut dominus conducit colonum nummis, vel ei promittit certas menſuras pro operis, ſiue naſcantur fructus,ſiue non (quo caſu ip ſe dominus conductor eſt,& dicitur prædium ſuis ſumptibus,ſeu manibus,quãuis per aliũ, colere,iuxta not. in cap.ex parte, il 3.& duob. ſeqq. de decim.) & tunc dominus tenetur priùs integram decimam ſoluere Eccleſię,quia omnes fructus ad eum pertinent; Abb. d. num. 14.per text.in cap.non eſt, & cap.cum non ſit, de decim. Aut dominus locauit prędium pro certis menſuris,vel certa pecunia, ita, vt fructus ſpectent ad colonum,& conductorem; & tunc, inquit Abb. vbi ſup. poſt Innoc. d. cap. cum nòn ſit, non tenetur dominus ex hac penſione aliquid ſoluere; onus enim decimę eſt onus fructuum,c. paſtoralis, eodem tit. vnde transferendo omnes fructus in conductorem, videtur eos tranſtuliſſe cũ onere ſuo Immo etiam quodammodo decimam eo caſu ſoluit dominus de penſione, cum pro minori penſione prędium locauerit ratione oneris annexi, vt ibi Abb. adnotauit,& hoc idem voluit etiam Gloſ. ſi rectè perpendatur,licèt Abb. eam contrarium ſen-
41 tire dicat.Aut † certa portio datur domino,non ratione locationis, ſed vel cenſus,& tributi, vel aduocationis,ſeu alterius ſeruitij;& tunc tenetur dominus ſoluere decimam Eccleſię Parochiali ratione perſonę ſuę,Abb.d.num.14.per cap.ex trãſmiſſa, de decim. Aut demum gratis datur alicui à colono aliqua portio;
42 & tunc † debet etiam ab eo,qui recipit, ſolui decima perſonalis tamquam de lucro, quicquid voluerit Ian. ita Gloſ. & Abb. vbi ſup. arg. d.c.ex tranſmiſſa,qui etiam dicit,id communiter teneri. Hęc de domino.

Digitized by Google

no. De colono quoque quomodo, & cui Eccleſię ſoluere debeat decimam, diſtinguendum eſt. Nam aut eſt colonus partiarius, & ſoluere debet pro portione ſua decimam Eccleſię prędiali, Abb. d. c. tua nobis, num. 15. & in cap. cum ſint homines, num. 5. & 6. per illos tex. aut colit nummis, ſeu pro certis menſuris ſibi à domino dandis, iuxta ſecũdum caſum ſuperioris diſtinctionis, & tunc ſoluet Eccleſię Parochiali perſonalem decimam, tamquam de lucro ſuę perſonæ, vt apertè indicat Abb. d. num. 15. & Io. An. d. cum ſint; ſicq; intelligendus eſt tex. in cap. queſti, in fine, 16. quæſt. 1. aut demũ colonus conducit totum prædium, ſiue nummis, ſiue pro certis menſuris domino ſoluendis; & tunc debet colonus ſoluere integram decimam ex omnibus fructibus Eccleſiæ prædiali; Abb. d. num. 15. & ibid. Gloſ. idem Abb. d. cap. cum ſint, num. 6. poſt Gloſ. ibi, Innoc. & Hoſt. d. cap. tua nobis, rationibus, de quibus per Abb. d. num. 6. Atq; hanc diſtinctionem inueni quoq; approbatam à Io. Azor. d. lib. 7. cap. 35. queſt. 4. Et hoc intelligendum, ſecluſa omni conſuetudine, prout not. Abb. d. nu. 6. nam
43 conſuetudo † attendi debet, cui Eccleſiæ ſoluat colonus decimam, prędialine, an Parochiali, hoc eſt, illi, in qua audit diuina, & recipit Sacramenta, vt apertè diſponitur in d. cap. cum ſint, vbi Abb. poſt alios, d. num. 5. oſtendens etiam ex hoc rationem difficultatis, quam inſinuat ibi text. nec tamen Gloſ. eiuſq; ſequaces agnouerant. Sicut etiam valet conſuetudo, vt dominus, vel colonus ſolus integram decimam ſoluat, vt ſatis probat Euerar. in loc. à tribut. ad decim. num. 4. Atq; illa, vt colonus ſoluat certas menſuras annuatim ſiue nihil ex agro, ſiue multum collegerit. ita Azor. d. cap. 37. quæſt. 2. in fi. quia, inquit, Eccleſia & damnum & lucrum habere poteſt. Ac ſimiliter illa, vt indiſtinctè tam colonus, quàm dominus integram decimam ſoluat: ſeu quòd dominus de reditu frumenti, quod pro penſione recipit ex agro iã decimato, ſoluat decimam, quę redecima vocatur, vt pluribus comprobat Io. Guttierez pract. q. lib. 1. quæſt. 19. per totam.

Declara etiam concluſionem nõ
44 procedere, † vbi aliud pactum ſit inter dominum, & conductorem; illud enim ſeruandum eſt, cap. 1. de pa
45 ct. cum ſimilib. quod tamen † non præiudicabit Eccleſiæ, quin poſſit conuenire fructuum detentorem, vt in ſpecie not. Gloſ. d. cap. tua nobis, verb. ſic & dominus, in fin. cap. pleriq; de pact. l. inter debitorem, ff.
46 eod. tit. Decima enim † tanquam onus reale ſequitur poſſeſſorem tam prædij, quàm fructuum, vt pręter ſupra citatos in quæſt. præced. concl. 1. in fin. docet Gloſ. d. verb. ſic & dominus, & in c. in aliquibus, eodem tit. per cap. ſi quis laicus, 16. quæſt. 1. c. cum non ſit, de decim. c. ex litteris, de pignorib. & l. hactenus, ff. de vſufruct.

Sexta Concluſio. Debetur deci-
47 ma † nihil ſoluto ipſis, qui debent ſoluere decimas, licèt etiam aliqua conſuetudo eſſet in contrariũ; ita Abb. in c. 1. num. 2. de conſuet.
48 quod confirmatur † ex c. commiſſum, c. peruenit, c. ex parte, il 2. c. ex tranſmiſſa, c. non eſt, c. tua nobis,

de

Digitized by Google

de decim. & ſimilibus iuribus, in quibus diſponitur, decimas vel cum integritate, vel ſine diminutione eſſe perſoluendas.

SVMMAE RERVM.

1 *Eccleſia quotuplex ſit.*

2 *Cathedralis Eccleſia ab Epiſcopali quodammodo diſtinguitur.*

3 *Matrix Eccleſia quæ ſit, & cur ita dicatur.*

4 *Baptiſmalis Eccleſia quæ ſit, & an ſit ſemper curata.*

5 *Parochialis, & prædialis Eccleſia quæ ſit.*

6 *Præſcriptio, conſuetudo, & compoſitio in ſoluendis decimis ſeruanda eſt.*

7 *Decimæ fructuum, qui naſcuntur in Parochia Epiſcopi, vel Eccleſiæ Cathedralis, niſi ſibi ſit alius Curatus, debentur Epiſcopo.*

8 *Decimæ quomodo diuidi debeant in quatuor partes.*

9 *Epiſcopo debentur decimæ prædiorum, quæ in nullius parochia ſita ſint. Idem vbi Parochiæ non ſint diſtinctæ; num. 10. ſecus ſi locus ſit intra duas Parochias, ſed ignoretur, cuius ſit; num. 11.*

12 *Epiſcopo debentur decimæ, ſtante conſuetudine. Item quæ donata fuerunt Eccleſiæ Cathedrali, vel quæ alio modo ad eam ſpectant; num. 13.*

14 *Epiſcopus in ſua quarta decimarū eſt fundatus de iure communi.*

15 *Eccleſia Cathedralis nullū ius habet in Eccleſiis, ſeu Capellis Ciuitatis.*

16 *Epiſcopus poteſt nomine cuiuslibet Eccleſiæ vacantis agere ad decimas.*

17 *Reales decimæ prædiali Eccleſiæ, perſonales Parochiali debentur.*

18 *Parochialis Eccleſia, cui decimæ perſonales ſoluuntur, quæ ſit.*

19 *Sacramenta percipiens in pluribus Eccleſiis per annum, ad ratam temporis decimas ſoluet.*

20 *Diuina in Monaſteriis percipiens, & audiens iis non ſoluet decimas, ſed Eccleſiæ Parochiali, in qua quis habet domicilium.*

21 *Domicilia plura habens ſoluit decimas, vbi eſt præcipuum domicilium. Quid ſi domus ſit in confinio duarum Parochiarum; n. 22. Et quid ſi dubitatur, de qua Parochia ſit domus; num. 23.*

24 *Domicilium mutans ſoluet ſecundo Curato. Quid ſi non conſtet de animo mutandi domicilium; nu. 25.*

26 *Mixtæ decimæ cui Eccleſiæ ſoluantur.*

27 *Baptiſmali Eccleſiæ regulariter debentur decimæ; latius tamen diſtinguitur; nu. 28. & ſeqq.*

29 *Eccleſia ſita intra fines baptiſmalis, quando percipiat decimas tam reales ſuorum confinium, quàm perſonales.*

30 *Baptiſmalis Eccleſia conſentiens fundationi Parochiæ intra ſuos limites cenſetur remiſiſſe ius decimandi, & alia iura Parochialia pro illa portione limitum. Non tamen poteſt propter hunc conſenſum aliquid ſaltem temporale accipere; num. 31.*

32 *Retineri non poteſt decima Sacerdotibus ob malos mores, vel etiā quia eius fructus in malos vſus conuertant; num. 33. Quid verò ſi Sacerdos non deſeruiat, vel notorius pec-*

peccator ſit; num. 34.

35 *Denegare poſſunt laici decimas Sacerdotibus, cùm ſibi ab illis denegãtur Sacramenta. Id tamen non faciunt laici propria auctoritate, ſed in iudicio excipiendo; num. 36.*

37 *Parochus non poteſt propria auctoritate denegare Sacramenta ijs, qui cum debeant, non ſoluunt decimas, niſi id notorium ſit.*

38 *Denegari non poſſunt decimæ clericis ex eo, quia diuites ſint, neque ijs indigeant. Ratioq; aſſertur; num. ſeqq.*

39 *Decimæ dantur etiam pro ſuſtentatione pauperum.*

40 *Decimæ iure diuino, & naturali non debentur miniſtris non indigentibus; & quid de alijs.*

41 *Retineri non poſſunt decimæ pro impenſis, ſiue factis in Eccleſia ædificanda, ſiue faciendis in eius ampliatione.*

Quibus Eccleſiis, ſeu perſonis ſoluendæ ſint Decimæ. Cap. VII.

DVas quæſtiones continet titulus huius capitis iuxta duplex genus perſonarum, quæ in Eccleſia reperiuntur; alteram de perſonis laicis, alteram de Eccleſiaſticis.

QVAERO PRIMO, An, & quando laicis perſonis ſolui debeant decimæ.

Omittam hic tractare quæſtionẽ hanc, quando laicis debeantur decimæ ex priuilegio, vel præſcriptione, aliaue de cauſa, quoniam de his fuſè egi maximè ſup. c. 5. q. 3. & 5. ſolùmq; agẽdũ reſtat de locis, & perſonis Eccleſiaſticis, ac religioſis.

QVAERO igitur SECVNDO, & poſtremò, Quib' Eccleſijs, Eccleſiaſticiſue perſonis ſoluantur decimæ.

1 Præmitto autem hic † cõmunẽ illã diſtinctionẽ quòd; Eccleſia alia eſt Epiſcopalis, ſeu Cathedralis, alia Baptiſmalis, quam vulgus Parochialem, & extra vrbem plebaniam vocat, & matrix dici poteſt; alia propriè Parochialis, quæ poſita eſt intra fines Eccleſiæ baptiſmalis, ſeu Parochiæ, & Oratorium, ſeu Capellam, vel Succurſum vocare poſſumus. Hæc diſtinctio colligitur ex not. per Gloſ. & Doct. in c. cum contingat, de decim. c. plures, 10. quæſt. 1. cap. cum clericis, & cap. venerabili, de verb. ſign. rubr. & tot. tit. de Eccleſ. ædif. & de immun. Eccleſ. Tyndar. tract. de decim. num. 71. & ſeqq. Rebuf. eodem tract. quæſt. 6. & ſeqq. Card. conſ. 26. & alios paſſim. Differt tamen quodammodo Ec-
2 cleſia † Epiſcopalis à Cathedrali; poteſt enim ſumi Eccleſia, vel vt eſt ſedes Epiſcopi, vel vt Eccleſia maioris Capituli, vt patet ex not. per Gloſ. in Clem. 1. verb. matricem, de ſen. excom. ſicut etiam differt menſa Epiſcopi à menſa Capituli, & Epiſcopus à Capitulo. Matrix
3 quoq; Eccleſia, † licèt propriè dicatur de Eccleſia Cathedrali, vt patet ex tex. d. cap. venerabili, cum ibi not. per Gloſ. in verb. matricem, & c. ex tranſmiſſa, de præſcript. & Rebuf. d. quæſt. 6. num. 6. tamen dicitur etiam de Eccleſia baptiſmali, vt ſatis conſtat ex cap. plures baptiſmales, 16. quæſt. 1. notatq; inter alios, & probat Gloſ. d. Clem. 1. verb. matricem, & in Clem. vn. in verb.

Digitized by Google

verb. deputati, de bapt. & eius eff. Card.d.conſ.26.num.4.ex eo,quia in ijs renaſcimur per baptiſmum,vt per dict. Gloſ. vel quia eſt quaſi mater aliarum Eccleſiarum, & ædium, quas ſub ſe continet, vt ait Rebuf. d. quæſt. 6. num. 7. Pariſ. d. cap.ex tranſmiſſa, num. 1.& ſeqq. de præſcript.

4 Baptiſmalis Eccleſia † eſt,in qua inſunt fontes baptiſmales, & Parochiani baptizantur, Gloſ.2. & Abb. in cap. cum contingat, de decim. Non poſſunt autem eſſe in vna parochia plures baptiſmales, ſed vna tantùm cum Capellis ſuis, cap. plures, 10.q.1.regulariter verò Eccleſia baptiſmalis eſt quoq; Curata, licèt non neceſſariò, nec ſemper, vt poſt Franc.in cap.ad decimas,not.vlt.de reſtit. ſpol. in 6. ſcripſit etiam Pariſ. in repet.cap.ex tranſmiſſa, nu.4.de preſcript.In hoc verò capite,ne terminos confundamus, & clariùs loquamur,per Cathedralem Eccleſiã intelligemus Eccleſiam,quatenus diſtincta eſt à menſa Epiſcopi;per baptiſmalem accipiemus Curatam, cuius RectorSacramenta adminiſtrat, & in qua debent de iure parochiani diuina audire,c.vt Dominicis, cum ibi not. de paroch. & al. paroc. per

5 Parochialem verò,†illam,quæ intra fines baptiſmalis poſita eſt,& Capellam aliquando,velOratorium vocabimus; per predialem verò Eccleſiã in hac materia decimali omnes intelligunt eam, in cuius finibus eſt prædium,de quo decima ſoluenda eſt.His ſic præmiſſis, erit

Prima Concluſio. Si adſit aliqua

6 † conſuetudo,præſcriptio,compoſitio, aliaue legitima conceſſio in transferendis decimis de vna in aliam Eccleſiam,ea ſeruanda eſt, vt in cap.5. quæſt.3. concl.1. quæſt.4. concl.5.q.5.concl.3.& q.6. concl.1. latè demonſtrauimus, & in hac ſpecie notauit Tynd.d.tract. de decim. num.68.

Secunda Concluſio. Secluſa tali conſuetudine,præſcriptione, compoſitione, aliaue legitima conceſſio

7 ne,†decimæ fructuum, qui naſcuntur in Parochia Epiſcopi,ſeu Eccleſiæ Cathedralis,Epiſcopo debentur; ita Gloſ.2.in cap.cum contingat, de decim.Tynd.d.nu.68. Rebuf.d.trac, q.7.nu.7.per c.dudum, ſecundùm vnum intellectũ,de dec.idẽ not.But. & Abb.d.c.cum contingat, concl.2. & c.peruenit,c.parochianos, & ſeq. eod.tit.Azor. Inſtit.Mor.p.1.lib.7. cap.36.q.9.id colligens ex tex. in c. tua,de decim.quæ cum duo ſint,tale initium habentia, neutrum eorũ id probat.Hoc autem limitat ibi Azor, quod & facit loco cit. Rebuf. niſi alius eſſet illius Eccleſiæ Curatus. Addit Gloſ.d.c.cum contingat,tunc

8 debere † Epiſcopum facere de illis decimis quatuor partes,per c. quatuor,c.Vlterranæ,& c.cõceſſo,12.q. 2.vt ſcilicet vna pars detur clericis, altera fabricæ, tertia pauperibus, quarta retineatur per Epiſcopum: ſed meliùs illi tex. intelliguntur vel abſolutè, & indiſtinctè, vbi etiam aliqua ex cauſis infraſcriptis Epiſcopo debeantur decime,quomodo etiã exponitur c.ſtatuimus,cũ duo.ſeqq. 16.q.1.in quibus diſtributio decimarum Epiſcopi arbitrio tribuitur; vel vbi aliàs fabrica,Eccleſiæue miniſtri,& animarũ rectores proprios reditus non habeant, vnde commo-

dè reparari, manu teneri, & ſuſtentari reſpectiuè poſſint.

Tertia Concluſio. Debentur e-
9 tiam decimæ Epiſcopo, † vbi prædiũ non eſt in alicuius Parochia ſitum; tex. in c. quoniam, vbi Abb. nu. 2. & 4. Glo. c. cum contingat, verb. iure cõmuni, & c. dudum, de decim. Rebuf. d. tract. q. 7. nu. 8. Tynd. d. tract. num. 69. Io. Azor d. q. 9. alia Gloſ. in c. fin. de paroch. opt. etiam tex. in c. deci-
10 mas, 16. q. 7. idẽ dicendum eſt, † vbi Parochiæ non ſunt diſtinctæ, cum tunc tota diœceſis ſit Parochia Epiſcopi, c. omnes baſilicæ, 16. q. 7. & hoc notauit in ſpecie Abb. d. c. quoniam, num. 2. per c. parochianos, de ſepult. & c. ad Apoſtolicæ, de donat. idem not. Azor d. q. 9. & ante eum Tyndar. d. num. 69. ſecus verò eſſet,
11 † ſi locus eſſet intra duas Parochias, ſed ignoretur, ſub qua ſit; nam tunc non debetur Epiſcopo, ſed inter eas diuiduntur, vt voluit Abb. d. c. quoniam, num. 3. poſt Gofr. arg. c. 2. de ſepult. in 6. de quo etiam nos aliquid diximus c. 4. q. 3. concl. 1. vbi de noualibus.

12 Quarta Concluſio. Vbi adſit † cõſuetudo, quòd decimæ ad Epiſcopũ ſpectent, ea ſeruanda eſt; Gloſ. 2. d. c. dudum, & c. cum contingat, de decim. Rebuf. d. q. 7. num. 10. & faciunt ea, quæ ſupr. c. 5. q. 4. concl. 5. generatim de cõſuetudine adnotauimus, & pauló ante, hoc eod. cap. concl. 1. admonuimus.

Quinta Concluſio. Quando decimæ donatæ fuerunt Eccleſiæ Cathedrali, vel alio modo ei deben-
13 tur, † tunc Epiſcopus de iure communi in illis eſt fundatus; ita Azor d. q. 9. & Rebuf. d. q. 7. num. 13. ſic intelligens d. c. dudum; & tunc illæ decimæ inter fratres diuidi debent, vt habetur in cap. vlt. de offic. custo. & not. Rebuf. d nu. 13. fratres autem ſunt Canonici Eccleſiæ Cathedralis, vt ex eo tex. iuncta Gloſ. colligitur, & clariùs habetur in c. nouit, de his, quæ fi. a mai. par. Cap.

Sexta Concluſio. In ſua canonica portione decimarum, hoc eſt, quar-
14 ta, † Epiſcopus de iure communi fundatus eſt; tex. eſt in c. cõquerẽte, de off. ord. & c. de quarta, de præſcr. not. ibi Gloſ. Hoſt. & Io. An. d. c. cum contingat, Abb. d. c. quoniam, nu. 3. & per illum textum Rebuf. d. q. 7. nu. 11. & q. 3. nu. 14. Silu. verb. decima, num. 4. Innoc. c. requiſiſti, de teſtam. Tynd. d. tract. num. 71. vbi etiam tã tex. in d. c. conquerente, quàm in c. dudum, de decim. intelligit, vbi prædia illa ſita ſint in Eccleſia baptiſmali, quæ ſubiecta ſit Cathedrali, & contentio eſt inter baptiſmalem, & Epiſcopum, vt nimirum quarta tũc debeatur Epiſcopo, reliquum verò Eccleſiæ baptiſmali, vt per Tyndar. ibid. debetur autem hæc quarta Epiſcopo ratione coniunctionis, & vniuerſalis curæ, quam habet Epiſcopus in Eccleſijs ſubiectis, vt poſt Innoc. d. c. requiſiſti, not. Tynd. d. tract. num. 71. Eccleſia verò Cathedralis,
15 ſeu matrix Eccleſia † nullum ius habet in Eccleſijs, ſeu Capellis ciuitatis, vt poſt Gloſ. & Innoc. in c. dilecto, de off. Arch. & c. cõſtitutus, de relig. dom. voluit Tynd. d. trac. nu. 72. Poterit tamen huic decimæ 40. annis præſcribi, vt habetur in d. c. de quarta, & inter cæteros adnotauit Abb. d. num. 3.

Septima Concluſio. Poteſt Epiſcopus

Digitized by Google

ſcopus nomine cuiuslibet Eccleſiæ
16 Parochialis ſubiectæ † ad decimas agere, quando non eſt Curatus, qui agat; ita Rebuf. d. q. 7. nu. 12. per c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt. vbi tamen nihil ad rem.

Octaua Concluſio. Si loquamur de Eccleſia prædiali, in qua prædia ſita ſunt, tunc communis regula eſt,
17 † quòd prædiales decimæ prædiali Eccleſię debentur, c. fin. de paroch. c. quoniam, de decim. perſonales verò Parochiali; pro qua hoc loco cũ alijs Doct. intelligimus baptiſmalẽ, in qua quis audit diuina, & recipit Sacramenta; tex. eſt in c. queſti, & c. ſtatuimus, 16. q. 1. & d. c. fin. de Paroch. c. ad Apoſtolicæ, de decim. hãc regulam ponit Tynd. d. tract. num. 7. Rebuf. d. q. 6. num. 1. & 7. Abb. in cap. cum ſint, de decim. vbi Gloſ. 2. idem Silueſt. in ſum. verbo, decima, nu. 14. S. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 87. art. 3. Sot. d. l. 3. q. 4. art. 3. Gloſ. 2. d. c. fin. vbi cæteri, de Paroch. & alij Doct. paſſim.
18 Eſt autem propriè † Eccleſia hæc Parochialis, ſeu baptiſmalis, cui perſonales decimæ perſoluendæ ſunt, illa Eccleſia, in qua homines audiunt diuina, & recipiunt Sacramenta per totum anni circulum, vt habetur in d. c. queſti, & not. Rebuf. d. q. 6. nu. 2. & latè tradit Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 88. nnm. 1. vbi etiam num. 3. poſt alios dicit, idem eſſe, ſi per maiorẽ anni partem in Eccleſia quis diuina audiat, & percipiat Sacramenta; ſi verò æqualiter in duabus
19 Eccleſijs id faciat, † diuidentur æqualiter perſonales decimæ, aliàs pro rata temporis; ita Rebuf. d. nu. 2. & Butr. in c. 2. in fin. de decim. poſt Inn. idem Azor d. lib. 7. c. 35. q. 14. per tex. d. c. fin. de paroc. & cap. 2. de
20 ſepult. in 6. Neq; tamen, ſi quis † in Monaſterijs audierit diuina, aut etiam percipiat Sacramenta, vt hodie fit, ideo decimæ perſonales illis debentur, ſed Parochiali, in qua habet domicilium, cum in ea Eccleſia & diuina audiri, & Sacramenta percipi debeant, c. 2. de Paroch. & c. cũ quis, §. 1. de ſepult. in 6. paria autem ſunt recipere, vel recipere poſſe, & per aliquẽ ſtare, quo minùs recipiat l. quod te, ff. ſi cert. petat. & cum per Curatum non ſtet, non eſt ei imputandum, l. in iure, ff. de reg. iur. cum ſimil. & ita in hac ſpecie tenuit Nauar. conſ. 1. nu. 5. tit. de decim. vol. 1. Rebuf. d. nu. 2 poſt Feder. conſ. 253. in fin. & idem etiam tenent S. Tho. Caiet. & Sot. locis citat.

Quòd ſi plura quis habeat domi-
21 cilia in pluribus Parochijs, † illi ſoluet, in qua principale domicilium habet, vt monet Azor d. quęſt. 14. at poſt Henr. Boich. in c. peruenit, de decim. not. Rebuf. d. nu. 2. ſed ſi domus eſt in confinio duarum Paro-
22 chiarum, † vtriq; debetur decima perſonalis, Gloſ. vlt. & Doct. in cap. licèt, 16. q. 3. Innoc. & alij, in c. ſuper eo. de Paroch. & Rebuf. d. q. 6. nu. 3. Si verò dubitetur, de qua Parochia
23 ſit domus, † inſpicietur ſitus ianuæ, & illius erit Parochiæ, in qua ianua ſita eſt; ita Rebuf. vbi ſupr. num. 4. poſt Bart. in l quod conclaue, ff. de dam. infect. & ſi habet duo oſtia, attẽditur, qđ anterius, & nobilius eſt, Rebuf. d. q. 6. n. 5. arg. l. cũ in diuerſis ff. de relig. & ſũpt. fun. & l. quæritur, ff. de ſtat. hom. Corſ. in trac. de poteſ. reg. q. 37. Illud quoq; adnotandum eſt, quòd, ſi quis mutauerit domicilium,

24 lium,† decimæ non debentur priori Curato,ſed ſecundo,ſi ibi audiantur diuina, & recipiantur Sacramenta; ita Rebuſ.d.q.6.nu.24.& Azor. d.q. 14.per tex. in c. ad Apoſtolicæ, vbi
25 Butr.& alij,de decim.Si verò† ſit dubium de voluntate conſtituendi domicilium,tunc requiritur, quòd per multum temporis ibi mora trahatur,vt poſt Butr.d.c.cum ad Apoſtolicæ,col.2.tradit Rebuſ.loc.cit. De-
26 cimæ autem mixtæ† diuidendæ ſunt inter prędialem,& parochialem Eccleſiam,iuxta quod de perſonali ,& reali decima participant, vt latè, & optimè tradit Nauar.d.conſ.1.num. 8.& 9.ſub tit.de decim.Qua etiam de re aliquid diximus ſup.cap.4. q.1. concl.1.poſt medium;quod vide.

De colonis verò,quibus Eccleſijs, & qualiter decimas ſuas tam perſonales, quàm prędiales ſoluant, diximus c.pręced.q.vlt.concl.5.

Nona Concluſio.Si quæſtio ſit inter Eccleſiā baptiſmalē,&Parochialē,ſeu Capellam,&Succurſum;tūc di-
27 cimus,quòd,licèt† ſecluſa conſuetudine,conuentione, priuilegio, regulariter , & in dubio decimę debeantur baptiſmali ex tex. in c. 1. §. in diœceſi,13.q.1.c.de decimis, & c.ſtatuimus,16.q.1.c.cū contingat, & c. cum in tua,de decim.c.veniens, vbi Imol.de præſcript.idem not.Gloſ.in c.ex tranſmiſſa , eod.titul. latè Rebuſ.d.tract. q.6. num. 10.& 11. qui etiam num.12.poſt Gloſ. & Butr. d. c.cum contingat,probat,de iure baptiſmalem fundatam eſſe in prædialibus. Pro maiori tamen huius rei di-
28 lucidatione † diſtinguendum eſt cū Io.An.in addit.ad Specul. tit. de decim.quem ſequuntur Doct. vt teſtatur idem quoq; tenens Tynd.d.tract. num. 73. Nam aut prędia, de quorum fructibus decimandis agitur, ſunt ſita infra limites Eccleſiæ baptiſmalis, & tunc clarum eſt, quòd talis decima ad illum pertineat: & hoc probant Doct.& iura mox allegata:aut prędia ſita ſunt infra limites Eccleſię Parochialis, quę non eſt ſub limitibus baptiſmalis;&tunc quoq; clarum eſt, decimam ſpectare,non ad baptiſmalem , ſed potiùs ad Parochialem , neq; tunc habet contēdere cum baptiſmali Eccleſia, ſed cum Epiſcopo, vt optimè adnotauit Tynd.loco cit.quod idem tradit Rebuſ.d.q.6.num.16.& 18.

Difficultas eſt,qn̄ Parochialis eſt ſub baptiſmali,& prædia ſita ſunt intra limites Parochialis: & tunc etiā diſtinguendum eſt: nam aut baptiſmalis erecta fuit in baptiſmalē poſt Parochialem, ita,vt comprehendat ſub ſe Parochialem tāquam Capellam;& tunc Eccleſia Parochialis habebit ſuas decimas antiquas;ita Io. An.loc.cit.Tyndar.d.tract. num.74. Rebuſ.d.q.6.num.17.poſt Gloſ.in c. quicunque, 16. q. 1. vbi opt. tex. & Abb. conſ. 18. volum.1. Ratio eſt, quia non cenſetur hæc Eccleſia erecta cum incommodo, & præiudicio iam erectarum,vt not.Doct. in cap. ad audientiam, il 1. de Eccleſ. ædif. Rebuſ.d.num.17. Tyndar. d.nu. 74. per tex.in c.paſtoralis,de decim.ſed melior eſt in c.ſi quis laicus, cap. Eccleſiæ antiquitus, & cap. quicunque,16.quæſt. 1. Et hæc procedunt quoad decimas reales : perſonales verò diuidentur inter Eccleſiam baptiſmalem propter baptiſmum , & Parochialem propter

alia

Digitized by Google

alia diuina;ita poſt Io.An. tenet Re
buf.d.nu.74.Card.d. cap. cum con-
tingat,per c.cum quis,de ſepult.in
6. Barb. conſ. 49. colum. 2. vol. 3.
quod idem dicit eſſe ſatis rationi
conſonum, Abb.d.cap. cum contin-
gat,colum.2.Aut Eccleſia Parochia
lis eſt infra limites baptiſmalis, &
conſtat baptiſmalem priùs fuiſſe
rectam,& tunc ſi quidem conſtat de
cimas aſſignatas fuiſſe Parochiali
in conſtructione eius; tunc, inquit
Tyndar. d. tract.num.76. quòd ſine
dubio illi Parochiali Eccleſiæ debẽ-
29 tur. ego verò puto, † etiam ad hoc
requiri vel fundationem Papæ, vel
Epiſcopi quidem, ſed ex neceſſitate
propter nimiam diſtantiam, vel ex
alia iuſta cauſa; prout eſt tex. cap.
ad audientiam, il 1. & ca. conſtitu-
tus,de relig.dom.& ibi not.Doct.&
Rebuf. d.quæſt.6.nu. 15. Lap. alleg.
66.num.3.& Card.conſ.26. num. 4.
quod etiam tunc ſolùm concedit idẽ
Tyndar.d.tract.num.81.& 82. quan
do non apparet de iſta aſſignatione
decimarum Eccleſiæ Parochiali fa-
cta. Verius autem eſt,parem in hoc
eſſe vtriuſq; rationem,vt patet ex al
legatis.Non nego tamen,quin in du
bio cauſa iuſta motum fuiſſe Epiſco
pum, præſumendum ſit, vt loco cit.
adnotauit Rebuf. per c. niſi eſſent,
de præbend. Ad hoc verò, vt Capel
lanus d.Eccleſiæ recipiat obuentio-
nes,tria requiruntur in terminis d.
c. ad audientiam, vt ex eodem tex.
& alijs not. Rebuf. d. quæſt.6. num.
22.Primò, quòd baptiſmalis Eccle-
ſia reditibus abundet;Secũdò, quòd
illa Eccleſia ſit neceſſaria; Tertiò,
quòd illa Capella non habeat ſuffi-
cientes reditus.Idem latè proſequi-
tur Lapus d.alleg.66.num. 1. & tri-
bus ſeqq. & Io. Selu. in tract. de be-
nef. 1.par.quæſt.5. nu. 100. & ſeqq.
Aut demum dubitatur,an priùs fue
rit erecta Parochialis, vel baptiſma
lis,& tunc baptiſmalis habet funda
tam de iure communi intentionem;
ita Tyndar.d.tract.nu.83.& ſic pro-
cedunt alia per eundem allegata,
vbi ſup.num. 77.

Pro cõplemẽto autẽ huius cõclu-
ſionis adnotandum eſt, quòd, ſi ba-
ptiſmalis Eccleſia conſentit aſſigna
tioni limitum, & fundationi Paro-
30 chiæ, tunc † cenſetur remiſiſſe ius
decimandi, & alia iura Parochialia
quoad illam portionem limitum,
qui nouæ Eccleſiæ aſſignati ſunt; ita
Tyndar. d. num. 83.Rebuf.d.quæſt.
6.num.20.Card.d.conſ.26. num. 4.
neq;tamen poteſt propter hunc cõ-
31 ſenſum † aliquid accipere, iuxta
tex.in cap.querelam, vbi Doct. de
ſimon. & not. Rebuf. d. quæſt. 6.
num. 22.

Decima Concluſio. Non poteſt
32 decima † retineri Sacerdotibus ex
eo,quia ſint malæ vitæ, vt eſt tex. in
cap. ſi Epiſcopus,16.quæſt. 6. & in
cap.tua nobis,vbi Gloſ. Abb. & alij
Doct.de decim.& not. etiam Rebuf.
d.tract.quæſt.7.num.15.per text. in
c.quid dicam,14.quæſt.4.& c.fortè,
q.5.Silueſt.in ſum.verb.decima, nu.
33 14.Idem † ſi eas decimas in malos
vſus cõuertant,vt poſt Hoſt.in rubr.
de decim. & alios probat Rebuf. d.
q.7.nu.16. dicit tamen Silueſt. loco
cit.in verſ.Octauũ,poſt Hoſt. quòd,
ſi Sacerdos non deſeruiat Eccleſiæ,
aut notori' peccator ſit,poteritquis
34 † ei non ſoluere, ſed proximo ſupe
riori; quo dicto relato ait illud du-

rum

rum eſſe, Turrecr. in cap. fin. num. 8. 16. quæſt. 1. cui ego aſſentior, cum laici maximè priuati Sacerdotes iudicare non debeant.

Vndecima Concluſio. Poſſunt de-
35 negari † decimæ clericis ex eo, quia ab illis ſibi denegantur Sacramenta; ita Lap. alleg. 66. num. 7. & 8. vbi etiam concludit, quòd poſſunt laici opponere exceptionem ſpoliationis diuinorum; & reſpondet contrarijs: hoc ipſum tenent Butr. & alij in c. cum dilectus, de ord. cog. idem voluit Abb. cap. fin. de Paroch. Hoſtien. in ſum. tit. de decim. §. & quare, in fi. Gem. & Franc. in cap. 1. §. fin. de reſt. ſpol. in 6. quos referũt, & ſequuntur Rip. reſponſ. 1. tit. de conſuet. num. 15. cum ſeqq. Io. Petr. Molign. in tract. de retent. nu. 256. & ſeq. circa medium, ac deniq; Ant. Corſet. in tract. ſeu reg. ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, limit. 49. ſeu num. 19. Ratio verò eſt, quia decimæ ſaltem perſonales dantur ratione adminiſtrationis Sacramentorum, vt ſuperiùs nos ſemel admonuimus. Id tamen intelligẽdum eſt,
36 † dummodo non propria auctoritate retineant, ſed in iudicio excipiendo, ſeu reconueniendo, vt patet ex Lap. & alijs Doct. loc. cit. Neque
37 † contra poteſt Parochus propria auctoritate denegare Sacramenta, ex eo, quia ſibi non ſoluantur decimæ, niſi id notorium ſit, vt latè, & optimè oſtendit Nauar. conſ. 2. nu. 2. tit. de decim. volum. 1. & Cornel. Benincaſ. in tract. de paupertat. q. 7. in 6. ſpeciali, num. 17.

Duodecima Concluſio. Non poſ-
38 ſunt demum denegari decimæ † clericis ex eo, quia diuites ſint, neq; indigeãt; tex. vbi Gloſ. in cap. decimę, 16. q. 1. Io. An. & alij in rubr. de decim. Rebuf. d. quæſt. 7. num. 14. Couar. d. l. 1. var. reſol. cap. 17. num. 4. Turrecr. in c. quoniam quicquid, nu. 8. 16. q. 1. inter Theologos Sanct. Thom. quodl. 6. art. 10. & 2. 2. q. 87. art. 3. ad 1. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 4. art. 3. Silueſt. in ſumma, verb. decima, nu. 14. verſ. octauũ, vbi etiã rationem affert, quæ communis eſt, & affertur quoq; à S. Thom. & Sot. loco cit. quia neq; decimæ ſolùm ob ſuſtentationem miniſtrorum dãtur,
39 ſed etiam pro † pauperibus, (quod & colligitur ex cap. tua nobiş, cum ſimil. vbi habetur, quòd decimæ ſiut tributa egentium animarum;) &, licèt etiam admittamus, quòd ſuſtentatio miniſtrorum fuerit ratio inſtituendi decimarum ſolutionem; ex quo tamen hoc eſt affectum & debitum per Eccleſiæ ſtatutũ, illis quoque debentur, etiam ſi diuites ſint.
40 Non debentur tamen † iure diuino, aut naturali decimæ talibus miniſtris non indigentibus, vt ex eodem Silueſt. Couar. & alijs Doct. maximè Theologis patet, & nos cap. 1. quæſt. 1. & 2. & cap. 5. quæſt. 5. fuſiùs oſtendimus; vbi etiam admonuimus, tunc ſaltem, cùm indigent, & quoad ſubſtantiam iure diuino, & naturali deberi decimas etiam poſt legem Euangelicam: quod nunc ex eo etiã breuiter probare poſſumus, quòd tam iure naturali, quàm diuino dignus eſt operarius mercede, & cibo ſuo, Deuteron. 24. Matth. & Luc. 10. 1. ad Timoth. 5. & 1. Cor. 9. & quòd ſacra miniſtrantibus debeatur à populis ſuſtentatio, patet ex eodem loco Matth. & Luc. 10. vbi lo-

Digitized by Google

loquens Chriſtus Dominus de Apoſtolis verbum Dei annuntiantibus adducit eum locum Deuter. Dignus eſt operarius, &c. patet etiam ex al leg. loc. Pauli 1.Cor.9.& 1. Tim. 5. vbi de ſe ipſo, & alijs prædicantibus, ſacraque dantibus, tum eundem locum affert, tum illud Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti.

Decimatertia Concluſio. Proba-
41 bilius mihi eſt,† decimas non poſſe per populum Retineri rectori pro impenſis,ſiue factis in ædificanda Eccleſia Parochiali,ſiue faciendis in ea amplianda, vbi nnmero populi non ſufficiat. Prior pars concluſionis probatur, tum auctoritate Io. Petr. Molign. d. tract.de retent.nu. 257.& Rip. d. reſponſ.1.num. 13.tũ eorum ratione, quia nimirum talis compenſatio non eſt admittenda,cum impenſæ factæ non ſint liquidæ,iuxta l.fin.C. de compenſat. atq; adeo earum debitum non venit compenſandum cum debito decimarũ, quod eſt pluſquam liquidum. Poſterior pars, quæ eſt contra Molign. & Rip. loc. cit.probatur eadem ratione; nam minùs liquidæ ſunt impenſæ faciendæ,quàm factæ;præterea non reperitur iure cantum, quòd decimæ dentur propter reparationem,àut ampliationem Eccleſiæ,ſicut propter adminiſtrationem Sacramentorum, atq; adeò non rectè arguunt Rip. & Molign. ab vno ad alium caſum,neq; id habetur in cap.vnico, 10. quæſt. 3.aut cap.Vlterranæ, 12. quæſt. 2. quæ ipſi allegant. Vide tamen c.ad audientiam, il 1.& càp.de his, de Eccleſ. ædif. & Conc.Trid.ſeſſ..21. c. 7. de reform.

SVMMAE RERVM.

1 *Cauſa decimarum in petitorio agitari debet coram iudice Eccleſiaſtico.*

2 *Cauſa ſpiritualis in petitorio agi debet coram iudice Eccleſiaſtico. Idem, ſi poſſeſſorium mixtam habeat proprietatis rationem; num. 3.idem quoque ſi Curia mixta ſit ex clericis, & laicis;num. 4.*

5 *Cauſa decimarum, vbi quæſtio ſit meri facti, agitari poteſt etiam coram iudice laico. Poteſt tamen etiam coram Ecclesiſtico; nu.7.*

6 *Cauſa ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, vbi ſola quæſtio facti ſit, agitari poteſt coram iudice laico.*

8 *Poſſeſſorium decimandi ſecundùm communiorem agitari poteſt coram iudice laico. Idem in qualibet cauſa ſpirituali, & Eccleſiaſtica, ſecundùm eandem communiorem; num. 9. Contrarium in vtroq; num. 10.*

11 *Cauſa ſpiritualis regulariter ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

12 *Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ dicitur abſolutè ſpiritualis, & Eccleſiaſtica.*

13 *Cauſa poſſeſſoria decimarum agitari poteſt coram iudice laico, vbi quæſtio eſt facti incidens. poterit tamen etiam coram Eccleſiaſtico immo debebit,vbi de iure ipſo poſſeſſionis,ſeu poſſeſſorio principaliter agatur; num. 14.*

15 *Iudex laicus an cognoſcat de iure decimandi competente laico ex feudo,priuilegio, vel præſcriptione.*

16 *Statuere de decimis ad quos ſpectet.*

17 Lai-

17 *Laicus conductor decimarum poteſt conueniri coram iudice laico, & debet ſecundùm aliquos, niſi ad ſit contraria fori præſcriptio. Contrarium tamen probabilius eſt.*

18 *Cauſa poſſeſſoria iuris decimandi, & quæuis alia ſpiritualis non poteſt tractari coram iudice laico, quando vel res inter clericos ſolos agitur, vel reus eſt clericus.*

19 *Clericus non poteſt conueniri coram iudice laico.*

20 *Cauſa decimarum, vbi de iure ipſo agitur, non poteſt in laicum compromitti. Immo etiam ſecundùm aliquos in neminem compromitti poterit; num. 21. Poterit tamen fortè in laicum ſimul, & clericum, aut ſaltem in clericum; num. 23.*

22 *Spiritualia in laicum compromitti non poſſunt.*

24 *Compromitti poteſt in laicum de fructibus decimarum. Idem in quauis re ſpirituali; num. ſeq.*

25 *Compromiſſum eſt quædam tranſactio.*

26 *Cauſa decimarum, an compromitti poſſit in laicum tamquam in arbitratorem.*

27 *Rector agens ad decimas poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ, vel retinendæ, quomodo concludet; & tribus num. ſeqq.*

31 *Rector poterit agere interdicto, vti poſſidetis, quàmuis etiam ſemel nõ perceperit omnes decimas, ſed aliquas tantùm. Item non modò contra recuſantes ſoluere, ſed etiam contra alios Curatos, & Religioſos, atque alios quoſcunque turbantes in d. poſſeſſione; num. 32.*

33 *Petitorio agens ad decimas præteritas poterit agere rei vindicatione. ſecùs vbi decima non eſt ſegregata; num. 34.*

35 *Dominium decimarum non transfertur in Eccleſiam ante ſeparationem. tunc autem agendum eſt actione perſonali, ſeu condictione ex canone; num. 36. aut lège conſuetudinaria, vbi debeantur ex conſuetudine; num. 37.*

38 *Actio confeſſoria, negatoria, aut ex dolo quando locum habeat in materia decimarum, remiſſiuè.*

39 *Confeſſoria actione agitur inter duas Eccleſias de proprietate iuris decimandi. Quòd ſi agatur contra colentem prædium, locus erit condictioni ex lege; num. 40.*

41 *Cauſa decimarum eſt ſummaria, vbi quæſtio ſit inter Eccleſiam, cui de iure communi debentur, & laicum, qui ſoluere debet.*

42 *Solemnitates iuris non neceſſariò adhibentur, vbi quæſtio ſit inter Eccleſiam, cui de iure communi debentur decimæ, & laicum, qui ſoluere debet.*

43 *Cauſa decimarum ſummaria eſt, ſi quæſtio ſit inter duas Eccleſias de iure decimandi. Idem ſi vna earum nitatur conſuetudine; nu. 44.*

45 *Conſuetudo eſt quædam lex communis.*

46 *Cauſa decimarum ſummaria non eſt, vbi de decimis agatur, quæ ſolùm ex pacto, pollicitatione, aut voto debitæ ſint.*

47 *Cauſa decimarum ſummaria non eſt, vbi quæſtio eſt inter laicos de iure decimandi. Idem generaliter, quando decimæ debentur iure ſpeciali; num. 48. Secus ſi agatur de ſucceſſione feudi antiqui decimarum;*

Digitized by Google

rum; num. 49.

50 *Succedens in ius alterius debet vti iure illius.*

51 *Cauſa decimarum ſummaria eſt, cùm agitur contra Aduocatos, & alios impedientes, ne decimæ ſoluantur. Contrarium alij; num. 52.*

53 *Cauſa decimarum ſummaria eſt, cùm Rector agit contra eum, qui ſe tuetur a ſolutione priuilegio in iure ſcripto. Aut etiam priuilegio ſpeciali, vel conſuetudine, aut præſcriptione; num. 54.*

55 *Cauſa ſummaria quid importet, & de modo in ea procedendi, remiſſiuè.*

56 *Rectore agente contra ſubditum ad decimas incipi poteſt a præcepto.*

57 *Brachium ſeculare inuocari poteſt contra pertinaces in ſolutione decimarum.*

58 *Appellatio non admittitur cùm per Rectorem a ſubdito decimæ exiguntur. Secus ſi alleget priuilegium Papæ, vel compoſitionem legitimam; num. 59. Ratio affertur; num. 60.*

61 *Debitor decimarum non poteſt prætextu crediti decimas denegare, neque propter ſterilitatem; num. 62.*

63 *Pœnæ, & incommoda, quibus afficiuntur non ſoluentes decimas, remiſſiuè.*

64 *Excommunicari poteſt non ſoluẽs decimas, cum teneatur. non eſt tamen ipſo iure excommunicatus; num. 65.*

66 *Excommunicati ſunt laici compellentes Prælatos ipſis ſubmittere iura Eccleſiæ.*

67 *Sacrilegus eſt excommunicatus; num. ſeqq.*

68 *Sacrilegium an committant retinentes decimas.*

69 *Excommunicatio in eos, qui decimas non ſoluunt, ferri debet monitione præmiſſa. Idem in quauis ſententia excommunicationis; num. 70. & debet eſſe canonica, & competens, hoc eſt, trina cum aliquo dierum interuallo; num. 71.*

82 *Monitoriæ excommunicationis contra non ſoluentes non debent neceſſariò cõtinere clauſulam illam, niſi cauſam rationabilem voluerit allegare. debet tamen iudex ſe informare, vel litteras conditionales formabit; num. 73.*

74 *Sepultura Eccleſiaſtica priuatur, qui ſoluere tenetur decimas, & non ſoluit.*

75 *Sepultura Eccleſiaſtica priuatur, qui notoriè decedit in peccato mortali.*

76 *Procedi poteſt ex officio contra non ſoluentes decimas, præuia informatione.*

77 *Viſitator poteſt cogere ſubditos ad ſoluendas decimas ſuo Rectori, niſi aliquam rationabilem cauſam allegarent; num. 79.*

78 *Viſitatori incumbit correctio exceſſuum, & ſollicitudo erga clerum, & populum.*

80 *Redituum Eccleſiæ exiguitati quomodo ſuccurratur per vnionẽ beneficiorum, & aſſignationem oblationum, aut decimarum.*

81 *Aedificari poteſt Eccleſia intra fines alterius, & in ea Epiſcopus inſtituere ſacerdotem percepturũ obuentiones alicuius caſtri, vbi Parochiani iam conſtructam ſine*

 ma-

magna difficultate adire non poſſunt.

De modo procedendi circa exactionem Decimarum. *Cap. VIII.*

QVAERO PRIMO, Quis ſit iudex competens in cauſa decimarum.

Prima Concluſio. Decimarum controuerſia in petitorio, vbi quæſtio iuris eſt etiam incidens, ſpectat
1 † ad iudicem Eccleſiaſticum; tex. in Clem. diſpendioſam, de iudic. optimus etiam tex. in c. litteras, de iur. calum. & c. fin. de rerum permut. cũ alijs adductis per And. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſeru. 38. nu. 1. Papien. in for. libell. decli. iuriſdic. in verb. nec fuiſſe, & Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immun. lib. 3. cap. 19. nu. 84. & multis ſeqq. vbi id optimè probat: idem not. Gloſ. in ſum. 11. q. 1. c. placuit, il 2. 16. q. 3. & c. ex tenore, de for. compet. Cald. conſ. 15. ſub tit. de iudic. Fulgoſ. conſ. 166. Cuman. conſ. 38. Doct. in cap. ea, quæ, de reg. iur. in 6. & alijs iurib. initio concl. citat. Io. Azor. par. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. c. 36. q. 1. & Guttier. pract. q. lib. 3. q. 26. num. 3. & 4. Feder. de Sen. conſ. 255. incip. Domino Andreæ, Abb. d. c. litteras, num. 8. Felin. c. cauſam, nu. 15. de præſcrip. Marcheſan. trac. de commiſſ. & reſcript. cap. 4. nu. 30. 2. p. Tho. Zerol. in ſua Praxi Epiſc. verb. decimæ, verſ. ad Sextũ; Rebuf. d. tract. de decim. q. 10. num. 2. & 38. poſt alios; & generatim in cauſa ſpirituali de communi Ambroſ. de Vignat. in cap. ſalubriter, num. 125. de vſur. Dec. cap. 2. num. 188. de iudic. & probbtur ex ijs, quæ infra mox afferemus ad ampliandam hanc concluſionem. Ratio illa eſt, quia ius decimandi ſpirituale eſt, vt latè cap. 5. q. 3. in princ. oſtendimus. De cauſa autem ſpirituali, hoc eſt, cùm de re ſpirituali, vel etiam annexa ſpirituali, ſeu quaſi ſpirituali eſt agendum,
2 † ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit, ſaltem vbi quæſtio ſit iuris, cap. 2. & 3. de iudic. c. tuam, de ordin. cog. cap. lator, & cap. cauſam, quæ il 2. qui fil. ſint legit. cum ibi not. & ſuis ſimil. Aliqui ad id adducunt tex. in cap. cũ ſit generale, de for. compet. verùm meo ſanè iudicio ad rem non facit; nulla enim ibi, mentio fit, aut aliquid decernitur de cauſa ſpirituali, aut quaſi, ſed ſolùm mixti fori, nimirum ſacrilegij a laico malefactore Eccleſiarum commiſſi. Porrò quod mox diximus, cauſam ſpiritualem a ſolo Eccleſiaſtico iudice cognoſci, idem quoque erit dicendum, quan-
3 do cauſa poſſeſſoria † mixtam habet proprietatis rationem, prout in qualibet re ſpirituali tenet Abb. d. cap. litteras, vbi Butr. Barbat. & alij, Bero. in rub. de iudic. num. 51. Couar. pract. quæſt. cap. 35. num. 1. concl. 1.
4 quin etiam idem erit, † licèt Curia mixta ſit ex clericis, & laicis; tunc enim non poterit adhuc Curia illa ſic mixta de decimis, alijſq; cauſis ſpiritualibus diſponere; ita poſt Rebuf. d. q. 10. num. 36. tradit Io. Azor par. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. cap. 36. q. 2. Germon. d. cap. 19. num. 86. & ſeq. illa optima ratione, quòd cuiuſq; rei origo inſpiciẽda ſit; Curia verò illa, licèt ſit mixta, habet tamen originẽ, & iuriſdictionem à Principe ſeculari,

Digitized by Google

ri, qui incapax eſt iuriſdictionis ſpiritualis, cap. 2. de iudic. cum alijs mox adductis: ſecus ſi illi conſiliarij mixti ex laicis, & clericis dati ſint a Summo Pontifice, vt ibid. docet Azor latè, & optimè oſtendit Germon. d. c. 19. num. 89. num. verò 93. & 94. idipſum extendit, vbi etiam laicus ſe tueri velit legitima temporis præſcriptione ab huiuſmodi ſolutione decimarum.

Secunda Concluſio. Si quæſtio
5 ſit † meri facti, an nimirum talis perceperit, vel ſoluerit, ſeu etiam, an percipiat, vel ſoluat decimas, ad effectum quoq; vt is, de quo non dubitatur, an iure ſoluere debeat decimas, eas ſoluere Eccleſiæ, eiuſq; Rectori cogatur; vel quia agatur cõtra tertium detentorem fructuum decimandorum, iudex etiam laicus competens erit; ita Couar. pract. q. c. 35. n. 2. Zerol. d. verſ. ad Sextum, Rebuf. d. q. 10. num. 3. Lud. Gomes in cap. ſi annum, num. 15. & 16. de iud. in 6. Felin. & Feder. de Sen. loc. cit. Butr. c. fin. num. 20. de iud. Abb. d. c. litteras, num. 7. & ſeqq. Gail. infr. num. 21. per tex. cap. petimus, 11. q. 1. Marcheſ. d. tract. de commiſſ. & reſcript. cap. 4. num. 30. par. 2. poſt alios; communẽ aſſerit Germon. d. cap. 19. num. 99.
6 & in qualibet materia † ſpirituali, & Eccleſiaſtica tradit Ant. Grauat. in addit. ad Veſtr. in ſua Praxi lib. 5. cap. 1. ex communi Soar. in Theſ. recept. ſent. verb. ſpiritualium, & Turzan. opin. 90. ex communiori Farinac. lib. 1. tit. 1. q. 8. crimin. num. 25. & ex communi poſt alios Guttier. d. q. 26. num. 2. & 9. & de iuram. confir. 1. par. cap. 2. nu. 35. quin immo, cauſam ſpiritualium, cùm etiam quæſtio facti eſt, ſolius Eccleſiaſtici iudicis eſſe, voluerunt Bal. Fulgoſ. Lup. Gem. Pachin. & alij relati concl. ſeq. ad finem; ex quibus Azor p. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. cap. 36. q. 5. id in ſpecie cauſæ decimalis docet. Poterit ta-
7 men etiam in hoc cognoſcere † Eccleſiaſticus, vt latè, & optimè probat Marcheſ. d. num. 30. & ex communi Couar. d. nu. 2. in princ. & Germon. d. cap. 19. num. 95. 96. & 99. idq; fauore Eccleſiæ, vt, quem maluerit iudicem, eligat, vt ijdem Doct. ibid. aſſerunt; pro quo optimus tex. eſt in cap. cum ſit generale, de for. competen. eſtq; illa communior opinio Doct. in l. Titia, ff. ſol. matr. de qua etiam Dec. c. 2. num. 188. de iud. & Iaſ. in l. quoties, num. 6. C. eod. quæ habet, quòd in quæſtione facti de re ſpirituali iudex et laicus ſit competens; procedit enim hæc opinio in competentia cumulatiua, non priuatiua, vt ex ijſdem Doctor. liquet, ac præcipuè ex Dec. d. num. 188. & 190. dum ex d. communi ait, laicũ iudicẽ de quæſtione facti poſſe cognoſcere. Hinc infertur, damnabilem, reprobandamq; eſſe conſuetudinem, quam in Gallia, & Hiſpania eſſe tradunt Guil. Bened. in cap. Raynutius, verb. abſq; liberis il 2. num. 45. de teſtam. Rebuf. d. q. 10. num. 39. & alij, quos referunt Couar. d. c. 35. pract. q. nu. 2. verſ. tertiò, quoties decimæ, cum ſeq. & lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 8. verſ. nonò principaliter, necnon Germon. d. c. 19. num. 93. & ſeq. vt nimirum, cùm laici negant ſoluendas decimas clericis, quia præſcriptione extinctæ ſint, ac præter conſuetudinem exigantur, cauſa apud Regios Magiſtratus tractetur, qui

Digitized by Google

ideo inhibeant iudicibus Eccleſiaſticis; prout eam ſatis improbat Germon. loco mox cit. & Io. Azor d. c. 36.q.4.& 7.& vel ex eo facilè reijcitur, quòd tunc quærendũ, videndũq; ſit, an huiuſmodi præſcriptio, & conſuetudo non ſoluendi decimas admittenda, validaq; ſit, quæ omnino eſt iuris, non facti quęſtio, vel ſaltem quæſtio facti iuris quæſtionem habens admixtam: certiſſimi autem iuris eſt, in quauis iuris quæſtione etiam incidente ſolum iudicem Eccleſiaſticum fore competentem, vt conſtat ex cap.2.& 3. de iud. cum alijs iurib. in præceden. concl. allegatis.

Tertia Concluſio. Si agatur de
8 poſſeſſorio decimandi,† communis ferè omnium reſolutio videtur eſſe, quòd poteſt iudex laicus cognoſcere; ita ex cōi reſoluit And. Gail. d. obſer. 38. n. 2. auctoritate Gloſ. d. c. litteras, in verb. rebus ſpiritualibus; quæ tamen Gloſ. nihil de decimis, quod ad hanc rem faciat; ſed tantùm, quod licèt in cauſis ſpiritualibus de calumnia non iuretur; ſi tamen agatur poſſeſſorio pro re ſpirituali, iuratur; arg. cap. litteras, de reſt. ſpol. quod tamē nō vrget, eaq; Gloſ. eſt communiter reprobata, teſte Couar. d. c. 35. nu. 1.
9 & in qualibet† cauſa ſpirituali, & Eccleſiaſtica, quando ſuper mero poſſeſſorio agitur, quòd iudex laicus ſit competens, ita vt coram eo cauſa hæc poſſit agitari, tenet Guid. Pap. deciſ. 85. in princ. Boer. dec. 60. num. 23. Gram. dec. 78. per totam, Afflic. dec. 2. & 24. cum alijs, quos referūt, & ſequuntur Gail. vbi ſup. num. 3. & 4. Grauat. loc. cit. Soar. in Theſaur. recept. ſent. litt. P, num. 188. Menoc. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 211. & 234. communem etiam aſſerit Couar. d. c. 35. n. 1. & in Epit. de ſponſ. & matr. 4. par. c. 8. §. 12. nu. 3. A qua tamen etiam communiore ſentētia,
10 ſi ſimpliciter intelligatur,† libenter recedo cum Lig. in Clem. diſpendioſam, de iudiç. Guid. Papa, conſ. 149. Rol. a Vall. cōſ. 23. n. 17. lib. 2. Oſaſc. dec. 116. nu. 1. Butr. d. c. fin. nu. 20. de iud Bero. in rub. de iud. nu. 51. cum ſeqq. & ibi latè Barbat. Dec. in c. 3. n. 62. & c. cæterum, nu. 69. de iud. Clar. in §. feudum, q. 90. n. 9. in fin. Ludolf. Schrader. in trac. de feud. p. 10. ſect. 1. nu. 84. in princ. & Couar. d. nu. 1. verſ. verùm, ſi diligenter, poſt Io. Dasiamam in proęm. pragm. ſanctionis, §. poſtremo, & alios, quos ipſe citant, Azor. p. 1. Inſtit. Mor. lib. 5. c. 13. q. 1. docens, neq; etiam cōſuetudine, aut ſecularis Principis legibus induci id poſſe, vt laicus iudex de ea cognoſcere poſſit; & in ſpecie in materia decimarum latè tradit Rebuf. d. q. 10. nu. 1. ad hoc allegans Glo. in ſumma 11. q. 1. & tex. in c. dudum, de decim. Et ratio illa optima eſt, quòd cauſa
11 † Eccleſiaſtica, & ſpiritualis ad forum, iudiciumque Eccleſiaſticum ſpectat, non autem laicos, c. 2. de iud. c. tuam, de ord. cog. cum ſimilib. ſupra hac ipſa q. concl. 1. adductis. cau
12 ſa autem poſſeſſoria† rei Eccleſiaſticæ etiam ſimpliciter, & abſolutè dicitur Eccleſiaſtica, vt probatur ex Clem. vnica, de cauſa poſſ. & propr. & Clem. vnica, cum ibi notat. de ſequeſ. poſſ & fruct. Idem igitur dicendū quoq; eſt de poſſeſſorio decimandi propter eaſdē rationes, quicquid Gail. & alij ſupr. citati initio huius concl. dicere voluerint. Niſi velimus

Digitized by Google

mus dicere, eos Doctores omnes, qui contra ſentiunt, vel aliquos fal-
13 tem intelligendos eſſe, † vbi eſt ſolũ quæſtio facti circa poſſeſſionem, hoc eſt, cùm incidenter in iudicio quæritur, an talis exigat, ſitue in poſſeſſione exigendi decimas; non autem, cùm principaliter agitur, ad hoc, vt clericus manuteneatur in poſſeſſione, vel poſſeſſionem recuperet, aut acquirat percipiendi decimas.

Aliqui etiam aliter diſtinguere voluerunt; nam D. Menoch. d. remed. 15. de recuper. poſſeſſ. nu. 219. 223. 234. & ſeqq. ita diſtinxit. Aut agitur poſſeſſorio adipiſcẽdæ rei ſpiritualis: & tũc, inquit, laicus iudex nõ poteſt ius dicere, quia iudicium hoc habet ſibi annexam cauſam proprietatis, quæ vt ſpiritualis à laico minimè tractari poteſt cap. tuam, de ord. cognit. cap. lator, qui fil. ſint legit. ſicq; affirmant omnes, vt teſtatur Bero. rubr. de iudic. num. 51. Crauet. conſ. 104. num. 17. verſ. nec obſtat, Couar. d. cap. 35. practic. quæſt. num. 1. verſ. prima cõcluſio, & Guid. Pap. quæſt. 1. Aut agitur poſſeſſorio recuperandæ rei ſpiritualis: & tunc, ſiquidem agatur inter duos laicos, laicus iudex competens eſt, hocq; caſu procedit, inquit, crebrior relata ſententia: ſi verò laicus ſpoliator è clerico ſpoliato conuenitur, tunc is poteſt coram iudice ſuo, ideſt laico conueniri. At ſi inter duos clericos contenditur de hac poſſeſſione, tunc laicus iudex cognoſcere non poteſt. Deniq; ſi ſpoliator eſt clericus, & ſpoliatus laicus, tunc adhuc clericus ſpoliator ſub iudice laico ratione perſonæ conueniri non poteſt. De poſſeſſorio verò retinendæ nihil dicit ibi Menoch. ſed in tract. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 324. & ſeqq. eadem ferè ratione diſtinguit. aut laicus turbat clericũ rei beneficiariæ, ſeu ſpiritualis poſſeſſorem; & tunc iudex laicus competẽs eſſe poteſt ſaltem, vbi de titulo ſolùm incidẽter quæritur. aut laicus turbatur à clerico, qui mox conuenitur; & tunc iudex laicus non poteſt cognoſcere: aut vterq; turbator nimirum, & turbans eſt laicus; & tunc laicus iudex poteſt cognoſcere: aut deniq; vterq; clericus eſt; & tunc ſolus iudex Eccleſiaſticus competens eſt, quoniam clericus trahi, atq; citari non poteſt coram iudice laico. Abbas verò Panorm. in d. cap. litteras, num. 8. cum diſtinxiſſet in cauſa ſpirituali aliam merè ſpiritualem, aliam quaſi ſpiritualem, aliam deniq; merè temporalem non habentem aliquam ſpiritualitatem annexam, vbi diſputatur tantùm de facto mero, nec venit diſcutiendum aliquid iuris; huius merè temporalis illud exemplum attulit, quando agit clericus contra laicum poſſeſſorio retinendæ, & agit, vt ceſſetur à turbatione; hic, ſubdit Abb. licèt agat reſpectu Eccleſiæ, non tamen venit ad diſcutiendum aliquid iuris ſpiritualis, ſed quid meri facti, an turbet, an poſſideat; atq; adeò tunc nil obſtat, quin laicus iudex cognoſcere queat; ex quo habes tertium membrum, nimirum retinendæ poſſeſſionis, quod à Menoc. d. remed. 15. in ſua illa diſtinctione fuerat prætermiſſum. Verùm hæc diſtinctio omnino admittenda non eſt; quàmuis enim verum ſit, in poſſeſſorio adipiſcendæ rei ſpiritualis ſolùm Eccleſiaſti-

ſiaſticum iudicem competentem eſſe, quod præter Doct. etiam de communi teſtantes ſupr. à Menoc. relatos, ex cõmuni quoque tradit, & adſtruit Ludolf. Schrader. trac. de feud. par. 10. ſect. 1. num. 92. ſiue quia habeat hoc iudicium cauſam proprietatis annexam, cũ, vbi clericus poſſeſſionem ſpiritualis rei, puta beneficij, adipiſcitur, ſuper titulo ſaltem ſummariè cognoſcendum ſit, cap. ſi quando, & cap. ſuper eo, de offic. deleg. cum ibi not. & ſuis ſimil. ſiue aliam ob cauſam. Tamen id verum etiam eſt, ſiue agatur poſſeſſorio recuperandæ, ſiue retinendæ; tunc enim ſolus iudex Eccleſiaſticus de cauſa ſpirituali cognoſcet, non ſolùm ratione perſonæ, vbi vel vterq; actor nimirum, & reus, vel ſaltem reus eſt clericus, ſed etiam ratione rei ipſius, vbi vel ſolus reus, vel vterq; (ſi tamen caſus euenire poteſt,) laicus eſt. & quidem quoad poſſeſſorium recuperandæ patet, tũ quia, vt ipſe Menoch. fatetur d. remed. 15. num. 223. agens poſſeſſorio recuperandæ debet probare ſaltem titulum coloratum, quod pluribus relatis tradit, ac docet num. 463. & duobus ſeqq. immo crebrior, & communis ſententia eſt, ſpoliatum beneficio, ac re ſpirituali agentem remedio recuperandæ probare debere, & iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis, vt patet ex ijs, quos idem refert nu. 458. & ſeq. quam & ipſe num. 466. cum duobus ſeqq. admittit, ac probat, quando ſpoliato agenti iuris præſumptio aduerſaretur. tum etiã, quia nõ ſemper ſpoliatus ipſis quoque ſpiritualibus reſtituẽdus eſt ante omnia, ſed plerumq; de ipſa proprietate cognoſcendum eſt, vt patet inter cæteros ex allegatis per Ant. Gabr. commun. concl. lib. 5. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. ferè per totã, Ant. Corſet. in regul. ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. Similiter in poſſeſſorio retinendæ ſaltem colorandus eſt titulus, vt ſatis probat idem Menoch. d. remed. 3. retinen. num. 334. an verò titulus ſit coloratus ſaltem ſufficienter ad effectum, vt quis manuteneatur in poſſeſſione, vel eam recuperet, omnino quæſtio iuris eſt, non facti ſolius, ac meri. Præterea, ſiue agatur retinendæ, ſiue recuperandæ poſſeſſionis rei ſpiritualis ſemper quæritur non illud ſolùm, an quis turbet, an poſſideat, an ſpoliauerit, vt falsò putauit Abb. d. c. litteras, num. 8. de iuram. calum. ſed an turbare, vel ſpoliare potuerit, aut debuerit, & an poſſidere, ac recuperare nunc debeat, quod omnino in iuris ſonat quæſtionem: certum autem eſt, quãdo quæſtio iuris ſuper re ſpirituali etiam ſolùm incidens eſt, tunc à ſolo iudice Eccleſiaſtico eam tractari poſſe, vt conſtat ex cap. tuam, de ord. cognit. cap. 2. de iudic. & cap. lator, qui fil. ſint legit. cum ſimil. & ibi not. & alijs Doct. relatis ſupr. concl. 1. quorum pleriq; non in ſolo petitorio, ſed indiſtinctè loquuntur, maximè verò Ambr. de Vignat. in cap. ſalubriter, num. 124. & ſeq. de vſur. & Couar. Epit. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. & 4. qui etiam de communi teſtantur. Ex quo confunditur diſtinctio illa Menoch. vtrum de titulo incidenter, vel principaliter, vbi laicus reus eſt, tractandum ſit. Præterea, quòd poſ-

poſſeſſorium tam retinendæ, quàm recuperandæ rei ſpiritualis tractandum omnino ſit coram iudice Eccleſiaſtico, probatur: tum quia, cum regulam habeamus ex d. c. 2. de iudic. & alijs iuribus mox allegatis, cauſam rei ſpiritualis, vel quaſi, ad ſolum iudicum Eccleſiaſticum pertinere, ſtandum illi erit, donec exceptio probetur, iuxta tex. in cap. 2. in fin. de coniug. lepròſ. cum traditis ibi per Doct. & in rubr. de reg. iur. & Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 12. nu. 4. quòd enim poſſeſſorium rei ſpiritualis ſit temporale, nullo ſolido nititur fundamento, vt patet ex ſupra dictis, iunctis ſtatim dicendis; faterurq; ipſe Menoch. d. remed. 15. recuperan. poſſeſſ. num. 219. vbi cum multis num. præceden. eius opinionis fundamenta euertit. Tum quia poſſeſſoria cauſa, & petitoria connexæ ſunt, ab eodemque iudice pertractandæ, cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. l. nulli in fin. C. de iud. Ex his igitur planè tollitur, & confunditur principalis Menoch. diſtinctio.

Aliqui verò, vt Grauat. d. n. 6. dupliciter hanc opinionem tẽperant, primò quidem, vt procedat, niſi à iudice Eccleſiaſtico inhibitio iudici ſeculari facta fuerit, idq; auctoritate Ambroſ. de Vignat. in cap. ſalubriter, num. 125. de vſur. Verùm Ambroſ. neq. in d. num. 125. neq; in duob. præcedentibus, aut ſeqq. vbi quæſtionem de competentia iudicis in cauſa ſpirituali pertractat, aliquid dicit de poſſeſſorio rei ſpiritualis, ſed ſolùm de quæſtione facti, & iuris diſertè ex communi tradẽs, in quæſtione iuris, quoquomodo incidat circa rem ſpiritualem, coram iudice Eccleſiaſtico tractandam eſſe; in quo etiam articulo illud temperamentum ad communem opinionem non adhibet, quod Grauat. commemorat; ſed ſolùm ait, iudicem Eccleſiaſticum poſſe, & debere iudici laico inhibitionem tranſmittere, vbi quæſtio iuris circa rem ſpiritualem incidat. Secundò temperat Grauat. hanc opinionem, vt locum ſibi vendicet in quacunque ſpirituali cauſa, dummodo ſummariè, ac de plano ſine diſcuſſione liquere poſſit, maximè ex Dec. in cap. 1. vbi nihil omnino huiuſmodi de re habetur, at voluit allegare in cap. 2. nu. 187. de iudic. ſed licèt ibi ex quorundam opinione doceat Dec. cauſam ſpiritualem, ſi ſummariè tractetur, corã laico iudice diſcuti poſſe: nihilominus neq; aliquid de poſſeſſorio loquitur, neque ei opinioni ipſe adhæret; immo contrariam ſequitur, tum auctoritate Io. An. in addit. ad Specul. in tit. qui fil. ſint legit. §. 1. verſic. competit, & Rom. conſ. 299. circa fin. tum per Clem. diſpendioſam, de iud. & Clemen. ſæpe, de verb. ſign. cum vtrobiq; not. ex quibus manifeſtè conſtat, eundem iudicem eſſe cauſæ plenariæ, ac ſummariæ, ſeu non ideo alium iudicem adeundum eſſe, quòd aliqua cauſa ſummariè, vel plenariè pertractetur, quod & latè probat Schrader. d. tract. de feud. par. 10. ſect. 1. nu. 93. & ſeqq ſimulq; ſatis conuincitur, Amad. de Pont. dum ad tit. quis ſit iud. in ca. feud. num. 35. & mult. ſeqq. tueri intitur, iudicem laicum poſſe cognoſcere in quouis poſſeſſorio rei ſpiritualis, licèt habeat admixtam cauſam proprietatis; ex eo mximè,

quòd

Digitized by Google

quòd ſolùm ſummariè cognoſcit de cauſa,& iure ſpirituali.

Vt autem ad principalem concluſionem redeamus, qua docui-
14 mus,† cauſam ſpiritualem, etiamſi poſſeſſorio agatur,omnino coram Eccleſiaſtico iudice tractandam eſſe; ij,qui contrariam opinionem nulla diſtinctione admiſſa tueri volunt,mouentur primò, quia poſſeſſorium,inquiunt,rei ſpiritualis temporale,ac prophanum eſt; quod probare nituntur auctoritate Gloſ. in d.c.litteras,verbo,rebus ſpiritualibus, de iuram. calum. vbi contendit Gloſ. quòd,licèt in eo tex.caueatur,in rebus, & cauſis ſpiritualibus non requiri iuramentum de calumnia; tamen ſi agatur de poſſeſſorio rei ſpiritualis, tunc iurabitur, arg. cap. litteras, de reſtit. ſpol. non niſi quia poſſeſſorium rei ſpiritualis, nō ſit ſpirituale. Idem ferè habet alia Gloſ. in cap.cum dilectus,verbo,iuramento,ad fin.de elect.vbi contendit,iurari de calumnia,vbi agitur ad reſtitutionem rei ſpiritualis, quia non agitur ſpiritualiter. cui accedit, quòd nihil commune eſt poſſeſſioni, & proprietati, vt expreſsè habetur in l.naturaliter, §. nihil commune,ff. de acquiren.poſſeſſ. Secundò mouentur per tex. vbi id expreſsè haberi videtur,in cap. petimus, 11. quæſt. 1. cap. vlt. de iudic. & c. cauſam, quæ il 2. qui fil. ſint legit. quos tex. ſtatim examinabimus. Tertiò,ac poſtremò mouētur, quia quæſtio facti in re,& cauſa ſpirituali videtur à iudice laico tractari debere, vel ſaltem poſſe ex communi, de qua per Bart.in l.Titia,vbi Alex. Rom. & alij, ff. ſol. matr. Iaſ. in l. quoties,num.6.C. de ind. Dec. cap. 2.num.188.& ſeq.vbi Rip.num.17. extr. eod. tit. & alios; at verò poſſeſſorium ad factum magis, quàm ad ius,pertinere notiſſimi iuris eſſe videtur ex l.deniq; ff. ex quib. cauſ. mai.& l.pupillum,ff.de acquir.poſſ. cum ſuis ſimil. Hæc ſunt præcipua huius opinionis fundamenta; quæ tamen nihil remorari nos debent. Ad primum enim, quod attinet ad Gloſ. d.c.litteras, de reſtit. ſpol. dū innuit, poſſeſſorium rei ſpiritualis non eſſe ſpirituale; reſpondeo cum Couar. d.cap. 35.num.1.verſic.non oberit Gloſ. eam Gloſ. eſſe magis communiter reprobatam,auctoritate Aufrer. deciſ. 471.Capel.Tholoſ. in addit.& verè nullus Doct.ibi ſimpliciter eam ſequitur, ſed neq; alibi aliquis Doct.qui magni nominis ſit, abſolutè tenet, poſſeſſorium rei ſpiritualis non eſſe ſpirituale, ſed ad ſummum non eſſe merè ſpirituale, ſed quaſi,vt patet ex ijs,quos refert Aufr. d. deciſ. 471. & Abb. d. cap. litteras: & tamen cognitio cauſæ etiam quaſi ſpiritualis, ſeu de re quaſi ſpirituali,omnino ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet, vt tradunt Doct. in c.2. & 3.de iud.& c. tuam de ord. cogn. immo in ſpecie, quòd poſſeſſorium rei ſpiritualis ſit ſpirituale pleriq; tuentur, quos ſupra recenſuimus; quibus nunc addo Cæſ. Vrſil.in add. ad Afflict.deciſ.2.num. 1.vbi etiam refert ipſum Afflict. in Conſtit.Regn.Rubr. de bugenſat. & petitor.num.8. aſſerentem, ex dictis omnium communem opinionem eſſe, quòd in iudicio poſſeſſorio cauſæ ſpiritualis iudex laicus non cognoſcit. quare in hoc non erit ſtandum

dum

Digitized by Google

dum Gloſ. cuius licèt magna ſit, nō tamen publica, ſed priuata eſt auctoritas, omniq; legum, & iurium auxilio deſtituta. quod enim allegat Gloſ. textum in cap. litteras, de reſt. ſpol. ex eo probare contendens, in poſſeſſorio rei ſpiritualis iurari de calumnia, quod tamen fieri prohibetur in cauſa ſpirituali, per text. d. cap. litteras, de iuram. calum. nihil obſtat: tum quia in d. c. litteras, de reſt. ſpol. requiritur non iuramentū calumniæ, ſed de malitia, quæ iuramenta inter ſe differunt, vt notauit Abb. d. cap. litteras, num. 19. de reſtitut. ſpoliat. & in cap. cum dilectus, num. 11. de elect. tum quia in ſpiritualibus iuratur de calumnia ſuper exceptionibus poſtea emergētibus, prout in d. cap. litteras, de reſt. ſpol. ſi per eas alterius ius aliqualiter lædatur, vt exponit Gloſ. ibi verb. iuramento, vel vbi præſumptio eſt contra excipientem, vt ibid. explicat Gloſ. quam etiam ſequitur inter cæteros Abb. num. 19. In quo illud mirabile eſt, quòd Gloſ. eam rationem non afferat, quam innuerat in c. litteras, de iuram. calum. quòd nimirū in d. cap. litteras de reſt. ſpol. ageretur de poſſeſſorio rei ſpiritualis; aduertebat enim Gloſ. id non habere ſolidum fundamentum. Ad Gloſ. verò d. cap. cum dilectus, de elect. ſimiliter reſpondetur, eam priuatæ, non publicæ auctoritatis eſſe, atq; a cæteris interpretibus ibi ſolam ferè derelinqui. quod autem allegabatur ex §. nihil commune, poſſeſſorio, & petitorio nihil commune eſſe: reſpōdeo cum Aufrer. d. decis. 471. num. 1. Abb. in d. c. litteras, num. 6. de iuramen. calum. & Ludol. Schrad. d. tract. de feud. par. 10. ſect. 1. num. 86. poſt Bero. d. rubr. de iudic. num. 56. id verum eſſe, quatenus ſententia lata in vno non præiudicet in alio: nam in alijs magnam habent cōnexionem; cuius rei optimum argumentum ſumitur ex c. cauſam, quæ, de præſcrip. vbi, ſicut laicus eſt incapax proprietatis rei ſpiritualis, ita etiam poſſeſſionis. quòd ſi in propoſita ſpecie vrgeret hoc argumentum, efficeret etiam, quòd, ſi poſſeſſorium rei temporalis eſt temporale, ad iudicemq; laicum pertinet, petitorium eiuſdē rei temporalis non eſſet temporale, ad aliumq; iudicem eius cognitio pertineret, vel contra, quod, quàm abſurdum ſit, nemo non videt. Immo in ſpecie, quòd eiuſdem iudicis ſit de poſſeſſorio, ac petitorio cognoſcere, apertè conſtat ex cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Clem. vnic. eod. tit. & Clem. vnic. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. cum ibi notat. per Doct. in ſpecieq; adnotauit inter alios Clar. lib. 4. ſent. §. feudum, quæſt. 20. num. 9. in fi. ſic etiam ferè ſoluit, argumentum hoc retorquens, Menoc. d. remed. 15. num. 219. vt apud eum videre eſt. Quibus (vt ad ſecundum argumentum reſpondeamus) non obſtat text. in cap. petimus, 11. q. 1. reſpondeo enim cum Couar. d. cap. 35. num. 1. verſic. non obeat Gloſ. & Menoch. d. remed. 15. num. 214. in eo cap. petimus, licentiam potius, & auctoritatem impartiri, vt ſecularis poteſtas in auxilium Eccleſiaſticæ poteſtatis requiratur, ac poſtuletur contra clericum inuaſorem, & occupatorem, quàm, vt ſeculare iudiciū ad principalis cauſæ cognitionem, & examen adeatur; atque hęc eſt ger-

M mana

mana, vera, & communis interpretum ad eum canonem explicatio. d. verò cap. vlt. de iud. (vt optimè ait Couar.loc.cit.&Menoch. ſupr.num. 217.)facillimè ab hac controuerſia excluditur,cum illic tractetur de officio,& dignitate ſeculari,& electione ad eandem conſtituenda, non de dignitate Eccleſiaſtica,vt inibi Glo. in verbo promulgauit, Abb. nu. 10. Io. An. & cæteri Doct. communiter adnotarunt. Deniq; in allegato cap. cauſam,quæ il 2.qui fil.ſint legit.cauſa poſſeſſoria, quæ ibi temporalis cenſetur, atq; ad iudicem laicum pertinere,ad hereditatem bonorum temporalium,de quibus eo loco agitur,non ad matrimonium, neq; ad aliquid,quod ſpirituale ſit,refertur, ſicuti admonuit Couar.loc.cit.&Menoch.d.remed.15.nu.213. conſtatq; ex ipſo tex.adiuncta communi interpretatione,atq;eleganter inter cæteros comprobat Robert.de Freta Rotæ Auditor inter conſil. Aegid. Bellam.conſ.40.num.47.vbi etiam iuncto num. præced. ſatis explodit ſententiam dicentium,cauſam ſpiritualem,ſi poſſeſſorio agatur,non eſſe ſpiritualē,ſed tēporalē;quę opinio verè neq; communis, neq; communior eſt,ſed tantùm a pleriſq;Recentioribus ſine ratione,& lege inuecta,quorum vnus alium tamquam ouis, vt iam prouerbio fertur, ſecutus eſt. Ad poſtremum deniq;argumentum, quod ſumebatur ex opinione Bart. & aliorum in l.Titia,ff.ſol.matr.quę videtur communis, facilè reſpondetur,eam non eſſe omnino certam, neq; communem; pleriq; enim tenuerunt, etiam in quæſtione meri facti de re ſpirituali non poſſe iudicem laicum ſaltem poſt tranſmiſſam a iudice Eccleſiaſtico inhibitionem cognoſcere,vt videre eſt inter cæteros apud Proſp.Farinac.lib.1.quæſt.crit.tit.1.quæſt.8.num.25.&135. cum ſeq.Bal.in l.omni nouatione, C. de ſacroſ.Eccleſ.Raph.Fulgoſ. cōſ.134. in fine,Lap.Gemin. tract. de vſur. & commerc.illic. comment. 4. qui eſt ad c.quamquam,de vſur.Imol.& Roman. d. l. Titia, & ibi etiam Fulgoſ. eundem Imol.in cap.cum ſit,de for. compet.Lap.alleg.55.Andr.Fachin. lib.1.controuerſ.iur.cap.44.per totum.Ambroſ.de Vignat.in tract.de vſur.nu.123.cum ſeqq.Dec. c. 2. de iudic.num.168.Menoc.ſup.num.212. & Couar.in Epitom.de ſponſal.&matrimon.2.par.cap.8.§.12.num. 3. & 4.vbi ſatis id tueri videtur; nouiſſimè Azor.lib.7.Inſtit.Mor.cap.36.q.5.Deinde illam opinionem intelligit Rip.d.c.2.num.17.de facto incidenti,quod nemo negauerit. Secundò reſpondetur,poſſeſſionem nō ad merum factum, ſed etiam ad ius pertinere; immo ius quoddam eſſe; definitur enim à Bart. & communiter à Doct. in l.1.ff.de acquiren. poſſeſſ. quòd ſit ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri;quam etiam definitionem inter Canoniſtas approbauit Abb. in cap. litteras,num. 8. de iuram.calum. Franc. Rip. omnino videndus in rubr. de iud. num. 4. & ſeqq. & Couar. in relect. reg.poſſeſſor. 2. par.in init.num.3.de reg. iur. in 6. vbi etiam ad id refert Innoc. in cap. Epiſcopi, de reb. Eccleſ. non alien. notabiliter inde aſſerentem, quòd delegatus à Papa ad cognoſcendum de iure alicuius rei non tātum poterit ius dicere circa illius

rei dominium, ſed etiam circa poſſeſſionem;&ratio manifeſta eſt;neq; enim poteſt iudex declarare, aliquē manutenendum eſſe in poſſeſſione, vel eam dādam illi fore,niſi noſcat, ad id eum ius habere, atq; adeo nō meri facti eſt poſſeſſorium, ſed quæſtionem iuris admixtam habet. Cui accedit,quòd pleriq; eorum,qui pro contraria ſententia recenſentur,ſolùm dicunt,poſſeſſionem rei ſpiritualis non eſſe merè ſpiritualem, ſed quaſi,vt ſupra diximus;quo etiā admiſſo adhuc cauſa debet ab Eccleſiaſtico iudice tractari, vt ibid. ex c. 3. de iud.c.tuam,de ord.cog.& alijs iurib.oſtendimus. Ex omnibus igitur ſupradictis liquidò conſtat, eam ſententiam, quàm nos tuemur, fortè communiorem, omnino verò fore veriorem, pro poſſeſſorio rei ſpiritualis, atq; adeo etiam decimarū, ſaltem cùm principaliter intentatur,prorſus Eccleſiaſticum iudicem, non autem laicum adeundum eſſe. An verò ſaltem, vbi Iudices Eccleſiaſtici vel nolunt,vel non valent in his cauſis iuſtitiam laicis miniſtrare,vel etiam vbi per vim, & iniuriā cenſuris opprimuntur, poſſit iudex laicus adiri,videndus eſt Ioan.Azor lib.5.Inſt.moral.cap.14. quæſt. 2. & 6.vbi optimis rationibus tuetur negatiuam ſententiam, & contrariā ſatis diluit.

Quarta Concluſio. Quoties ius
decimas percipiendi ad laicos ſpe-
15 ctat ex feudo,vel priuilegio,†iudex
competens tam conueniēdo, quàm excipiendo erit iuxta quorundam opinionem ſolus laicus;ita in his terminis tenere videtur Rebuf.d. tract. de decim.q.10.nu.39.ſed tenet apertè Couar.pract.q.c.35.n.2.verſ.tertiò, quoties decimæ, quem ſequitur Io.Guttier.pract.q.lib.1.q.14.nu.4. & 5. dicens, ad eum iudicem huius cauſæ cognitionem pertinere priuatiuè,eamq; conſuetudinem in Hiſpania eſſe,aſſerunt Petr.Bellug. in ſpecul.Princ.rub.13. quæ eſt de decim. §. reſtat; in Gallia verò Lugdunen. in conſuet.Pariſ.tit.1. rub. & §. 46. q.4.Io.Rupel.lib.1.Foren. Inſt.cap. 25. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. des iuſtices,§.6.num.350. & Rebuf. d.num.39.vbi etiam ex aliorum auctoritate atteſtatur,quòd ex priuilegio quodam conceſſo Philippo Regi Franciæ,quod Philippinam vocant, iudices laici de decimis feudalibus cognoſcunt, &, ſi laici inquietantur coram iudicibus Eccleſiaſticis ſuper huiuſmodi decimis ſic infeudatis ante Concilium Lateranenſe,ſolent impetrare litteras a Rege ad inhibendum iudicibus Eccleſiaſticis, ne de his cognoſcant, cauſaſq; ad iudices ſeculares remittant,quibus per Regem mādatur,vt faciant laicos vti, & gaudere dicto priuilegio, & iure tenendi,portandi,colligendi,& poſſidendi huiuſmodi decimas in vim prędicti priuilegij;de quo(ſubdit Rebuf.)meminit Benedic.in c. Raynutius,verb.abſq;liberis,il 2.qui eſt de ſubſt.fideic.nu.45.de teſtam. verùm nihil eo loci,aut n.ſeqq. agit Bened. de huiuſmodi priuilegio, aut conſuetudine, ſed de alio, de quo nos ſup. concl.2.in fine diximus.Ratio huius opinionis eſſe poteſt, quia tunc vt plurimum perſona laica eſt,ipſumq; ius percipiendi decimas huiuſmodi perſonis competens de feudo,vel priuilegio temporale eſſe videtur, non

autem ſpirituale, & habere tantùm fructuum commoditatem iuxta, notata per Doct.in c.ad hæc,& c.quamuis,de decim.Rebuf.d.q.10.n.34. & nos ſup.c.5.q.3.concl.1.Anaſtaſ.verò Germon.hanc quæſtionem aliter determinauit in d. lib. 3. de ſacror. immunit.c.19.n.90. putat enim ex aliorum quoq; ſententia,quos ad id adducit,poſſe quidem iudicem laicũ cognoſcere,non tamen ob id ea cognitione priuatum eſſe iudicem Eccleſiaſticum, niſi in priuilegio, quo Summus Pontifex decimas laicis, earumq; cognitionem ſecularibus, iudicibus conceſſit,appareat, quòd eam cognitionem ſibi, iudicibuſq; Eccleſiaſticis ademerit,argum.c. ex parte tua,de Capel. Monach. cui etiam cõſonat c.nonnulli,de reſcrip. & c.eam te,de ęt.& qual.& quidem in hac ipſa opinione, ſi rectè perpendatur, eſt ipſe quoq; Rebuf.d.nu.39. vt nimirum, ſecluſo priuilegio, aut conſuetudine poſſit quidem laicus iudex de his decimis, quæ laicis infeudatæ ſunt ante Concil.Later. vel per priuilegiũ Pontificium eiſdẽ cõceſſæ,cognoſcere;ab hac tamen cognitione Eccleſiaſticus iudex nõ excludatur:quare ſolus Couar. in priori eſt opinione. Alij verò, vt Azor. lib.7.Inſt.mor.c.26.q.3.exiſtimarũt ſolùm iudicem Eccleſiaſticum de huiuſmodi decimis infeudatis, vel etiã ex mero priuilegio Summi Pontificis laico alicui conceſſis cognoſcere poſſe;quoniam feudum ipſum adhuc ex iure decimarum oritur, quod eſt Eccleſiaſticum;neq;priuilegium percipiendi decimas extendi debet ad cognitionem cauſæ,niſi id exprimatur.Idem quoq;licèt inter ſolos laicos vertatur cõtrouerſia,docet Rip. in repet.c.decernimus, nu. vlt.de iudic.poſt Cald. conſ. 349. ſeu 19. ſub rub.de iud.& for.comp.& Io.And. in reg.ea,quæ,q.5.de reg.iur. in 6. vbi agatur de iure ipſo decimarum,quia eſt ſpirituale, ſecus verò,ſi de fructibus,cũ ſint quid tẽporale,ideoq; laicus iudex poterit cognoſcere arg.c. veſtra de locat.cum ſim. debit. autẽ Azor.d.q.3. in fi. quòd,ſi decima ſit auctoritate Papę in laicos Principes tranſlata contractu permutationis, quj eam re alia maiori, vel æquali compenſant tunc cauſa hęc decimalis tractari poteſt coram iudice laico,cum tunc decima effecta ſit Principis,& Eccleſia retineat ius ſuum in re accepta in permutationem, & in locum decimæ ſubrogata.

Nobis aũt totã hanc rẽdiligẽtiùs conſiderantibus aliter, & quidem latiùs diſtinguẽdum videtur;quòd aut agitur de iure decimandi ex priuilegio,vel in feudum Eccleſijs, perſoniſue Eccleſiaſticis expreſſim conceſſo, vel etiam laicis; aut de huiuſmodi iure ab ijſdem ſiue Eccleſijs, perſoniſue Eccleſiaſticis, ſiue laicis per immemorabilem præſcriptionẽ acquiſito,iuncta ſaltem fama priuilegij, vel feudi,iuxta ea, quæ adduximus ſup.q.3.n.74.&q.5.concl.6.aut etiam de iure decimandi ab aliqua Eccleſia contra aliam Eccleſiam ſimpliciter præſcripto,per ea,quæ diximus ſup.d.q.5.concl.3.Et quidem ſi quæratur de iure decimandi conceſſo Eccleſijs ipſis ex priuilegio Summi Pontificis,aut etiam Epiſcopi ex iuſta aliqua cauſa,iuxta tex. in c.plures,c.ſtatuimus,& c.fi.vbi Glo. 16.q.1.manifeſtiſſimum eſt, tunc de iure

Digitized by Google

iure omnino ſpirituali perſonis eius rei iure cómuni capacibus conceſſo agi, atq;adeo cauſam omnino corã Eccleſiaſtico iure tractandam eſſe, per ea, quæ adduximus ſup. concl. 1. cum ijs tamen moderationibus, de quibus in 2.& 5. quæ mox ſequitur, concluſ. Si verò huiuſmodi priuilegium conceſſum ſit à Summo Pontifice perſonis quidem Eccleſiaſticis, non tamen ratione Eccleſiarum, puta quia Abbas, Canonicus,&c. ſed ratione familiæ, puta quia clericus ex tali familia, in cuius quidem familiæ clericis, Eccleſiaſticiſq;perſonis, nõ autem laicis, velit Summus Pontifex continuari, in eoſq;perpetuò transfundi ius hoc decimandi in tali territorio; tunc quidem licèt probabile mihi ſit, huiuſmodi perſonas Eccleſiaſticas,(circumſcripto tamen perſonali priuilegio, de quo dicemus inf. concl. 6.) quoad hoc tamquam laicas cenſendas eſſe, per ea, quæ in ſimili, nimirũ in materia iuriſpatronatus, (quod & ipſum ius ſpirituale, ſeu quaſi ſpirituale eſt, cap. quanto de iudic. c. 1. & tot.ferè tit. de iure patron. cum ſimil.) tradiderunt inter alios Fel. in tract. quand. litt. Apoſtol. noc. patron. col. 4. ampliat. 5. & Cæſ. Lambert. in tract. de iure patron. lib. 1. par. 1. quæſt. 1. art. 5. num. 8. & par. 2. quæſt. 1. art. 10. num. 7. & art. 13. nu. 1. cum ſeqq. dum oſtendunt, ius patronatus clericis competens, aut ijſdem etiam acquiſitum aliunde, quã ratione Eccleſiæ tamquam laicum, non Eccleſiaſticum iudicandum eſſe, ipſoſq;clericos eo caſu, tamquam patronos laicos, non autem Eccleſiaſticos cenſendos eſſe. Tamen probabilius eſt, in hac ſpecie, de qua agimus, ius decimandi competens clericis ex priuilegio etiam ex iure proprio, hoc eſt familiæ, non autem ratione Eccleſiæ, omnino ſpirituale eſſe ob eam rationẽ, quòd ſoli laici habentur, ſuntq; incapaces huius iuris ſpiritualis; idq; præcipuum eſt, quod conſideratur à Pontificibus,& interpretibus in cap. decimas, 16. q. 7. cap. quãmuis, cap. ad hæc,& cap. prohibemus, de decim. cap. cauſam, quæ, de præſcrip. cum alijs adductis ſup. cap. 5. quæſt. 3. in princip. qua ratione dicuntur etiam clerici, & ſunt propriè, & verè ex ſui natura capaces iuris ſpiritualis præſentandi, idq;etiam ſi conſiderentur iure proprio,& non ratione Eccleſiæ, vt conſtat ex adductis per Lambert. d. 2. par. q. 1. art. 13. num. 2. notabiliter inde concludẽtem poſt alios, quòd, ſi iuſpatronatus transferatur in clericum, vt in perſonam priuatam, & iure proprio, tunc benè requiritur conſenſus Epiſcopi, non ſui reſpectu, quia capax eſt iuriſpatronatus, ſed reſpectu hæredum; laicus verò ex ſui natura eſt incapax iuris patronatus, ſicut & cæterorum iuriũ ſpiritualium, vt latè probat idem Lambert. d. 2. par. quæſt. 4. art. 2. nu. 5. & quæſt. 7. art. 2. eiſq; competit ex gratia, cap. 3. de iurepatr. cum ſuis concord. cum igitur ius decimandi manet penes perſonas ſui natura capaces, licèt iure proprio, omnino dicendum erit, ſpirituale eſſe, atq; adeò eius cauſam coram iudice Eccleſiaſtico regulariter tractandam eſſe iuxta tex. in cap. 2. de iudic. c. tuam, de ord. cognit. & alia ſup. adducta. Maior difficultas eſt,

vbi

Digitized by Google

vbi ius hoc decimandi in laicum translatum ſit per Apoſtolicum priuilegium. Et quidẽ, ſi verum eſt, per huiuſmodi priuilegium laicos alioqui incapaces fieri capaces huius iuris decimandi, prout de iurepatronatus loquitur inter alios Lambert. tum alibi ſæpe, tum d.q. 7. art. 2. & de alijs iuribus ſpiritualibus tradũt Doct. in cap. Adrianus, 63. diſt. & c. benè quidem, quòd eſt 1. 96. diſt. in ſpecie verò de iure decimandi tradiderunt Doct. per nos relati ſup. cap. 5. quæſt. 3. concl. 3. & quæſt. 5. concl. 6. quibus nunc addo Nicol. Intriliol. apertiùs loquẽtem in tract. de feud. quæſt. 44. num. 14. vbi poſt Card. in Clem. 2. q. 4. de decim. Soc. Iun. conſ. 115. num. 38. vol. 2. & Bertach. in Repert. verb. decimæ, num. 71. diſertè aſſerit, ipſum ius ſpirituale decimarum laico concedi poſſe ex priuilegio per Summum Pontificem: ſi inquam verum id eſt, prout valde probabiliter ſuſtineri poteſt per ſupradicta; tunc, cum adhuc de iure ſpirituali agatur, ſuccedit regula mox tradita, vt cauſa coram Eccleſiaſtico iudice tractetur; niſi ius hoc decimandi Summi Pontificis auctoritate translatũ ſit in laicos contractu quodam permutationis, quia laici decimam illam re alia vel maioris, vel æqualis æſtimationis compenſarint; tunc enim cauſa de decima, quæ laico illi debetur, coram ciuili magiſtratu poterit tractari; quoniã ſpiritualis ampliùs non eſt, ex eo, quòd Eccleſia ius integrum retinet in alia re, cum qua decimam permutauit; ita Io. Azor. lib. 7. Inſtit. moral. cap. 36. quæſt. 3. in fine. Sequitur nunc, vt de cognitione feudi decimarum, ſeu iuris decimandi in feudum conceſſi dicamus. Qua in re duo breuiter præmittenda ſint; alterum, decimas propriè in feudum concedi, vt ſatis conſtat tum ex cap. cum Apoſtolica, de his, quę fi. à prǽlat. ſin. conſ. Capit. & cap. 2. §. ſanè cum ibi notat. de decim. in 6. tum quia decimæ iuriſdictioni æquiparantur, vt poſt Bertach. d. verb. decimæ, num. 2. & Bald. in cap. 1. §. præterea Ducatus num. 4. de prohib. feud. alien. per Frideric. docet Intril. d. quæſt. 44. num. 25. iuriſdictio autem propriè conceditur in feudum, immo in dubio præſumitur feudalis ſaltem vbi ab Eccleſia conceſſa ſit, vt poſt Menoch. tract. de præſump. lib. 3. præſumpt. 91. nu. 49. & ſeq. & alios tradit Intriliol. d. tract. de feud. q. 43. num. 78. & ſeq. Alterum, quòd, vbi etiam impropriè feudum ſit, adhuc quoad cauſæ cognitionem proprio feudo æquiparabitur, per ea, quæ in ſpecie de cognitione cauſæ feudalis ſcriptum reliquit Ludolph. Schrader. in tract. de feud. part. 10. ſect. 1. ampl. 23. ſeu num. 97. & ſect. 5. ampl. 8. ſeu num. 29. Quibus præmiſſis, duo ſimiliter in hac difficultate ſtatuenda ſunt. Primum quidem, quòd ſi cauſa hæc, ſeu controuerſia feudalis iuris decimãdi, quod ab Eccleſia legitimè alteri ſiue Eccleſiæ, ſiue perſonæ Eccleſiaſticæ iure proprio, ſeu familiæ, ſiue etiam perſonæ laicæ hæreditario iure legitimè in feudum conceſſum fuerit, vertatur inter duos vaſallos vtroq; contendente, hoc ius ſibi ex feudo competere, tunc iudex eſt ipſa Eccleſia, quæ in feudum conceſſit, eiuſque Prælatus, vel ſucceſſor. Proba-

batur id expreſsè ex tex. in c. cæterum, de iudic. cap. ex tranſmiſſa, & cap. verùm, de for. compet. vbi habetur, Dominum feudi cognoſcere de controuerſia orta inter vaſſallos. idem etiam habetur in cap. 1. §. prætera, ſi inter, de prohib. feud. alien. per Frider. hancq; regulam latiùs inter alios firmat Ludolf. Schrader. d. ſect. 1. num. 1. vbi vſq; ad nu. 208. eam ampliat 59. modis iuxta iuris communis diſpoſitionem; ſect. verò 2. num. 1. vſque ad 62. eandemmet concluſionem 20. modis limitat; num. autem 63. & duob. ſeqq. eas limitationes multipliciter declarat. Deniq; ſect. 3. num. 1. vſq; ad 170. & ſect. 4. num. 1. vſque ad 93. nonnullas quęſtiones circa illammet cōcluſionem plenè examinat, ad quem auctorem ideo remiſiſſe candidum lectorem pro ijs omnibus ſufficiat, vt quæ ad rem, de qua agimus, faciunt, cæteris omiſſis, vbi dubitatio occurrerit, ſeligat, ſicq; nos illa in hunc locum afferendi onere, curaq; liberet, qui vti ſemper membrans ægrè, vbi neceſſitas non vrgeat, implemus, ita in hoc tractatu breuitati quantum fieri poteſt ſummopere ſtudemus. Alterum igitur hac in re ſtatuendum illud eſt, quòd, ſi quęſtio huiuſmodi iuris decimandi in feudum conceſſi vertatur inter dominum, & vaſallum, hoc eſt, inter Eccleſiam, quæ conceſſit, & eum, cui tale ius in feudum conceſſum eſt, eius cognitio ad Pares Curiæ pertinebit. ratio eſt, quia lis, ſeu controuerſia ratione feudi inter dominum, & vaſallnm, mota ad cognitionē Parium Curiæ pertinet, vt eſt tex. in d. c. 1. §. prætera, ſi inter, de prohibit. feud. alien. per Frider. cap. 1. de controu. feud. ap. à Par. termin. c. 1. de controuerſ. inter vaſal. & Epiſc. alijſq; in loc. iur. feud. quæ ad id allegat innumeros ferè Doct. ad idem adducens Schrader. d. tract. de feud. par. 10. ſect. 5. num. 1. idq; procedit, etiam ſi Pares laici ſint, alter verò ex litigatoribus, ſiue dominus, ſiue vaſallus clericus ſit, vt ex communiori pluribus relatis reſoluunt Proſp. Farinac. lib. 1. quæſt. crimin. q. 8. num. 22. Soc. in c. ex tranſmiſſa, lim. 5. de for. compet. Iul. Clar. §. feudum, quæſt. 90. verſic. ſed quid ſi dominus, & Schrader. d. ſect. 5. num. 2. cuius rei ea ratio eſt, quòd ius feudorum locum habet etiam in Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq; perſonis, prout ex magis communi reſoluit Schrader. d. tract. de feud. par. 1. q. 3. nu. 1. & ex communi poſt alios tradit Clar. d. §. feudū q. 3. in fi. idemq; ſeruandum eſt in feudo Eccleſiaſtico, quod in ſeculari, niſi contrarium iure canonico diſpoſitum reperiatur, vt latè docet Schrader. d. tract. de feud. par. 8. cap. 2. num. 10. & 11. Quàmuis autem hæc concluſio, quam nunc firmauimus, pluribus modis ampliari, ac limitari poſſit: tamen quia id ad ſaturitatem facit inter cæteros Schrader. d. ſect. 5. à num. 2. vſque ad fin. & ſect. 6. per totam; ideo, his omiſſis, pro quibus ad eum auctorem remiſiſſe ſtudioſum lectorem ſufficiat, duo tātum pro huius ſecundi membri diſtinctionis in principio poſitæ Coronide adnotanda ſunt. Alterum, Pares Curiæ, quòd ad hāc rem attinet, dici, & eſſe vaſallos immediatos eiuſdem domini in eadem curia, in qua fudum controuerſum ſitum eſt,

Digitized by Google

ab eodem domino feuda tenentes, & ad fungendum munere iudicandi habiles,ſiue capaces,vt pluribus ad ſtruit,declarat, & comprobat inter alios Schrader. d. part. 10. de feud. ſect.7.à num. 1. vſque ad 100. Alterum verò, quòd,ſi quando feudalis controuerſia inter dominum, & vaſallum non per Pares Curiæ,ſed per Iudicem ordinarium terminanda eſt, quos caſus colligere licet ex Schrader. (vt vnum pro multis allegem)d. par. 10.ſect.5.& 6.aut etiã huiuſmodi feudalis controuerſiæ, quæ inter duos vaſallos verſatur,cognitio ad eundem iudicem ordinarium pertineat,vt in caſibus, quos facilè quis eliciet ex Schrader. d. part. 10.ſect.2.num.1. vſque ad 65. his inquam in caſibus probabilius puto,iudicem hunc ordinarium cõpetentem fore,vel ſolum, vel ipſum etiam iudicem Eccleſiaſticum. Nam vel hoc ius decimandi translatum fuit in laicos per feudum ante Concilium Lateranenſe conceſſum: & tunc cum ſaltem tacitè ex poſt fuerit huiuſmodi conceſſio iure confirmata,& approbata in cap.cum Apoſtolica,de his,quæ fi. à Præl.ſin.conſ. Cap.c.tua,il 1.in fi. de decim & c.2. §.ſanè, eod. tit. in 6. videntur laici effecti capaces huius iuris ſpiritualis, atq; adeò idem dicendum eſſet, quod in priuilegio Apoſtolico ſupr. hac ipſa concluſ. circa princip.diximus. vel conceſſum fuit poſt illud Concilium:& tunc ſi quidem expreſſim ad illam conceſſionem Apoſtolica confirmatio acceſſit,idem multò magis dicendum erit:quòd ſi conceſſio illa ab Apoſtolica Sede confirmata non fuerit,nulla prorſus, & irrita erit,vt patet ex d.cap.2. §. ſanè,& d.c.cum Apoſtolica, necnon ex c. ad hæc,cap.quàmuis, & c.prohibemus,de decim.atq; adeo fruſtra tunc quæritur, coram quo iudice cauſa tractanda ſit, niſi vt nulla per iudicem Eccleſiaſticum declaretur, cum tunc ius ipſum tali conceſſioni expreſsè reſiſtat,ac refragetur, atq; adeo laicus nullum in eo iure ius etiam probabiliter prætendere poſſit,ex quo laicus iudex pro eius rei cognitione adeundus ſit, arg.tex. in cap.ſi clericus laicum, cum ibi not. de for. compet.

Quòd ſi quis dicere voluerit, per conceſſionem Apoſtolicam,aut etiã feudalem de huiuſmodi iure decimandi laico factam ius hoc, quòd priùs ſpirituale erat,fieri per mutationem perſonæ temporale,eaq; ratione,& non alia dici laicos fieri capaces iuris ſpiritualis: tũc, licèt gratis id dicatur,adhuc ſaltem locum habebit ſententia illa Germon. de qua ſupra initio huius concluſ. tum per rationes ab eo adductas,ibiq, relatas,tum per ea quoq; quæ inf. in ſeq. concl. latiùs adducemus, vt nimirum vterq; iudex,tã laicus,quàm Eccleſiaſticus tunc competens ſit, cum in vtroque hoc caſu de iure, ſi non ſpirituali, ſaltem Eccleſiaſtico agatur; neq; Summum Pontificem, aut Eccleſiam ius decimandi laicis concedens eiuſdem iuris cognitionem aliàs ſibi de iure competẽtem, niſi id aliter appareat, à ſe in dubio abdicare voluiſſe cenſendũm ſit.

Reliquũ nunc eſt tertiũ,& poſtremum membrum diſtinctionis ſupra poſitæ in initio huius concluſionis, quando nimirum ius ipſum decimanman-

Digitized by Google

mandi ex præſcriptione quæſitum eſt. Qua in re illud aſſerimus, quòd, ſi quidem ius hoc Eccleſijs, aut etiã perſonis Eccleſiaſticis iure proprio, ſeu familiæ quæſitum ſit, idem abſq; vlla difficultate ſtatuẽdum eſt, quod ſupra de priuilegio docuimus; Eccleſia enim, perſonaq; Eccleſiaſtica natura ſua capax eſt huius iuris decimandi, quod in ijs omnino ſpirituale cenſendum eſt, vt ibid. oſtendimus: quòdſi etiam laicus ipſe huiuſmodi ius præſcriptione quæſierit, cum ad huius præſcriptionis validitatẽ, &, vt ita dicam, legitimationem requiratur ſaltem fama feudi, vel priuilegij, vt ſup. cap. 5. quæſt. 3. concluſ. 2. circa medium, & quæſt. 5. concluſ. 6. docuimus; atq; adeo de præſumpto feudo, ſeu priuilegio agatur; idem dicendũ erit, quod ſupr. de vero feudo, ac priuilegio diximus, cum eandem vtriq; vim tribuant communiter Doct. vt ex ibid. per nos adductis ſatis conſtat. Neq; his omnibus obſtabunt, quæ ſup. initio huius concluſionis pro Couar. ſententia adduximus: veriùs enim, & probabiliùs dicetur, ius decimandi competens etiam laicis ex legitimo aliquo titulo ſpirituale eſſe, non autem merè temporale. quod autem ibid. obijciebatur ex notat. per nos ſup. d. cap. 5. quæſt. 3. concluſ. 1. necnon. Rebuf. tract. de decim. procedit, intelligendumq; eſt, vbi non ipſum ius decimandi, ſed decimarum tantùm commoditas, & fructus in aliquem ad tempus transferuntur.

Ex hac verò concluſione ſic de-
16 clarata notabiliter infertur,† an valeant ſtatuta laicorum circa ius decimandi reſidens penes Eccleſias, perſonasue Eccleſiaſticas, aut etiam laicos iure communi, ex conſuetudine, priuilegio, feudo, aut præſcriptione. dicendum enim eſt, quòd vbi ius decimandi aliquo modo tangat ipſas Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas, earumue bona, & iura, ſtatutũ laicorum circa illud ius editum nullas vires habebit, quaſi falx in alienam meſſem mittatur, vt cum Rebuf. loquar in tract. de decim. quæſt. 10. num. 14. & Germon. d. cap. 19. nu. 95. & ſeq. qui hoc ipſum adſtruunt poſt Aegid. Bellamer. conſ. 40. col. 10. ſentitq; Azor d. lib. 7. cap. 37. q. 3. & cap. 36. quæſt. 3. 4. & 7. quod & probari facilè poteſt; tum ex c. quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccleſia Sanctę Marię de conſtit. cum ibi not. vbi generale ſtatutum laicorum non ligat Eccleſias, Eccleſiaſticaſq; perſonas, aut earum bona in præiudiciũ; nec ſpeciale, etiamſi earum commodum, & fauorem concernat; tum maximè ex Conc. Later. in c. fi. de reb. Eccl. alien. vel non, vbi ſtatutum laicorum de rebus Eccleſiaſticis, & maximè ſpiritualibus vel quaſi, non conſtitutio, ſed deſtitutio, ac deſtructio, iuriſdictionumq; vſurpatio vocatur. Tum deniq; quia nequit laicus de his iudicare, ergo nec ſtatuere: idem enim eſt forus ſtatuendi, & iudicandi. Innoc. rubr. de conſuet. cum alijs ad id adductis a Dec. d. c. Eccleſia S. Mariæ, num. 6. & Apoſtill. ibid. Quòdſi huiuſmodi ſtatutum dumtaxat de laicis loquatur, eorumq; iure decimandi, quatenus ſolũmodo eorumdem intereſſe concernit; tunc non video, cur defendi non poſſit, per d. iura à contrario ſenſu, quòd in iure validiſſimum eſt, & ea, quæ tum

N alibi

alibi paſſim Doctores adnotarunt, præſertim Dec.in d. cap. quæ in Eccleſiarum, num.20.& ibi Add.qui etiam alios ad id allegant:cuiuſmodi nonnulla ſtatuta habemus in hac Ciuitate Mediolani, quæ quidem eadumtaxat ratione ſuſtineri poterũt.

17 Quinta Concluſio. Laicus† conductor decimarum, vbi non adſit contraria fori præſcriptio,ſeu conſuetudo(prout eſt in hac Ciuitate,& Diœceſi Mediolanen.) poteſt conueniri coram iudice laico.ita in ſpecie tradit Rebuf. d. tract. de decim. quæſt. 10.num.4.& 38.poſt Gemin.in cap. vlt.in fi.de for.compet.in 6. Fel.in cap.cauſam,quæ,in fin.de præſcript. & Gomes in cap.ſi annum,num.15. de iudic.in 6.immo aliqui voluerũt, quòd omnino debet, ſecluſa tali conſuetudin,ehuiuſmodi laicus conductor decimarum coram ſeculari iudice conueniri. ita Couar. d.cap. 35. pract.quæſt.num.2.verſ.quintò,non video,vbi huius ſuæ ſententiæ illam ferè rationem affert;quia, ſecluſa tali conſuetudine,regulariter debet laicus a clerico conueniri coram iudice laico,vt eſt tex.ſingularis, qui ad id quotidie allegatur,in cap.ſi clericus laicum,de for.compet.maximè, vbi non conſtat,rem illam eſſe Eccleſiaſticam,vt ibi pleriq; Doctores tradunt:at verò in hac ſpecie non agitur de iure decimarum, nec de decimis ſoluendis ab his,qui tenẽtur eas ſoluere,vt ſatis conſtat ex tex. cum ibi notat.per Gloſ.& Doct.in cap.veſtra.de locat.ſed de ſoluendo pretio, ſeu menſuris, quibus conductæ fuerunt decimæ alicuius Parochiæ,& iã a colonis,& a quibuſcunq; prædiorũ dominis ſolutæ,Couar.idẽ quoq; cũ tenet Guttier. pract. q.lib. 3. quęſt. 26.num.10.& quæſt.27. num. 5. niſi vel conſuetudo adſit, vel iuramentũ, vel ſubmiſſio cenſuris, & Eccleſiaſtica iuriſdictioni. Contrariam tamen ſententiam prçter ſup.citatos Doct. tenet etiam Germon.d. cap.19. nu. 97.quòd nimirum, non ſolùm iudex laicus, ſed etiam Eccleſiaſticus in hac cauſa cognoſcere poſſit; quàmuis enim, inquit Germon.quæſtio facti ſit,hoc tamen factum ex iure oritur decimarum, cuius cognitionem ad iudices Eccleſiaſticos ſpectare in manifeſto eſt,qui propterea non redduntur incapaces cognitionis illius facti,quod ex iure ad ipſos ſpectante prouenit. Immo, quòd cauſa hæc ſolùm corã Eccleſiaſtico tractanda ſit, quia ortũ habet ex iure decimarum, quod ius Eccleſiaſticũ, ac ſpirituale eſt,non autẽ ciuile, & profanũ, nouiſſimè voluit Io. Azor.lib.7.Inſtit. Moral.cap, 36. quæſt.6. pro quo etiam facit ea præcipuè ratio, quia pretiũ rei in locum ipſius rei ſubrogatur: quare ſicut ſpiritualis,& Eccleſiaſtici iudicis eſt præcipere, vt decimæ ſoluantur,ſic etiam illarum precium; ſubrogatum enim ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur,iur. vulgar.quòd autem pretium regulariter ſuccedat loco rei, conſtat ex l. qui a debitore in fin.vbi Gloſ.ff.quę in fraud.credit. l. Iulianus, in princ. ff. de rei vendic.& l.factum,ff.de reg. iur.l.ſi & rem,ff.de petit.hæred.cum ſuis concord.ibid.per Gloſ. & Doct. alleg. Atq; hæc quidem ſententia, quàm illa Couar. & ſequacium,mihi quoq; probabilior, ac verior videtur; tum ob rationem Germon. & Moder.mox allatam: tum quòd in illa

illa quæſtione decimarum, quæ etiã merum factum cõtinet, iudex quoq; Eccleſiaſticus competens eſt ex communi ſententia, quam refert, & ſequitur Germon. d. cap. 19. num. 99. ipſeq; Couar. d. cap. 35. num. 2. in princip. & nos ſup. concl. 2. tum quia Gloſ. cuius maxima omnium iudicio per ſe auctoritas eſt, a nemine, quem viderim, reprobata, in cap. indicatum, verb. inter eos, 89. diſt. & in ſumma, 11. quæſt. 1. docet per tex. in d. cap. indicatum, qui ſanè manifeſtus eſt, Eccleſiam poſſe conuenire ruſticos ſuos coram iudice Eccleſiaſtico: & ipſemet Guttier. d. quæſt. 26. num. 11. fatetur, conductorem ipſum decimarum poſſe, ac debere coram Eccleſiaſtico conuenire vi ceſſionis eos, qui decimas Rectori ſoluere deberent. Deniq; Innoc. d. cap. ſi clericus laicum, quem ibi ſequitur Card. Zabarel. circa medium, Butr. num. 9. ad fin. meliùs Abb. num. 12. & communiter Doct. vt fatetur Fel. ibid. num. 4. docet, laicum reum conueniri poſſe coram Eccleſiaſtico iudice ex locato, legato, aliaq; ſimili actione perſonali, quæ aliquo modo concernat rem ipſam Eccleſiaſticam, vbi ſaltem per laicum probabiliter non negetur, rem illam eſſe Eccleſię; neq; enim ſimplex negatio ſufficit, facitue rem dubiam in hoc propoſito, ſed debet eſſe veriſimilis, & cum probabili ratione, vt ibid. omnes Doctor. adnotarunt, necnõ Ang. & Imol. in l. 1. in princ. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falc. per illum tex. iuncto tex. allegato ibi in Gloſ. ratioq; huius concluſionis illa affertur, quoniam tunc non eſt mera actio perſonalis, ſed concurrit cum reali, atq; adeò propter concurſum realis trahitur ad eius naturam, iuxta l. per fundum §. ſi tu ex parte, vbi Dyn. Bart. & alij, ff. ad leg. falcid. Ex quibus facilè ſoluuntur, quæ ſup. initio concluſ. pro Couar. ſententia adlata fuerunt: patet enim, quis ſit verus intellectus illius tex. cap. ſi clericus laicum, atq; adeo, licèt de re ſpirituali propriè non agatur, tamen de conſequente ad rem ſpiritualem, & omnino de iure Eccleſiæ, ad cuius proſecutionem competit actio non merè perſonalis, ſed mixta, ſeu quæ cum reali concurrit: quare nil mirum ſi iudex quoq; Eccleſiaſticus adiri poſſit.

Sexta Concluſio. Licèt amplecti quis vellet primam opinionem ex ijs, quas ſup. in 3. concl. huius quæſt. in initio retulimus, quod tamen nos ei nequaquam permittimus: nihilominus ea opinio nullat ratione pro-
18 cedere, admittiue poteſt, † vbi res ſolùm inter clericos agatur, aut reus ipſe ſolus clericus eſt; debet enim tunc cauſa decimarum, etiam poſſeſſoria, aliaue quælibet, ſiue ſpiritualis, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue merè temporalis, & profana coram Eccleſiaſtico iudice tractari. ita in ſpecie in quauis cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis docent inter alios Nauar. in cap. cum contingat, remed. 1. de reſcript. Couar. d. c. 35. pract. q. nu. 1. in fin. & Menoch. ſatis id comprobans, de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 346. 347. & 349. cum trib. ſeqq. & de recuper. poſſeſſ. remed. 15, num. 212. 213. & 234. Ratio verò tam quoad poſſeſſoriũ rei ſpiritualis, quàm quoad alias quacunq; cauſas, etiam profanas, illa, & quidem manifeſta eſt, quoniã vtroq; iure tam ciuili, quàm

19 canonico clericus reus† conueniendus eſt dumtaxat coram iudice Eccleſiaſtico,c.qualiter,de iud.c.2,& c. ſi diligenti, de for. comp. c. placuit, 11.q.1.Authen.ſtatuimus,vbi Doct. C.de Epiſc. & cler. cum ſimil.quòd etiam latè proſequitur idem Couar. in d.prac.quæſt.cap.31.ferè per tot. vulgataq; & generalis iuris regula eſt,quòd actor ſequi debet forū rei, d.c.ſi clericus laicum,& c.cum ſit generale,de for.comp.l. quia etiam,in princ.ff.de alien.iud. mut.ca.fact. & l.iuris ordinem,C.de iuriſd.omn. iudic.cum ſuis concord.

Septima Concluſio. Cauſa decimalis,vbi de iure ipſo decimarum
20 agitur † non poteſt in laicum tanquam in arbitrum compromitti.ita poſt Card.conſ.94.tenet inter alios Camil. Borel. in ſuo tract. de compromiſſ.§.2.Gloſ.1.nu.334.pro quo eſt tex.apertus in c.contingit,de arbitr.vbi Doct.Immo in nullum abſo
21 lutè fieri poſſe†huiuſmodi compromiſſum,voluit,ſed malè, vt patet ex mox dicendis,Borel.ibid. poſt Lāfr. Orian.in tract.de arbitr.§.compromiſſum. Ratio verò concluſionis il
22 la eſt,quia ſpiritualia † in laicum compromitti non poſſunt,d.cap.contingit,ſtbi Abb.& cæteri,de arbit. & in c.decernimus,& c. quanto,de iud. vbi laicis omnino prohibetur Eccleſiaſtica tractare negotia,& de cauſa etiam quaſi ſpirituali,ſeu annexa ſpirituali cognoſcere. Poterit tamen fortaſſe huiuſmodi cauſa de iure de-
23 cimarum†in laicum ſimul, & clericum,ſeu duos laicos, & clericum compromitti, accedente Superioris auctoritate, prout generaliter de cauſis ſpiritualibus eſt tex. apertus in c.per tuas,in fin.vbi Gloſ.iu verb. auctoritate,de arbitr.alia Gloſ.in d. c.contingit,verb.ſpiritualibus, eod. tit.fuſèq; oſtēdit idem Borel.d.Glo. 1.nu.79.& trib.ſeqq.quāmuis in ſpecie cauſæ decimalis, vt nequeat in laicum ſimul, & clericum compromitti,doceat Azor p.1.Inſt.Mor.lib. 7.c.36.q.1.in fin.per tex.d.c.contingit,de arbit.qui tamen cum generaliter ſolùm dicat, cauſas ſpirituales non poſſe in laicum cōpromitti debet intelligi iuxta tex.ſeq.d.cap.per tuas,volentem,ſpiritualia poſſe auctoritate Superioris in clericum, & duos quoq; laicos compromitti, vt iura iuribus concordentur,iuxta c. cum expediat,de elect.in 6. cum ſimil.Illud ſanè omnino certum eſt,in clericum ſolum tale ius decimandi compromitti poſſe, vt ſatis conſtat ex c.cum olim, c.contingit,& c.pen. vbi Doct.omnes,de arbitr. & in ſpecie iuris decimandi videtur caſus expreſſus in cap. final. de rer. permutat.quòd verò ibid.in fin.mandatur,arbitrium in cauſa decimali, & quicquid ſecutum eſt ex eo, irritum decerni,id non ita accipiendum eſt, quaſi reprobetur compromiſſum ipſum in clericos factum, ſed arbitrium potiùs, ſeu laudum ex eo, quòd permutationem temporalium cum ſpiritualibus inducebat, vt patet tum ex Gloſ.& Doct. ex eo tex. colligentibus,compromiſſum de re ſpirituali fieri poſſe; tum ex text. ipſo:ea enim ratio illius deciſionis expreſsè ibid. affertur à Pontifice, cum permutatio de ſpiritualibus ad temporalia improbetur. Ex quibus patet, allucinari Borel.& Orian. loc.ſup.cit.dum abſolutè volūt,cau-

ſam

ſam decimalem, vbi de iure ipſo agatur, compromitti in aliquem, atque adeo in Eccleſiaſticum quoq; non
24 poſſe. Certum itidem eſt, † de fructibus ipſis decimarum etiam in laicum poſſe compromitti, vt poſt Lanfran. loc. cit. in ſpecie adnotauit Borel. d. Gloſ. 1. num. 327. ratio eſt, quia fructus decimarum quid ſpirituale non ſunt; ſed potiùs temporale, vnde locari, & vendi poſſunt, c. veſtra, vbi Gloſ. & Doct. omnes, de locat. quare de fructibus cuiuſcunq;
25 rei ſpiritualis † id ipſum tradidit Hoſtien. in ſum. tit. de arbitr. §. de qua re, & Specul. eod. tit. §. reſtat, n. 2. ſed illa quoq; ratio accedit, quia de fructibus decimarum tranſigi poteſt, vt latè oſtendimus ſup. cap. 5. quæſt. 6. compromiſſum autem eſt quædam tranſactio, Auth. ſi verò, contigerit, C. de iudic. cum ſimil. latè inter cæteros Borel. d. tract. de compromiſſ. §. 1. Gloſ. 3. num. 368. & §. 2. Gloſ. 1. num. 64. 223. & 353. An verò cauſa iuris decimarum,
26 ſeu ius ipſum decimandi † in laicũ tamquam in arbitratorem compromitti poſſit, non leuis difficultas eſt. Et quidem Dec. in cap. decernimus, quòd eſt 2. num. 4. de iudic. pluribus Doct. relatis contendit, communem opinionem eſſe, cauſam ſpiritualem in laicum, vt in arbitratorem compromitti poſſe. Contrarium tamen ipſe aſſero cũ Andr. Sicul. aliàs Barbat. d. cap. decernimus, Abb. d. c. cõtingit in 1. not. de arbitr. Rom. in l. Titia, ff. ſol. matr. & latè conſ. 299. col. pen. ſeu num. 10. & ſeqq. & nouiſſimè cũ Camil. Borel. d. §. 2. Gloſ. 1. num. 82. & in ſpecie in cauſa decimarum, num. 326. idq; ſatis probatur ex tex. d. cap. decernimus, de iudic. vbi omnino prohibentur laici Eccleſiaſtica tractare negotia, præſertim, quæ ſpiritualia eſſe noſcũtur: quòd quidem verbum, tractare, cum generale ſit, licèt fortè non tollat nudum miniſterium, tollit tamen, & prohibet omnem cauſæ cognitionẽ. idem quoq; probatur in c. quanto, eod. tit. vbi cauſæ etiam connexæ ſpiritualibus non niſi Eccleſiaſtico iudicio valent definiri.

QVAERO SECVNDO, qualiter, & qua actione petantur decimæ.

27 Prima Concluſio. Si agitur † poſſeſſorio adipiſcendæ, concludet Curatus, ſe habere talis loci Curam, & ob id petit adipiſci decimarũ poſſeſſionem, vt docet Rebuf. d. tract. quæſt. 9. num. 1. & ſic etiam concludi
28 poteſt † in alijs ſpiritualibus, vt tradunt Doct. in c. accedenes, de cauſ. Abb. in c. conſtitutis, in fin. de appell. & cap. paſtoralis, coſum. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Si verò aga
29 tur † poſſeſſorio recuperandæ, quia ſit decimis ſpoliatus, concludet ad reſtitutionem, iuxta tex. in cap. ad decimas, de reſtit. ſpol. in 6. & ſolet ſic ſpoliatus cõcludere ad remediũ, c. reintegranda, 3. quæſt. 1. vt ait Rebuf. d. quæſt. 9. num. 2. Si demum tur
30 betur † quis in poſſeſſione percipiendi decimas, agit interdicto, vti poſſidetis, ſeu retinendæ, iuxta tradita per Ang. Fabr. & alios Doct. in §. retinendæ, Inſtit. de interdict. & in hac ſpecie decimarum id docet Rebuf. d. quæſt. 9. num. 3. vbi etiam
31 num. 5. dicit, quòd interdicto † agere poterit, licèt ratione ſui beneficij omnes decimas adhuc non perceperit

perit

Digitized by Google

perit, ſed aliquas tãtùm, ex quo per collationem beneficij, & apprehenſionem poſſeſſionis eſt effectus poſſeſſor omnium rerum, & iurium ſuæ Eccleſię Parochialis per ea, quæ poſt Bart. & Aret. in l. cum hæredes, in pr in. ff. de acquir. poſſ. Anchar. in reg. ſine poſſeſſione col. 18. de reg. iur. in 6. & alios tradit Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 16. num. 13. quin etiã
32 hoc interdicto agere poterit † tam contra ſubditos recuſantes ſoluere decimas, quàm contra alios Curatos, Religioſos ſeculares, aut regulares, & generaliter contra quoſcũque alios illum turbantes in dicta poſſeſſione, vt tradunt Hoſt. & alij, in cap. dudum, per illum textum, & Gloſ. de decim.

Secunda Concluſio. Si agatur
33 in petitorio † ad decimas præteritas, agi poterit rei vendicatione, vt eſt optimus tex. in c. cum moderamine, ibi, ſibi vendicent, & in c. reuertimini, ibi, quia fraudaſtis me parte mea, 16. q. 1. & in c. cauſa, de verb. ſign. vbi decimę in bonis Eccleſię numerantur, & expreſsè tenet Gloſ. d. c. cum moderamine, & c. reuertimini, & alia Gloſ. in c. tua nobis, verb. tributa, vbi Abb. num. 5. 7. 11. & 12. & cæteri, de decim. quæ Gloſ. apertè dicit, hoc procedere, vbi etiam decima non ſit ſegregata; cuius opinionem fusè conatur defendere nouiſſimè Io. Azor. lib. 7. Inſtit. moral. cap. 34. quæſt. 9. at verò planè contra-
34 rium † latè, & ſolidis ſanè rationibus tuetur Anaſt. Germon. de ſacr. immun. lib. 1. cap. 14. num. 16. & duobus ſeqq. Rebuf. d. tract. q. 3. nu. 16. & 17. & q. 9. n. 6. & quatuor ſeqq. vbi
35 etiam probat, † decimarum dominium non transferri in Eccleſiam, niſi poſt ſegregationem, licèt contrarium in hoc contendat Gloſ. & Doct. d. c. tua nobis. aget ergo tunc, cùm decima non eſt ſegregata, Ec-
36 cleſia actione † perſonali, & condictione ex lege canonica. quòd ſi ſolùm illi debeantur ex conſuetudine,
37 aget † condictione ex lege conſuetudinaria, vt docet Rebuf. d. quæſt. 9. num. 15. licèt Practici non ſoleant, (vt idem ait,) variare libellum, ſiue ex conſuetudine decimæ debeantur, ſiue non.
38 Quando autem † actione confeſſoria, aut negatoria, vel ex dolo agi poſſit in materia decimarum, quoniam non multum habet neceſſitatis, remitto te ad not. per Rofred. in tract. de libell. iur. canon. 4. par. in rubr. qua actione dec. pet. & Rebuf. d. q. 9. num. 11. 12. 13. & 18. Ego hãc vnam ſubdam concluſionem.
39 Tertia Concluſio. Si agatur † inter duas Eccleſias de proprietate iuris decimandi, tunc agitur confeſſoria, quia de re incorporali agitur; ſi verò contra colentem prædium,
40 tunc agitur † condictione ex lege, Hoſtien. & Abb. d. cap. tua nobis, poſt Gloſ. latè Rebuf. d. num. 13. Et hæc ſint ſatis de hac quæſtione.

QVAERO TERTIO, An, & quando cauſa decimarum ſit ſummaria.
41 Prima Concluſio. Si quæſtio † ſit inter clericos, quibus de iure debentur decimæ, & eos, qui ſoluere debent, cauſa eſt ſummaria: tex. eſt in Clem. diſpẽdioſam, vbi Gloſ. in verbo, decimis, & cæteri Doct. de de-
42 cim. Immo & procedi poterit † ſine aliqua iuris ſolemnitate, vt poſt Zenzel. tradit Card. d. Clem. n. 28. Imol. num. 7.

Digitized by Google

num. 7. Item tempore feriarum ob neceſſitates, vt ſatis probat Euer. in loc. à trib. ad decim. num. 4. maximè per tex. d. Clem. diſpẽdioſam, iuncta Clem. ſæpe, de verb. ſign.

Secunda Concluſio. Si quæſtio
43 † ſit inter duas Eccleſias de iure percipiendi decimas, tunc quoque cauſa ſummaria eſt; ita Gloſ. per illum textum, in d. verb. decimis, quã ibi Card. & alij ſequuntur. idem quoq; tenet Rot. Rom. deciſ. 14. nu. 2. de iudic. in nou. Aſin. in praxi 1. par. §. 3. cap. 31. num. 12. Marant. in ſpec. aur. par. 4. diſtinct. 9. num. 174. Zerol. in prax. Epiſcop. verb. deci-
44 mę, verſ. ad ſextum, Atque idẽ eſt † ſi vna earũ agat ſolùm ex conſuetudine, vt poſt Io. An. & Paul. in d. Clem. diſpẽdioſã enet Rot. d. deciſ. 14. n. 1. & 2. Ratio eſſe poteſt, quia cõſuetudo
45 † lex quædam eſt, & ius commune, c. conſuetudo, diſtin. 1. cum ibi not. per Doct. & in rubr. de conſuet. & ſic dici non poteſt, quòd decimæ omnino competant ex iure ſpeciali.

Tertia Concluſio. Si ſit quęſtio de decimis debitis ex pacto, pollicita-
46 tione, vel voto, tunc † cauſa non eſt ſummaria, Gloſ. d. verbo, decimis, & ibi Io. de Imol. num. 4. & alij Doct. ſed contrarium verius putat Card. num. 19. dum ait, cauſam decimarũ eſſe ſpiritualem, licèt debeantur ex iure ſpeciali, ſed propter auctoritatem (inquit) Gloſæ, quæ à nemine reprobatur, communiter ſtatur ei.

Quarta Concluſio. Si quæſtio ſit
47 † inter laicos etiam de decimis Eccleſiaſticis, tunc cauſa non eſt ſummaria, nec habet locum Clemen. diſpendioſam; ita in terminis Rot. Rom. d. deciſ. 14. num. 2. & colligitur apertè ex Gloſ. & Doct. d. Clem. diſpendioſam, tenentibus; locum
48 † eam non habere, vbi decimæ debentur ex iure ſpeciali, non autem communi. Declara tamen, hoc nõ
49 procedere, † quando agitur de ſucceſſione feudi antiqui decimarum, vt poſt Rot. deciſ. quadam 50. tradit, & defendit latè Card. d. clemen. num. 21. ex eo maximè, quia cauſa feudi decimarum eſt de decimis antiquitus debitis de iure communi, licèt tale ius ſit translatum in vaſal-
50 lum, qui † debet vti eodem priuilegio, l. qui in ius, ff. de reg. iur. & c. qui in ius, eod. tit. in 6. & hoc etiam tenet Bened. Capr. in repet. d. Clem. num. 17.

51 Quinta Concluſio. Contra † Aduocatos, & alios detinentes, & impedientes, ne decimæ ſoluantur, ſimiliter procedi poteſt ſummariè; ita Marant. d. num. 174. Card. d. Clem. nu. 23. poſt Laud. licèt Imol. num. 8. pro contraria ſententia illum citet, cui
52 † ipſe adhæret, ex eo, quòd tunc nõ agatur immediatè ad decimas, ſed ad intereſſe ratione decimarum, quod etiam ſequitur Capra, vbi ſup. num. 20.

Sexta Concluſio. Si quæſtio ſit
53 † cũ aliquo Priore rurali, qui excolebat aliquas poſſeſſiones ſui Prioratus ſitas in alterius parochia, & retinet earũ decimas, quia inquit eas eſſe de dote Eccleſiæ, iuxta cap. nouum genus, de decim. ſecundùm vnum intellectum, quem tamen nos alibi reprobauimus; vel quia ſunt noualia proprijs manib. culta, iuxta c. ex parte il 1. de decim. & Rector petat eas decimas, tunc cauſa eſt ſummaria, vt poſt Guil. Laud. d.

Clem.

Digitized by Google

Clem.diſpendioſam, notat Imol.nu. 8.Card.num.24. Capr. nu. 20. quoniam contra huiuſmodi Religioſos eſt ius commune, c. 2. §. cæterum, de decim. in 6. Secus verò inquit Card. poſt Laud. loc. cit. ſi talis Prior interuertendo poſſeſſionẽ, dicat, ad ſe ius percipiendi decimas pertinere ex priuilegio, vel præſcriptione: in
54 quo tamen † contrarium, & verius tenet Imol. & Capr. loc.cit.

De decima Papali, alijſque caſibus ſpecialibus videre poteris apud Doct. cit. aliquid nos inf. cap. 9. q.
55 vlt. in fin. Quid verò importet † cauſa ſummaria, & de modo in ea procedendi, recurres ad clem. ſæpe, cum ibi not. maximè per Natt. de verb. ſignific.

QVAERO QVARTO, An cauſa decimarum ſit executiua, hoc eſt, An poſsit incipi à præcepto, deturque in ea appellatio, necne.

Prima Concluſio. In materia
56 decimarum, ſi Rector † agat contra ſubditum ad decimas non ſolutas, incipi poteſt à præcepto cum monitione ſub excommunicationis pœna, vt intra tot. dies ſoluiſſe debeat tantam ſummam decimarum Rectori; ita Gloſ. d. Clem. diſpendioſam, in verb. præmoniti, & poſt Laud. tenet Card. ibidem num. 27. Imol. num. 10. Anchar. num. 4. Capr. nu. 22. vbi etiã tradũt præcepti formam. Idem etiam de decimis in futurum ſoluendis tradunt ijdẽ Doct. locis citatis; & hoc eſt, quod voluit Rebuf. d. tract. de decim. q. fi. num. 23. dum ait, in materia decimarum incipi poſſe à præcepto, per cap. peruenit, de decim. quod idem tenet Collect. in cap. paſtoralis, in fin. eod. tit. Quomodo verò excommunicatio poſsit ferri, vel fulminari pro decimis, fuſiùs explicabo quæſt. ſeq.

Secunda Concluſio. Contra per-
57 tinaces in ſolutione decimarũ † inuocari poteſt brachium ſeculare; ita Gloſ. d. Clem. in verb. coerceri, per c. poſtulaſti, de homic. quam ibi ſequitur inter cæteros Imol. num. 12. Rebuf. d. quæſt. vlt. num. 18.

Tertia Concluſio. Subditi cogendi ſunt ad ſoluendas decimas
58 † appellatione remota; tex. in cap. ex multiplici, & cap. tua nobis, vbi Abb. num. 8. & cæteri, de decim. & notat Gloſ. d. Clem. diſpẽdioſam, in verb. coerceri, vbi inter cæteros Io. de Imol. num. 12. & Rebuf. d. quæſt. vlt. num. 21. Triuiſ. deciſ. Venet. 29. num. 16. Marant. in ſpecul. aur. par. 6. tit. de appell. num. 304. poſt Specul. tit. de appell. §. in quibus, verſ. 4. Euerar. in loc. à tribut. ad decim. nu. 4. Marcheſan. in tract. de commiſſ. ſeu reſcript. c. 4. num. 15. & 25. par. 2. vbi etiam dicit, commiſsionem appellationis in cauſa decimarum dari cum clauſula, ſine retardatione. Sed quoniam Gloſ. d.c. tua nobis, in verb. tributa, Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 153. & alij dixerunt, appellationem admitti in cauſa decimarum: Ideo diſtinguendum eſt cum Abb. d. c. tua nobis, num. 9. & alijs Doctorib. quòd aut laicus ſolùm allegat præſcriptionem, vel conſuetudinem, & non admittitur appellatio, & ſic procedunt iura allega-
59 ta: aut † allegat priuilegium Papæ, vel compoſitionem legitimam; & admittitur, ſicq; procedere poteſt dictum

dictum Gloſ. & ſequacium. Hanc diſtinctionem ſentit Euerar. d. num. 4. dum ſe remittit ad limitationes Abb. Anchar. & Doct. d. c. tua nobis.

60 Ratio † diuerſitatis non illa eſt, quam affert Abb. loco citat. quia contra ius diuinum non admittitur preſcriptio, aut conſuetudo, ſecus autem ſit in priuilegio, & compoſitione: nam, vt admittamus, compoſitionem ab aliquo fieri poſſe etiam de ijs, quæ ſibi debentur de iure diuino, certè neq; priuilegium valet contra ius diuinum, vt ſupr. cap. 5. concl. 2. demonſtrauimus; neq; decimæ omnino de iure diuino ſunt, vt ſępiùs in hoc tractatu oſtendimus: ſed illa ratio eſſe poteſt, quia fauorabilius eſt priuilegium, & compoſitio, & faciliùs probari poſſunt, quàm præſcriptio, vel conſuetudo.

Quarta Concluſio. Debitor deci-
61 marum non poteſt † prætextu eius, quod ſibi debetur, decimas denegare, cum in futuris decimis non admittatur compenſatio, vt poſt Gloſ. in cap. decimæ, 16. quæſt. 1. & alios latè tradit Rebuf. d. tract. de dec. q. vlt. nu. 19. & Euerar. in loc. a tribut.
62 ad decim. num. 2. Immo neq; † propter ſterilitatem, vt fusè oſtendit idem Rebu. n. 22. & Viu. in communi opin. 153. verſ. conſuetudo non ſoluendi.

QVAERO QVINTO, Quibus pœnis afficiantur non ſoluentes decimas.

Omiſſis alijs pœnis, & incommo-
63 dis, quibus afficiuntur † non ſoluentes decimas; de quibus per Hoſt. in ſumma, tit. de decim. Doct. in cap. reuertimini, 16. quæſtion. 1. & cap. fin. de decim. in 6. Clem. 1. cap. 1. toto tit. ext. eod. tit. Rebuf. d. tract. quæſt. vlt. & Andr. Hiſpan. d. tract. reg. decimar. quæſtion. 2. & 9. Anaſtaſ. Germon. in iam ſępius alleg. tractat. de ſacror. immunit. cap. 19. num. 100. & 101. & Petr. Gregor. Tholoſ. in prælud. optim. Iuriſconſul. probiq; magiſt. lib. 2. cap. 25. ego contentus ero duabus pœnis canonicis, excommunicatione nimirũ, & priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, de quibus aliquot conſtituam concluſiones.

Prima Concluſio. Non ſoluens decimas, cum teneatur, excommu-
64 nicari † poteſt, ac debet; tex. in cap. omnes decimæ, 16. quæſt. 7. cap. ſtatuimus, 16. quæſt. 1. cap. peruenit, cap. ad hęc, cap. ex parte, il 2. cap. tua nobis, cap. in aliquibus, & cap. cum non ſit, de decim. Clem. diſpendioſam, de iud. & nouiſſimè in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat. in quibus omnibus iuribus cum pœna excommunicationis ſolùm comminata ſit, neque alibi reperiatur ipſo iure propoſita, dicen-
65 dum † neceſſariò eſt, non ſoluentes decimas non eſſe ipſo iure excommunicatos; quicquid dicere voluerit Rebuf. d. quæſt. vlt. num. 15. & Hiſpan. d. quæſt. 2. num. 2. per cap. 2. de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. vbi tamen nihil habetur de decim. ſed ſolùm excommunicantur laici, qui
66 † compulerint Prælatos ad ſubmittendum bona immobilia, & iura Eccleſiæ laicis ipſis. Neq; concludit illa ratio, quam iidem afferunt,
67 quòd ſacrilegus † eſt excommunicatus, cap. canonica, 11. quæſt. 3. & cap. omnes Eccleſiæ, 17. quæſt. 3.
68 detinens autem decimas † ſacrile-

Digitized by Google

gij crimen committit, cap. in canonibus, 16. quæſt. 1. & c. 1. 16. quæſt. 7. quare erit is ipſo iure excommunicatus; Nam neq; ſacrilegi omnes ſunt ipſo iure excommunicati, ſed ſolùm violatores Eccleſiarum, quo modo loquuntur dicta iura, & not. Gloſ. d. cap. canonica; neque decimas denegantes ſunt propriè ſacrilegi; tum quia illa iura loquuntur de diſpenſantibus decimas præter Epiſcopi conſcientiam, & de laicis poſſidentibus decimas, hoc eſt, ius decimandi; tum quia impropriè ſacrilegium committere dicuntur, ex eo, quia non aliquid Eccleſiæ proprium detinent, ſed ſolùm illi debitum, vt loquitur tex. in cap. parochianos, de decim. Neq; ſiunt Eccleſiæ quoad dominium, niſi poſt ſeparationem, vt ex eodem met Rebuf. oſtendimus hoc eod. cap. quæſt. 2. concl. 2.

Secunda Concluſio. Excommu-
69 nicatio hæc ferri debet † monitione præmiſſa; ita diſponit tex. in d. cap. omnes decimæ, 16. quæſt. 7. & cap. peruenit, de decim. not. Gloſ. fin. in cap. tua nobis, eod. tit. Gloſ. in Clem. diſpendioſam, in verb. præmoniti, & verb. coerceri, vbi cæteri, de iudic. Marcheſan. d. cap. 4. num. 2. poſt Abb. in cap. peruenit, num. 3. & ibi Ancharan. de decim. Et regula eſt in cap. ſacro, vbi Doct. de ſen-
70 ten. excommunic. quòd † ſententia excommunicationis ferri non debet, niſi præmiſſa canonica monitio-
71 ne, & competenti, † quæ trina eſt, I cap. contingit, il 2. eod. tit. cum concord. ibi poſitis, cum aliquo etiã dierum interuallo, niſi aliter neceſſitas poſtulet, vt diſponitur in cap. conſtitutionem, eod. tit. in 6.

Tertia Concluſio. Quámuis in his litteris comminatorijs excommunicationis non teneatur iudex
72 † apponere clauſulam illam, niſi cauſam rationabilẽ volueris allegare, vt poſt Laud. tradit Card. d. Clem.
73 diſpendioſã, n. 28. debet tamen, † vel recipere aliquam informationem, quòd poſſeſſiones ſint in Parochia, vt poſt Laud. docet idem Card. d. Clem. num. 27. vel formabit litteras conditionales, vt quia in ijs narretur, decimas non eſſe ſolutas, & ſubijcietur, quod ſi verum eſt, monet, vt ſoluat tam præteritas, quàm futuras, cùm tempus erit, aliàs excommunicabit, & adijciat clauſulam, quòd ſi ſenſerit ſe grauatum, veniat ad docendum, &c. vt tradit Cardin. d. num. 28. Alia de his litteris videre poteris apud. Doct. d. Clem. diſpendioſam.

Quarta Concluſio. Is, qui ſoluere tenetur decimas, neque eas ſoluit,
74 aut reſtituit Eccleſiæ, † debet Eccleſiaſtica ſepultura priuari; text. in cap. prohibemus, de decim. vbi Gloſ. Abb. & alij: qui tamen textus potiùs loquitur in laicis ſibi vſurpantibus ius decimandi: ſed de non ſoluentibus apertè id tenet Rebuf. d. trac. de decim. quæſt. vlt. num. 16. Andr. Hiſpan. d. tract. reg. decim. quæſt. 2. num. 8. Et ratio eſſe poteſt, quia eas detinent cum animarum periculo, vt dicitur in d. cap. prohibemus, & cap. 1. 16. quæſt. 7. & notoriè delinquunt, vt notant Doct. in d. Clem. diſpendioſam; qui autem in notorio peccato, & publico dece-
75 dit, † priuandus eſt Eccleſiaſtica ſepultura; opt. tex. in cap. pro obeuntibus, vbi Gloſ. 13. quæſt. 2. alia

Gloſ.

Gloſ. in cap. non æſtimemus, verb. omnibus, ead. cau. & quæſt. & in cap. ex parte, il 2. verb.cõmunicabatur,& ibi Io.An.&alij,de ſepul.Hiſpan. d. tract. verſ. decima eſt iure naturali, num.18. De pœna autem Religioſorum in concionibus, aut confeſſionibus auertentium auditores,aut non ſuadentium pœnitentes circa ſolutionem decimarum, videndus tex.in Clem.cupientes,de pœn.& ibi Doct.

QVAERO SEXTO, An Superior, & iudex procedere poſſit ex officio in cauſa decimarum?

Prima Concluſio. Iudex poteſt
76 ex officio procedere † contra non ſoluentem decimas, tanquam contra notoriè delinquentem; ita Anchar. d.Clem. diſpendioſam, num.4.Imol. num.7.Card.num.28. Capr. nu. 23. ſumet tamen priùs informationem, quòd talis ſit ſubditus, & quòd illa prædia ſita ſint in Parochia illius Rectoris; ita Imol. & Capr. locis citatis.

Secunda Concluſio. Viſitator, ſiue Epiſcopus ſit, ſiue Epiſcopus in vi-
77 ſitatione, † poterit cogere ſubditos ad ſoluẽdum Parocho decimas; colligitur hoc tum ex præcedenti concluſione,tum ex traditis per Fuſc. in tract. de viſitat. 2. parte, cap.21. nu. 26.Læl.Zecch.in tractat.de Epiſcop. cap.6.num.37. Soc. in ſuo tract. de viſit.ſub num.28.& Franc.Pauin.in conſimil.tract.de viſit.quæſt.5. num. 96.& ſeqq. & quæſt.8.num.17.& 18. in 2. par. quod idem erit in Viſitatore ab Epiſcopo deputato ex iuſta cauſa,iuxta notata per Zecch. d. c. 6.num.2.Pauin.d.tract. quæſt.2. nu. 44.& ſeqq. 1. par. id quod in ſpecie adnotauit Paulus Salodius, vir magnæ eruditionis,&integritatis,priùs defunctus, quàm eius collega fuerim in Metropolitana Mediolanenſi Eccleſia;is inquam, in ſua breui; ſed pulcherrima prax.viſitat.par. 2. cap.7.vbi etiam tradit,quomodo ea in re gerere ſe debeat Viſitator. Ra-
78 tio eſt,quia Viſitatori incũbit † correctio exceſſuum,& omnimoda ſollicitudo cleri,& populi diligenter viſitandi,vt latè tradit idem Pauin. d. 1.p.q.1.nu.9.12.13.& ſeqq. Puto ta-
79 men id procedere, † vbi notoriè conſtaret,ſubditos ad decimas teneri, neq; vllam rationabilem cauſam allegarent:tunc enim,cum res altiorẽ requireret indagiuem,diligentiùs eſſet cognoſcenda, vel etiam ad Epiſcopum, aut ad Summum Pontificẽ deferẽda,vt colligitur ex Salod. loc. cit.& monet Fuſc.d.c.21.nu. 26. & c. 21. num. 40. ex mente S. Thomæ,& aliorum.

Tertia Concluſio. Poteſt,& debet
80 Epiſcopus, † vbi reditus Eccleſiæ Parochialis adeo exigui ſunt,vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere,ſi per beneficiorum ſecularium vnionem id fieri non poſſit,eos ſufficienter augere ex primitiarum, oblationum, aut decimarum aſſignatione, Parochianorum collectis,aut alia,quæ illi commodior videbitur,ratione, vt diſponitur in Conc.Trid.ſeſſ.24.cap. 13. de refor.quod etiam locum habebit,non obſtante quacunq; exceptione exemptionis, aut priuilegij, etiam iuris decimãdi,vt eſt optimus tex.in c. 2. §.vbi autem,cum ibi not. de decim.in 6.

81 Pari ratione,cùm Eccleſia † longè diſtat a Parochianis,ita,vt ipſam nõ

poſſint ſine magna difficultate adire, poteſt nouam Eccleſiam commodiorem intra eius fines Epiſcopus ædificare, & in ea ſacerdotem, ſublato appellationis obſtaculo ad præſentationem Rectoris Eccleſiæ maioris, inſtituere ad ſuſtentationem ſuam illius villę obuentiones Eccleſiaſticas percepturum, vt eſt tex. ad litteram, in c. ad audientiam, il. 1. de Eccl. ædif. vbi per obuentiones Eccleſiaſticas poſſunt cō modè intelligi ēt decimæ, prout culligitur ex Gloſ. & Doct. ibi, & Abb. in c. nouum genus, quod eſt 2. nu. 7. de decim. dum ad materiam decimalem quærens, & tradens, quibus ſoluēdę ſint decimæ, allegat tex. d. c. ad audientiam; & quāmuis tex. ibi loquatur, vbi antiquæ Eccleſiæ Rector commodè ſuſtentari poteſt ſine reditibus, & prouētibus Oppidi, in quo cōſtruenda eſt Eccleſia, & Gl. ibi in verbo, conueniēter, dicat, quòd aliàs id nō permitteretur; tamen idē dicēdū puto in eo quoque caſu, cū iure nouo Conc. Trid. prouiſum ſit exiguitati redituū Eccleſiæ modo, quo ſupra diximus, nimirū aſſignādo, vbi opus ſit, decimas pro ſuſtentatione Rectoris, & vt poſſit debitis oneribus ſatisfacere: quod etiam ſentire videtur Card. conſ. 26. n. 4. & ſatis colligitur ex d. c. 2. §. vbi autem, de decim. in 6. quo loci iubetur Ordinarijs locorum, vt ordinent, quod etiam priuilegiati ſuper decimis recipiendis gratis aſſignent Eccleſijs Parochialibus etiā portionē de earū prouentibus, vt inde Parochi, & cōpetentē ſuſtentationem habere, & debita onera valeant ſupportare. Atque hęc de decimis, quas ſpirituaies vocant, dicta ſint ſatis.

SVMMAE RERVM.

1 *Decima Papalis originem habet à lege veteri, habetq; ſimilitudinem cum eius legis præcepto.*

2 *Beneficiati tenentur ſoluere decimam ex beneficijs Summo Pontifici eam exigenti. Ratio; num. 3.*

4 *Cauſa, ob quam decima Papalis imponitur, debet eſſe iuſta. Iuſta autem in dubio præſumetur; num. 5.*

6 *Decima beneficiorum concedi poſſunt laicis per Summum Pontificem.*

7 *Laici decimas ſuper beneficijs imponere non poſſunt, neq; inferiores Prælati; num. 9.*

8 *Laici exigentes ab Eccleſijs, Eccleſiaſticisq; perſonis, earumue bonis talias, collectas, aut decimam, ſeu aliam partem bonorum ſunt excommunicati.*

10 *Epiſcopus poteſt imponere, & exigere à beneficiatis charitatiuum ſubſidium.*

11 *Concilium Conſtantienſe quid de decimis Papalis decernat.*

12 *Denuntiari an debeat impoſitio decima Papalis, & num. ſeqq.*

13 *Debitori, an debeat denuntiari, vt ſoluat.*

14 *Papa eſt ſupremus iudex, & Ordinarius.*

15 *Charitatiuum ſubſidium ſi ab Epiſcopo exigatur, & generale ſubſidium à Papa, vtriq; præſtandum erit. & ſi vtriq; non poſſit, præſtabitur Papæ; num. 16.*

17 *Decima Papalis ſoluitur de beneficijs, & num. ſeqq.*

18 *Priuatio præſupponit habitum.*

19 *Decima Papalis ſoluitur de omnibus*

bus beneficijs, Eccleſiaſticiſque redditibus.
21 Capellæ ſubiacent decimæ Papali.
21 Capellæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica.
22 Canonicatus ſubiacent deima Papali, & num. 69.
23 Canonicatus ſunt beneficia Eccleſiaſtica.
24 Eccleſiæ Cathedrales, Metropolitanæ, & Patriarchales ſubſunt decimæ Papali.
25 Plura habens beneficia in pluribus ciuitatibus, & diœceſibus, de omnibus ſoluet decimam Papalem.
26 Prælati, & clerici exules de ſuis prouentibus Eccleſiaſticis decimas Papales perſoluent.
27 Extraua. vnic. de decim. in commun. quæ eſt Bonif. VIII. an ſolùm locum habuerit in decimis per eum impoſitis, & expirauerit eius morte.
28 Extrauagans inſerta in corpore iuris vim legis habet; & ſententia contra eam lata eſt nulla.
29 Papa reſpondendo, & definiendo ſuper cauſa particulari, canonem, & legem condit.
30 Extrauag. vn. de decim. nũc quoq; allegari poteſt pro deciſione.
31 Prouentus, & reditus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum non ſubiacent decimæ Papali. Quid verò de redditibus, qui ſuperſunt vltra vſus pauperum, & infirmorum; num. 32.
33 Hoſpitalia pauperum, & infirmorum nomine beneficiorum propriè non comprehenduntur.
34 Hoſpitalia in beneficium non conceduntur. ſecus in hoſpitalibus militarium ordinum, aut aliorum religioſorum; num. 35.
36 Reditus hoſpitalium militarium ordinum, aut aliorum Religioſorum, an ſubiaceant decimæ Papali.
37 Moniales, aliæq; Regulares perſonæ an ſoluant decimam Papalem.
38 Beneficia tenuia an ſubiaceant decimæ Papali.
39 Reditus Eccleſiaſtici non excedentes ſummã annuã ſeptẽ florenorũ auri decimæ Papali non ſubſunt. Secus ſi plura quis habeat beneficia, quæ ſingula dictam ſummã non attingunt, ſimul autem collecta excedant; num. 40.
41 Pitantiæ Monachorum non ſubſunt decimæ Papali.
42 Pitantiæ quid ſint.
43 Relicta Eccleſiis, vt ex ijs emantur perpetui reditus, non ſubiacent decimæ Papali. Secus in alijs legatis factis Prælatis ratione Eccleſiarum, vel officiorum; num. 44.
45 Xenia Prælatis liberaliter facta nõ ſubſunt decimæ Papali.
46 Xenia quid ſint, & vnde dicantur.
47 Sylua an, & quomodo ſubiaceant decimæ Papali; & num. ſeq.
48 Aſſiſia quid ſit.
49 Piſces ſtagnorum, vel belluæ garenarum, an, & quando decimẽtur à Papa.
50 Stagnorum, & piſcariarum decima Papalis quando, & quomodo ſoluatur.
51 Eleemoſinæ, & oblationes, an, & quando ſubiaceant decimæ Papali.
52 Rector Parochialis, qui neceſſe habet conducere plures Capellanos, an de eorum ſalario, aut victu ſoluat

u at decimam Papalem.

53 *Clericus,qui per vicarium, vel firmarium Eccleſia ſua ſeruit,in eaue reſidet, quomodo decimam Papalem ſoluet.*

54 *Vicariorum,& coadiutorum materia,remiſſiuè.*

55 *Grangia quid ſint.*

56 *Obtinentes prioratus,grangias,domos,reditus,penſiones, vel cenſus ab Eccleſiis,ſeu Monaſterijs,an,& quomodo decimam Papa ſoluere debeant.*

57 *Expenſa monachorum, qui ex pacto ab obtinentibus Prioratus, grangias, & huiuſmodi ex gratia tenentur, deduci non debent in ſolutione decima Papalis. Secus in prædicta obtinentibus ad iuſtam firmam annuam; num. 58.*

59 *Procurationum decima an,& quãdo Papa ſit exhibenda.*

60 *Procurationum materia, remiſſiuè.*

61 *Decima Papalis ſoluitur quoq; de ijs, qua conſiſtunt in iuriſdictione,mero imperio,regalibus, & ſimilibus,deductis ſalarijs moderatis iudicum,& officialium,ac ſimilium perſonarum,ſinequibus iuriſdictio, & alia prædicta nequeunt expediri. Secus in expenſis, qua fiunt in veſtibus, ac victualibus officialium,aut circa familiam Prælatorum; num.62.*

63 *Molendinorum, & furnorum,ſeu potiùs redituum, qua ex illis percipiuntur, decima Papalis præſtatur.*

64 *Fructuum arborum, & hortorum decima Papa exhibetur.*

65 *Decima Papalis quomodo præſtetur de his,qua conſumuntur vſu, vel eſu animalium.*

66 *Beneficia vnica ſubiacent decima Papali,ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè vniantur, ſiue aliàs quomodocunque.*

67 *Decima Papalis impoſita in vna diœceſi ſoluetur de fundis beneficij illius diœceſis poſitis in alijs diœceſibus, & num.ſeq.*

68 *Decima Papalis eſt onus reale Eccleſiarum,non prædiorum impoſitum perſonis Eccleſiaſticis pro ipſis Eccleſiis.*

69 *Canonicatuum decima Papa exhibenda eſt.*

70 *Canonici tenentur reſidere.*

71 *Menſa groſſa vt plurimum diſtinguitur à prabenda, & quotidianis diſtributionibus. Aliquando tamen ſuccedit loco prabendarum; num. 72. Aliquando de ipſa menſa groſſa ſoluuntur diſtributiones; num.73.*

74 *Menſa groſſa Canonicorum ſubiacet decima Papali, vbi ea maſſa ſuccedat loco prabenda, quàmuis decima abſolutè imponatur ſuper beneficijs.*

75 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

76 *Menſa groſſa,qua in diſtributiones quotidianas deſtinata eſt,tunc ſaltem ſubiacet decima Papali, cùm ea impoſita eſt ſuper quibuſcunque prouentibus Eccleſiaſticis.*

77 *Quotidiana diſtributiones ſubiacent decima Papali, vbi ea impoſita eſt ſuper omnibus beneficijs, & quibuſcunque prouentibus Eccleſiaſticis. Idem vbi imponeretur ſuper reditibus, & obuentionibus Eccleſiaſticis; num. 79. Secus vbi dumtaxat imponeretur ſuper bene-*

Digitized by Google

neficÿs, vel eorum fructibus; num, 81.

78 *Nomen prouentus generale eſt, & comprehendit omnem reditum vndecunque nobis obuenientem.*

80 *Obuentionis, & reditus nomen ſatis generale eſt.*

82 *Quotidianæ diſtributiones nomine beneficÿ non veniunt, neque nomine fructuum illius, aut in eius valore computantur; num. 83.*

84 *Anniuerſaria, ſeu mortuaria, an ſubiaceant decimæ Papali.*

85 *Anniuerſaria non computantur in reditibus, ſeu valore beneficÿ; neque in Bulla veniunt nomine prouentuum, fructuum, redituum, iurium, emolumentorum Canonicatuum, neq; etiam diſtributionum quotidianarum.*

86 *Colonus, cui in contractu aliqua gratia ſcienter non eſt facta, non tenetur ad decimam Papalem, ſed eam ſoluet proprietarius.*

87 *Penſionarius tenetur pro rata penſionis ad decimam Papalem exhibendam, ex communi contra aliquos. Idem in charitatiuo ſuſidio; num.88.*

89 *Penſionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, vbi penſio conſtituta fuit libera ab omni onere, etiam decimæ. Secus ſi priuilegiũ ſit ſolùm generale; num.90. Aut ſi ei exemptioni per Papam derogetur cum clauſula, quorum tenores, &c. num.91.*

92 *Clauſula, quorum tenores pro expreſſis habeantur, quam vim habeat.*

93 *Penſionarius exemptus ab onere ſoluendi decimam non poteſt cogi à Collectore habĕte auctoritatem eam exigendi à quibuſcunque perſonis, non obſtantibus quibuſcunrique priuilegÿs.*

94 *Penſionarius non poterit moleſtari à Collectore, qui exegit integram decimam à Rectore beneficÿ.*

95 *Semel decimatum non debet ampliùs decimari; & ſemel exactum non debet ampliùs exigi.*

96 *Rector beneficÿ, qui integram decimam ſoluit, poteſt vti retentione erga penſionarium.*

97 *Penſionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, cùm penſio non excedit ſummam ſeptem ducatorum. Niſi plures penſiones quis obtineret, quæ ſimul iunctæ eam ſummam excederent; num. 98. Id verò procedit, etiamſi fuiſſet talis penſio aſſignata in beneficium; num.99.*

100 *Penſio aſſignata ob remunerationem laborum, & obſequÿ etiam præſtandi, non ſubiacet decimæ Papali.*

101 *Cardinalis penſionarius, an teneatur ad decimam Papalem; & num.110.*

102 *Excommunicatio lata à Collectore contra penſionarium exemptum ob non ſolutm decimam Papalem, eſt ipſo iure nulla. Item in Religioſis exemptis ob eiuſmodi ſolutione; num.103.*

104 *Excommunicatio lata à Prælato exigente procurationem, vel vltra iuris formam, vel contra ſpeciale priuilegium Sedis Apoſtolicæ, eſt nulla.*

105 *Priuilegium, vt non ſoluat decimam Papalem, ſi à collectore cogatur ſoluere, & ſoluat cum proteſta-*

teſtatione, quòd non intendit quis præiudicare ſuo priuilegio, talis proteſtatio iũ iuuat. Idem in priuilegiato, ne ſoluat charitatiuum ſubſidium; num. 106. Idem vbi nulla proteſtatio acceſſit, ſed per vim extorta fuit ſolutio; nu. 107.

108 *Priuilegiatus, ne ſoluat decimam Papalem, ſi ſoluat ſponte, aut ſine vlla proteſtatione, an tunc ſibi præiudicet.*

109 *Priuilegio an renunciare quis cenſeatur per vnicum actum contrarium.*

110 *Cardinales non tenentur ſoluere decimam Papalem de ſuis beneficijs. Idem in charitatiuo ſubſidio generali impoſito à Papa; nu. 111.*

112 *Cardinales in materia præcipuè pœnali, & reuocatoria priuilegiorum non comprehenduntur in generali conſtitutione Papæ, neq; in regulis Cancellariæ; num. 113.*

114 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ, & dicuntur filij primi gradus; num. 115. & a Summo Pontifice vocantur filij, ſicut Epiſcopi fratres; num. 116.*

117 *Tributa non exiguntur à filijs, ſed ab alienis.*

118 *Cardinales an generali conſtitutione comprehendantur.*

119 *Cardinales an teneantur ad generale ſubſidium.*

120 *Fauor fidei maximus eſt.*

121 *Fauorabilis diſpoſitio comprehendit etiam Cardinales.*

122 *Clauſula, cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, comprehendit etiam S. R. E. Cardinales.*

123 *Cardinales hodie ſemper eximuntur à ſolutione decimarum Papalium.*

124 *Collectores, aliĵque officiales deputati ad exigendas decimas Papales in aliquo loco non tenentur ad decimam beneficiorum, quæ ibi habent; ſicut in charitatiuo ſubſidio.*

125 *Argumentum à charitatiuo ſubſidio ad decimam Papalem iure procedit.*

126 *Decima Papalis munus, ſeu onus extraordinarium eſt, ac patrimoniale; num. 146.*

127 *Munus ordinarium quod ſit.*

128 *Exemptus ſimpliciter intelligitur ſaltem exemptus ab oneribus extraordinarijs.*

129 *Officiales, & Collectores ſunt immunes à ſolutione extraordinarij oneris.*

130 *Portio exemptorum à ſolutione decimæ Papalis, an, & quomodo accreſcat reliquo Clero, cum quo Camera conuenit de certa ſumma; & num. ſeqq.*

131 *Exemptio aliquorum non liberat vniuerſitatem ab onere etiam ad ratam.*

132 *Exemptio aliquorum ſi vniuerſitatem nimis grauat, quid faciendum.*

133 *Motus proprius quos pariat effectus.*

134 *Clauſula, ex certa ſcientia, effectus.*

135 *Diuiſio decimæ conuentæ quomodo fiat inter clerum, remiſſiuè.*

136 *Epiſcopus vna cum Clero poteſt ad ſui præiudicium aliquos eximere à ſolutione decimæ Papalis.*

137 *Excommunicatus, & intruſus, an teneantur ad decimam Papalem.*

138 *Suc-*

Digitized by Google

138 *Succeſſor in beneficio, an præceſſor, eiuſue hæredes teneantur ad decimam Papalem.*

139 *Componere non poteſt Collector decimarum Papalium ſine ſpeciali mandato cum ijs, qui ſoluere debent, de certa aliqua ſumma. Niſi haberet generale mandatum cum libera; num. 140. Vel niſi ea compoſitio tenderet ad commodum Papæ, ſeu Cameræ; num. 141. Quod multò fortiùs poſſet Camerarius Papæ; num. 142.*

143 *Princeps ſecularis, cui Papa conceſſit decimas beneficiorum ſui dominij, licitè poteſt componere cum beneficiatis ſuper ſolutione decimæ.*

144 *Diſtributio oneris decimæ Papalis quomodo facienda inter non exemptos, & num. ſeqq.*

145 *Solutio veri valoris beneficiorum cùm plures decimæ imponuntur, quomodo fiat.*

146 *Solutio decimæ Papalis regulariter fieri debet ad ratam beneficiorum.*

147 *Solutio decimæ Papalis fieri debet in pecunia numerata.*

148 *Solutio decimæ Papalis fieri debet in moneta currente in locis redituum, de quibus ſoluenda eſt. Neque cogetur quis eam cambire; num. 149. Quid autem ſi duæ monetæ pariter currant eo loco, alteraue magis; aut ſi poſt tempus impoſitionis, taxationis, aut priuilegij mutetur; num. 150.*

151 *Taxa attendi non debet in ſolutione decimæ, vbi Papa eam imponit, & expreſsè colligi vult non attenta vlla taxa. Secus ſi ſimpliciter imponatur ſuper beneficijs, eorumue fructibus; num. 152.*

153 *Taxa conſueta dicitur, quæ eſt legitimè præſcripta per 40. annos. & ratio; num. ſeqq.*

154 *Præſcriptio legitima in rebus Eccleſiaſticis eſt quadragenaria.*

155 *Conſuetudo præter ius, quæ tangit iura Eccleſiarum, requirit 40. annos.*

156 *Præſcriptio centenaria cur non requiratur in taxa decimæ Papalis, cum alioqui ea neceſſaria ſit contra Romanam Eccleſiam.*

157 *Taxa, quæ non ſit obſeruata per 40. annos, neq; beneficiati, neq; Camera Apoſtolica in exactione decimæ tenentur ſtare.*

148 *Conſuetudo per vnicum actum non inducitur.*

159 *Conſuetum an in pluribus vicibus dumtaxat verificetur.*

160 *Vnicus actus, poſt quam tranſacti ſint 40. anni, facit taxam conſuetam; & num. ſeqq.*

161 *Obſeruatio vltima an attendatur; & num. 158.*

162 *Manutenendus quiſq; eſt in ſua poſſeſſione.*

163 *Vnicus actus ſufficit, vt quis in ſua poſſeſſione manuteneatur.*

164 *Beneficium ſemel taxatum ab habente poteſtatem taxandi, habetur pro taxato, niſi interueniat actus contrarius.*

165 *Beneficium conſuetum clericis ſecularibus aſſignari quodnam dicatur.*

166 *Vnicus actus ſucceſſiuus conſuetudinem inducit.*

167 *Taxatio facienda eſt in exactione decimæ Papalis, vbi non ſit facta, & quomodo ea fiat; num. 168. & ſeqq.*

Digitized by Google

169 *Taxatio an præcedere debeat iuramentum.*

170 *Vocandi ſunt ad taxationem decimæ Papalis omnes, quorũ intereſt.*

171 *Taxari poſſunt à Collectore beneficia non taxata, abſque ſpeciali mandato.*

175 *Compenſatio opponi poteſt in exactione decimæ Papalis; & nu. ſeq.*

173 *Cõpẽſatio quando obÿciatur Fiſco.*

174 *Aes alienum non deducitur in ſolutione decimæ Papalis.*

175 *Superiori cenſus ſolui debet ante omnia.*

176 *Expenſæ neceſſariæ, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum deducuntur in ſolutione decimæ Papalis.*

177 *Expenſæ, quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus, aut ædificÿs conſtruendis, vel conſeruandis, non deducuntur ex decima Papali. Item nec illæ, quæ pro villis tuendis fiunt in guerris, ſeu caualcatis; nu.* 178. *Item illæ, quæ fiunt pro foſſatis, reparationibus molendinorum, & ſimilibus; num.* 179.

180 *Expenſæ deducendæ in ſolutione decimarum Papalium, remiſſiuè.*

181 *Collector decimarum Papalium eſt iudex, habetq; iuriſdictionem.*

182 *Procurator Fiſci vtitur iuriſdictione, & officio iudicandi.*

183 *Stylus curiæ Romanæ attendendus eſt.*

184 *Collector Papæ deputatur cum facultate exercendi cenſuras.*

185 *Cenſuræ ferri non poſſunt, niſi ab habente iuriſdictionem.*

186 *Collector eſt iudex delegatus, non autem ordinarius.*

187 *Legatorum iuriſdictio in omnibus concurrit cum Ordinarÿs.*

188 *Collectores impropriè vocãtur Nũcÿ Sedis Apoſtolicæ, & gaudent alÿs priuilegÿs, & honoribus.*

189 *Delegati ad vniuerſitatẽ cauſarũ dici poſſunt Ordinarÿ. Secus ſi ea vniuerſitas ſit perſonarum, non cauſarum; num.* 190.

191 *Delegatus poteſt compelli ad recipiendam delegationem.*

192 *Collectoria, & Subcollectoria officium confertur in inuitum.*

193 *Collector Papæ quandonam poſſit dici negotiorum geſtor.*

194 *Laicus non poteſt eſſe Collector Papæ cum facultate cenſurandi.*

195 *Laicus non eſt capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, neq; poteſt exercere cenſuras. Neq; eſſe Vicarius Epiſcopi; nu.* 196. *& an ex licentia Papæ; num.* 197.

198 *Laicus num poſſit deputari Collector cum facultate exercendi cenſuras ex certa ſcientia Papæ.*

199 *Laicus poteſt deputari nudus exactor decimarum Papalium.*

200 *Collector Papæ debet tranſcendiſſe* 18. *annum ætatis. Idem in delegato; num.* 201.

202 *Collector decimarũ Papaliũ debet eſſe perſona qualificata, iuxta tex. in c. ſtatutũ §.1. de reſcrip. in 6. & Clem. & ſi principalis, de reſcrip. Idẽ in Subcollectore, in quẽ tranſlata ſit tota poteſtas; num.* 203. *Secus vbi vtriq; demandatum fuiſſet nudum miniſterium; nu.* 204.

205 *Collector Papæ poteſt ſine ſpeciali commiſſione deputare Subcollectorem. Immo etiam plures, niſi ei fuerit limitata facultas ad vnum; num.* 206. *Quin etiam, ſi limitata fuerit ad vnum, poterit plures ſucceſſiuè ſubſtituere; num.* 207.

Sed

Digitized by Google

Sed tunc vnum ſubſtituendo, alter reuocaretur; num. 208.

209 *Delegatus Principis poteſt ſubdelegare.*

210 *Procurator, ſiue generalis ad negotia, ſiue ſpecialis ad aliquē actū, ſeu effectum, poteſt ſubſtituere.*

211 *Collector Papæ non poteſt deputare Subcollectorem, vbi in cōmiſſione eſſent aliqua verba, per quæ colligatur, electam fuiſſe induſtriam perſonæ; & num. ſeq.*

212 *Induſtria perſonæ per quæ verba cenſeatur electa.*

213 *Induſtria perſonæ electa cenſetur in magno, & arduo negotio.*

214 *Arduum, & magum negotium quodnam ſit, iudicis arbitrio relinquitur.*

215 *Decimas Papales exigere non eſt magnum, & arduum negotium.*

216 *Subcollector prius deputatus, quādo cenſeatur reuocatus etiam non facta de eo mentione per poſteriorem deputationem.*

217 *Collectoris facultas, & officium quando cenſeatur tranſire ad ſuccesſorem in dignitate.*

218 *Collectoris facultas, & poteſtas probanda eſt per litteras, & non per teſtes.*

219 *Epiſcopi, aliiq; Prælati non debent accedere ad ſuas Eccleſias, in iiſue recipi, ſine literis prouiſionis.*

220 *Collectoris facultas, etiamſi ſit perſona illuſtris, & honeſta, probanda eſt per litteras. Idem in delegato; num.* 221.

222 *Collectoris facultas non probatur per tranſumpta litterarum, ſed tantùm per originalia.*

223 *Originalia regulariter exhibenda ſunt, non autem exempla.*

224 *Trenſumptum litterarum Collectoris probat eius facultatem, vbi nulla lite pendente ſumptum fuit ſeruata forma cap. fin. de fid. inſtru. Aut ex regiſtris Bullarum Papæ; num.* 225.

226 *Collectoris facultas probari poteſt per teſtes, quando collector eſſet deputatus in vrbe, vbi moratur Papa. Idem fortè in nudo exactore; num.* 232.

227 *Tenor litterarū Collectoriæ amisſarum probari poteſt per teſtes. Idem in delegato. licèt àliqui contra; num.* 228.

229 *Subcollectoris facultas probari poteſt per teſtes. Contrarium; num.* 230.

231 *Teſtes, & inſtrumenta regulariter parem vim habent in probatione:*

232 *Collectoris facultas probatur per teſtes, vbi is nudus exactor eſt.*

233 *Subcollectoris facultas probatur per litteras Collectoris cū eius ſigillo, ſine manu Notarii, aut ſubſcriptione teſtium.*

234 *Subdelegationes probantur per ſola ſigilla delegatorum.*

235 *Collectoris, ſeu Subcollectoris facultas probari non poteſt per communem hominum exiſtimationem, & num. ſeq.*

236 *Lex Barbarius, ff. de off. præt. quādo locum habeat.*

237 *Collector decimarum Papalium poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere non ſoluentes decimas.*

238 *Delegatus poteſt cenſuras exercere.*

239 *Epiſcopi non ſoluentes decimas Papales quomodo, & quo ordine puniantur.*

240 *Excommunicatio ſolùm generalis ferenda eſt in Epiſcopos, Abbates, aliaſq; perſonas Eccleſiaſticas honorabiles non ſuſpectas, vbi ſolùm de quantitate, & æſtimatione fructuum circa ſolutionem decimæ Papalis agitur.*

241 *Soluentes loco decimæ Papalis minus debito excommunicari poſſunt ſpecialiter, exceptis Epiſcopis, Abbatibus, & alijs perſonis non ſuſpectis.*

242 *Interdictum generale contra ciuitatem ferri non poteſt à Collectore ob non ſolutionem decimæ Papalis. Idem in quouis debito pecuniario; num. 243. Secus ſi priùs lata ſententia excommunicationis in ſingulares perſonas, ea contempta fuit; num. 244.*

245 *Excommunicationis contemptus eſt cauſa immediata interdicti generalis.*

246 *Monitio quomodo facienda ſit Clero, vel Collegio, vt ſoluat decimam Papalem.*

247 *Generalis ſententia quomodo ferenda ſit in non ſoluentes decimas Papæ.*

248 *Collector, & Subcollector poſſunt alijs pœnis mulctare non ſoluentes, quàm cenſuris. Subcollector tamen minorem pœnam infligere poteſt; num. 249.*

250 *Priuare nõ poteſt Collector beneficio non ſoluentem decimã Papalẽ.*

251 *Capi poſſunt perſonaliter non ſoluentes decimas Papales. Immo etiam Rectores vniuerſitatum, & capita Collegiorum pro ſuis collegijs; num. 252. Niſi beneficiati eſſent Doctores actu legẽtes; nu. 253.*

254 *Brachium ſeculare non poteſt à collectore inuocari, ſine ſpeciali mandato. Secus regulariter in delegato; num. 255.*

256 *Vaſa ſacra, & huiuſmodi non poſſunt capi in exactione decimæ Papalis. Idem fortè in ijs, quę ſunt promiſcuo vſui deputata; nu. 257.*

258 *Magis dignum trahit ad ſe minùs dignum.*

259 *Vaſa ſacra, & huiuſmodi ornamenta diuino cultui deputata non poſſunt per Collectorem accipi pignori etiam à ſponte dantib.*

260 *Collectori capienti vaſa ſacra an poſſit violenter reſiſti.*

261 *Excommunicatio lata per Collectorem contra non exhibentes vaſa ſacra eſt nulla.*

262 *Collector capiens res notoriè ſacras poteſt ab Ordinario puniri.*

263 *Collector decimarum Papalium quomodo liberare poſſit, & quietare ſoluentes, aut etiam non ſoluentes.*

264 *Collector decimarum tenetur ſoluenti, ſi illud petat, inſtrumentum liberationis facere.*

265 *Executiuè an procedatur in exactione decimæ Papalis, & quomodo; cum ſeqq.*

266 *Ignorantiam edicti allegans, & probare volens, quando audiatur, remiſſiuè.*

267 *Appellari poteſt à Collectore multis in caſibus. Vt ſi nimis breuẽ terminũ ſtatuat ad ſoluẽdũ; nu. 268. Itẽ vbi capit pignoris loco res notoriè ſacras, vel cultui diuino deputatas; num. 269. Regulariter non poteſt; num. 276.*

270 *Appellari poteſt à Collectore rejiciente exceptionem ſubreptionis, vbi multis impetrauerũt immuni-*

ta-

tatem a decimis Papalibus, non facta mentione de priori aliorum impetratione. Item ſi a priuilegiatis decimam exigat; num. 271.

272 *Cauſa decimarum Papalium plenariè tractari debet, ſi quæſtio ſit inter clericum, & eum, cui Papa conceſſit decimam beneficiorũ. Idem vbi quæſtio eſt inter duos clericos, ſuta titularem, & penſionarium; num.* 273.

274 *Cauſa decimarũ Papalium ſummariè tractatur, vbi quæſtio eſt inter clericum, & Cameram.*

275 *Summariè proceditur in exactionibus functionum fiſcalium, tributorum, & collectarum.*

276 *Summaria cauſa eſt, vbi res non patitur dilationem, vt in alimentis futuris.*

DE DECIMIS PAPALIBVS.

CAP. IX.

Seu Appendix ad hunc Tractatum.

DIXIMVS hucuſque de decimis, quas ſpirituales vocãt, ea, qua potuimus tum breuitate, tũ perſpicuitate: nunc reliquum eſt pro complemento huius Tractatus de decimis, vt de Papalibus quoq; eodem ferè quæſtionum ordine ſeruato dicamus.

QVAERO igitur PRIMO De origine, & cauſa huius impoſitionis decimarum Papalium.

Prima Concluſio. Hæ decimæ, quæ Summo Pontifici a clericis ſol-
1 uuntur, originem † habent a lege veteri, vel potiùs cum eius præcepto ſimilitudinem habent: ad eius enim legis ſimilitudinem præceptæ quoque fuerunt in Euangelica lege a Summis Pontificibus decimæ, vt in ſpecie tradit S.Thom. 2.2. quæſt. 87. art. 1. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 1. & alij, quos ſupra recenſuimus cap. 1. quæſt. 2. Habentur ergo Num. 18. hæc verba; Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens; Præcipe Leuitis, atq; denuntia; cùm acceperitis a filijs Iſrael decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id eſt, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis, quàm de torcularibus, & vniuerſis, quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti: cuius deinde præcepti executionem quandam habemus 2. Eſdr. 10. ad fin. his verbis; Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ ſuæ in domo Dei noſtri. Ex quibus verbis patet, præceptum fuiſſe in veteri lege Leuitis, vt de ſuis decimis decimas ſoluerẽt ſummo Sacerdoti Aaron, eorumq; filijs, ac deſcendentibus, qui in ſacerdotio ſuccedebant. Ad eius ergo præcepti ſimilitudinẽ licitè exigit Summus Pontifex decimas à clericis, qui eam exigenti
2 † ſoluere tenentur, vt in hac ſpecie adnotarunt inter cæteros Abulen. ſuper Matth. 25. quæſt. 74. S.Thom. d. quæſt. 87. art. 4. ad 3. arg. Sot. d. quæſt. 4. art. 4. ad finem Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 3. & Rebuf. tract.

Digitized by Google

tract.de decim. quæſt. 3. num. 3.
3 Quorum auctoritati accedit† & illa ratio,quam affert D.Thom.loc. cit. naturalis enim,inquit, ratio dictat, quòd illis,qui habent curam animarum,de communi multitudinis ſtatu prouideatur , vnde poſſint exequi ea, quæ pertinent ad communẽ ſalutem; quam etiam rationem innuit Card.Zabar.poſt alios d.Clem. fin.& Abb.loco mox citan.

Secunda Concluſio . Iuſta de
4 cauſa imponenda eſt hæc decima, & vrgente aliqua neceſſitate,puta pro expeditione belli contra hoſtes fidei;ita colligitur ex Concil. Conſt. ſeſſ.43. in verbis infr. in ſeq. concl. circa princip. recitandis, & Extrauag.vnica, quæ incipit, declarationes,ibi,pro proſecutione guerræ,ac negotij Regni Siciliç contra hoſtes, & eſt Bonif. VIII. ſub tit. de decim. in commun.atque ita in ſpecie tradunt Gloſ.& Doct.in Clem.fin. eod. tit.Rebuf d. num.3. Sot. Thoſtat. & Couar.loco cit.Abb.poſt Hoſt. c. 2.num.fin.de decim.vbi tamen ſubdit Abb.id facere Pontificem de poteſtate abſoluta,non autem ordina-
5 ria.Iuſta autem de cauſa† motum fuiſſe Pontificem cenſendum erit,donec aliud conſtet, iuxta tex. in cap. çum a nobis,in fin. de teſt. & Clem. vnic.de probat. Gloſ. in l. relegati, C.de pœn. cum alijs latè traditis, per Alciat.de præſumpt.reg.3.præſumpt. 8.Menoch. eod. tract. lib. 2. præſumpt. 10. nu. 1. cũ multis ſeqq. & Anton. Gabr. commun. concluſ. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non tollen. concl. 3.

Tertia Concluſio . Quamuis à Summo Põtifice poſſit inferioribus
6 etiam laicis† concedi decima ſuper beneficijs, vt patet ex d. Clem. fin. vbi Gloſ.& Doct. tamen non modò
7 ab ijſdemmet laicis† conſtitui,& imponi non poteſt,vt in ſpecie adnotauit Rebuf.d. quæſt.3. num.4.& ſatis patet ex cap.clericis, in princ. & §. 1.de immun.Eccleſ.in 6. vbi excom
8 municantur† laici quicunque exigẽtes ab Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis,earumque bonis taleas, collectas,ſeu dimidiam,decimam, aut aliam partem bonorum: Sed neque
9 ab inferioribus Prælatis, puta Epiſcopis,Archiepiſcopis,& ſimilibus, vt ex d. Clem.fi.colligunt ibi Doct. & Rebuf.d.quæſt.3. num.5. Poterit
10 tamen Epiſcopus† imponere, & exigere charitatiuum ſubſidium, vt latè,& optimè comprobant Bellenz. & Remig. de Gonn. in tractat. de charit.ſubſid.quæſt. 1. & ſeqq. Idem quoq; expreſſiùs, quod ad decimas
11 ſpectat,prohibetur † in Conc.Conſtan.ſeſſ.43. in hæc verba: Præcipimus,& mandamus,iura,quæ prohibent inferioribus a Papa decimas, & alia onera Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis imponi, diſtrictiùs obſeruari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter ſuper totũ Clerum, niſi ex magna,& ardua cauſa, & vtilitate vniuerſalem Eccleſiã concernente,& conſilio,& conſenſu, & ſubſcriptione fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium,& Prælatorum, quorum conſilium commodè haberi poterit, nec ſpecialiter in aliquo Regno,vel Prouincia, niſi conſultis Prælatis ipſius Regni,vel Prouinciç, & ipſis conſentientibus, vel eorum maiori parte; & eo caſu per perſonas Eccleſiaſticas, & auctoritate

tate

Digitized by Google

tate dumtaxat Apoſtolica leuetur. Hæc ex Conc. Conſtant. ex cuius verbis, non modò ſatis, niſi fallor, probatæ remanent duæ poſtremæ concluſiones, ſed etiam expreſſam formam habemus huiuſmodi impoſitionis decimarum. Quare dum Rebuf.d.nu.3.verſ.2. requiritur, vult,
12 quòd poſt impoſitioné decimæ† decima ipſa denuntietur; tum propter allegatum locum Num.18. Præcipe Leuitis, atq; denuntia; tum quòd de
13 bitoribus† denuutiari debet, vt ſoluant, l.quidam Iberus, ff. de ſeruit. vrb.præd.Doct.in l.vinum, ff.ſi cert. pet. fallitur is, ni ego fallor, tum in concluſione ipſa, tum in ratione. Etenim tam ex ſupradictis, & verbis Concil. Conſt. quàm ex vſu ipſo, & praxi liquet, ſufficere impoſitionem ipſam in ſcriptis fieri cum ſubſcriptione Illuſtriſſimorum Cardinalium, & publicatione, ſeu etiam affixione in acie campi Floræ. Rationes quoque illius leues ſunt. neq; enim præceptum illud legis veteris nos obſtringit in Euangelica lege, cum iudiciale potiùs ſit, vt etiam infra dicemus: neque denuntiatio illa, de qua Num. 18. eſt actus aliquis poſt impoſitionem, immo fuit ipſamet impoſitio ex Dei mandato. Neque vrget illud ſimile de denunciatione, quæ fit debitoribus, vt ſoluant, cum ea fiat auctore iudice; ſummus autem Pontifex cum ſit
14 Chriſti Vicarius, ſupremus † etiam iudex, & ordinarius eſt, cap.cuncta, 9. quæſt. 3. & cap. licèt, de elect. cũ ſimil. quare ſuperuacanea erit vlterior denuntiatio.

Quarta Concluſio. Si concurrat
15 † Epiſcopus in exactione charitatiui ſubſidij, & Papa in exactione generalis ſubſidij, & vterq; exigat ex iuſta cauſa, vtriq; præſtandum erit, vt poſt Anton.Butr.& Doct.in cap. cum nuper, de cenſ. tradit Bellenz. in d.tract.de charitat.ſubſid. quæſt. 63. num. 1. quem etiam ſequitur Remig. de Gonn. in ſimil. tract. quæſt. 54. num. 1. quòd ſi vtriq; pręſtari nõ
16 poſſit; † præſtabitur Papæ, vt ibid. probant Bellenz. & Remig. num. 2. 3. & 4.

QVAERO SECVNDO, De quibus beneficijs, eorumue fructibus ſoluatur hæc decima Papalis.

Prima Concluſio. Decima hæc
17 † ſoluitur de beneficijs: patet ex text. d. Clem. fin. primis verbis, ſi beneficiorum decima, &c. & admittunt tũ ibi, tum alibi paſſim Doct. Malè igitur Rebuf. d. quæſt. 3. num. 4. verſ. quartò, quod hęc decima imponatur, tradit, has decimas ſolum imponi ſuper decimis beneficij, auctoritate allata, Num. 18. ibi, decimam partem decimæ; ex quo concludit, hanc decimam non poſſe imponi ei, qui decimas non haberet, quia priuatio
18 † præſupponit habitum, cap. ad diſſoluendum, de deſpon. impub. cum ſimil. malè inquam & abſq; ſolido fundamento id tradit Rebuf. vel ob eam vnicam rationem, quòd, licèt hæc impoſitio decimæ Papalis ad ſimilitudinem fortaſſe illius decimæ, quam in veteri lege ſoluebant Leuitæ ſummo Sacerdoti, introducta ſit, vt ſupra admonuimus; tamen illud præceptum, ſicut & cæterarum decimarum, cum iudiciale potiùs ſit, aut cerimoniale, quàm morale, nequaquam adſtringit Chriſtianos in Euangelica lege, vt fusè oſtendimus ſu-

Digitized by Google

ſuperiùs hoc eod.tract.cap.1.quæſt.
2 cum de alijs decimis,quæ Sacerdo
tibus ſoluuntur, loqueremur ; quod
etiam præter alios ibi allatos opti-
mè explicat Ang.de Clauaſ. in ſum.
ver.decima,circa princip.

Secunda Concluſio . Regulari-
19 ter† de omnibus beneficijs, Eccle-
ſiaſticisque reditibus decimæ Papa-
les ſoluuntur,vt ſatis patet ex d.ex-
trau.vnic.& tradit poſt alios Car. d.
Clem.fi.in princ. Bellenz.de charit.
ſubſid.quæſt.73.& ſeqq.Vnde infer-
20 tur primò,de Capellis† ſoluendam
eſſe decimam,vt patet ex Gompoſt.
in cap.nuper,de decim. Rebuf. d. q.
3.num.6.& ſingulariter voluit Glo.
1.d.Clem.fin,iu fin.conſtat enim,in-
21 quit,illas eſſe† beneficia Eccleſiaſti
ca,ex quo ſic ſunt per Epum ordina
ta,c.quæſitum,& c.pen.1.q.3.& c.ſi-
gnificatum,de præb.eamq;Gloſ.Do
ctor.ibi ſequuntur.qua ratione con-
ſtat,ſecus dicendum eſſe de illis Ca-
pellis mercenarijs , quæ numquam
ab Epiſcopo erectæ fuerunt in titu-
lum,aut ab vlla Eccleſiaſtica perſo-
na conferuntur,ſed a defuncti hære-
dibus ad libitum ſuæ voluntatis ex
teſtatoris diſpoſitione eliguntur ;
quales quamplurimas Capellanias
quotidie videmus , & de ijs videtur
eſſe tex.in extrau.poſtulaſti, §.por-
rò,de præben.in commun.agitq; Na
uar.conſ.5.7.& 27.de præben. vol.
1.& ante eum Redo.in tract.de ſpol.
Eccl.quæſt.3.§.& in hac materia,
num.6.& 35.alijq; paſſim . Infertur
22 ſecundò, idem † dicendum eſſe de
Canonicatibus . clarum enim eſt ,
23 eos eſſe beneficia† Eccleſiaſtica , c.
conquerente,& cap.pen.de cler. nõ
24 reſid. cum alijs tex. Idem in† Ca-
thedralibus,Metropolitanis,& Pa-
triarchalibus , latè Bellen. d. quęſt.
73. Tertiò,quòd,ſi quis in pluribus
etiam ciuitatibus,& diœceſibus plu
25 ra habet beneficia,de omnibus† de
cimam ſoluet , vt habetur in d. ex-
trauag. vn. verſ. quòdſi in diuerſis .
Immo etiam Prelati , & alij Clerici
exules,cuiuſcunque dignitatis exi-
26 ſtant , de ſuis † prouentibus Eccle-
ſiaſticis decimas perſoluent, vt in
ead.extrau. diſponitur,verſ. Prælati
autem . Quod verò attinet ad redi-
tus, & prouentus,multa inferuntur,
de quibus hac ipſa concluſione, & ſe
quent. latiùs dicemus . Aliqua ta-
men beneficia,& aliqui reditus ex-
cipiuntur,de quibus per Doct.com
muniter,cum alibi,tum d.Clem. fin.
Bellen.loco cit.& tex.io cit. extrau.
vnica,de decim. in comm. Quę ex-
27 trauagans† licèt particularis con-
ſtitutio eſſe videatur de decimis per
illum Pontificem Bonifacium tunc
impoſitis , vt etiam colligi videtur
ex eius princip.atque adeo expiraſ
ſe eius Pontificis morte,ſicut de ex-
trau.ex debito,de elect.& extrau. ad
regimen,de pręben.in commun.tra
diderunt Doct.quos recenſuimus,&
ſecuti ſumus in noſtro tractat. de
Option. cap.3. nu.4.tamen.cum in
hac extrau.vn.de decim.non adſint
verba ſufficientia , ex quibus appa-
reat,velle Põtificẽ,illã expirare mor
te ſua,prout in d.extrau.ad regimẽ,
dicitur , donec miſerationis diuinę
clemẽtia nos vniuerſalis Eccleſię re
gimini præſidere cõceſſerit,&c.& in
d. extrau.ex debito,habetur, donec
Chriſti dignatio nos dignabitur vni
uerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimi-
ni pręſidere,&c.cumque hęc extra-

uagans

Digitized by Google

nagans ſit certa,& nota , nec vage-
tur , ſed ſit inſerta in corpore iuris,
28 vim † habet legis, ita, vt ſententia
contra eam lata ſit nulla,per ea,quę
tradunt Doct.in c.paſtoralis, de fid.
inſtr.& in l.prolatis,ff.de re iudic. &
latè in his termin is Franc.Pauin. in
prælud.ad Extrau.Io. 22.& Hieron.
Clar.in pręlud.ad Extrau.communi
eique ſtamquam legi generali ſtan-
dum erit. Neque oberit,quòd de par
ticulari illa decima loqui videatur,
cum Papa reſpondendo, & definien
29 do ſuper particulari caſu † canonē
condat, c.ex multa , in princip. de
vot.& vot. redempt. vbi Doct. Gloſ.
fin.cap.conſultationi,de temp. ord.
Abb.cap.fin.colum. 3.de iur.cal. cū
alijs,quos refert , & ſequitur Felin.
cap.1.num.77.de conſtitut.Ex qui-
bus ſequitur,quòd,cum quæſtio ali-
qua, aut dubitatio circa impoſitio-
nem decimarum oriri contingat ,
30 † ad hanc Extrau.recurrendum ſit ;
prout etiam recurrendum monet
Rebuf.d.quæſt.3. nu.6. & quotquot
Doct.aliquid de hiſce decimis ſcri-
pſeruut, eam paſſim pro deciſione
allegant . Excipiuntur ergo(vt vn-
de diſceſſimus reuertamur) nonnul
la beneficia,certique reditus ab hu-
iuſmodi ſolutione decimarum, niſi
de ijs expreſſa mentio fiat, cùm de-
cima imponitur ; quorum aliquot
in hac,& ſeqq.concluſionibus lubet
recenſere.

Primò quidem excipiuntur redi-
31 tus , & prouentus † leproſariarum
domorum Dei, & hoſpitalium pau-
perum,qui in vſus leproſorum,infir
morum,& pauperum conuertuntur;
de ijs enim decima non ſoluetur , vt
diſponitur in d.Extrau.vn. verſ. de
reditibus,& not. Rebuf. d quæſt. 3.
num.4.Felin.cap.de quarta , nu.18.
de præſcript Gloſ.& cæteri d.Clem.
fin.vbi Card.quæſt.3.ſingulariter di
cit, quòd,quamuis Lap. (quem dein
de ſecutus eſt ibidem Imol.)aſſerat,
32 ſe conſuluiſſe,† deberi decimam ex
reditibus,qui ſuperſunt vltra hos v-
ſus pauperum,& infirmorum; tamen
debent potiùs expendi in vſus alio-
rum pauperum,vel conſeruari ad ſu
peruenientiam maioris numeri pau
perum,ex quo ſic fuerant reditus de
putati,Clem. quia contingit, de re-
lig.dom.& cap. ſi propter, de reſcr.
in 6.Card.ſequitur idipſum latè pro
bans Bellenz.d.tract.de ſubſid.cha-
rit.quæſt.68.num.3.Ratio verò,cur
huiuſmodi reditus decimæ Papali
nō ſubſint,ea etiam eſſe poteſt,quo-
33 niam † hoſpitalia illa nomine bene-
ficiorum propriè non comprehen-
duntur;quo argumento vtitur a cō-
trario ſenſu in Capellanijs Gloſ. 1.
in fin.d.Clem.fin.de decim.vnde per
litteras ſuper prouiſione quorumli-
bet clericorum directas,de xenodo-
chijs , leproſarijs, eleemoſynarijs ,
ſeu hoſpitalibus nulli poteſt proui-
deri,niſi hoc in litteris caueatur ex-
preſsè , vt diſponit ad litteram tex.
in Clem.per litteras, quæ eſt 2. de
præben.& dig. Immo neque hoſpi-
34 talia † in beneficium conceduntur ,
niſi in illorum fundatione ſecus con
ſtitutum fuerit , ſeu per electionem
(à Superiore confirmandam,vt ex-
ponit ibi Gloſ.) ſit de Rectore loci
huiuſmodi prouidendum,vt cauetur
in d. Clem. quia contingit , quæ eſt
fin.§.vt autem,de relig. dom. Secus
35 verò dicendum erit † de hoſpitali-
bus militarium ordinum , aut alio-

Digitized by Google

rum Religioſorum;nam & ea in beneficium conferri poſſunt, d.Clem. quia contingit,§.præmiſſa verò, neque ſub nomine eorum hoſpitaliũ, de quibus in d.Extrau.vn.aptè cõtinentur,cum ad vſus illorum infirmorum,& pauperum omnes eorum reditus per ſe non ſint deſtinati; ſed potiùs ad militum illorum, ſeu Religioſorum ſuſtentationem,cum onere tamen aliquo vel hoſpitalitatis, vel certæ eleemoſynę,&largitionis:
36 quare† ex ijs reditibus, qui vltra hæc omnia ſupererunt, ſoluenda erit decima ſingula ;quæ etiam colliguntur, & optimè confirmantur ex latè traditis per Bellenz. de charit. ſubſid.quæſt.38.& 68.

Secundò excipiuntur Moniales,
37 aliæq;†regulares perſonæ,quarum reditus, & prouentus Eccleſiaſtici adeo ſunt tenues, quòd de illis ſuſtentari non poſſint, ſed pro habendo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſſe habent publicè mendicare, ac eleemoſynas publicè petere;ita habetur ad verbum in d.Extrau.vn.verſ.Moniales,& not.Gloſ.1. d.Clem. fin. & poſt alios fusè Bellenz. d. tract. q. 30.&77.& Remig.de Gonn.in ſimil. tract.de charit.ſubſid.quæſt.37. nu. 14. vbi etiam cum ſequentib. idem
38 probat† in alijs tenuibus beneficijs cæterorum clericorum,poſt Gemin. conſ. 85. verſ. ex quibus concluditur, & alios ; quod etiam patet ex his,quæ nunc dicemus.

Tertiò, ſeculares clerici, quorũ Eccleſiaſtici reditus, & prouentus annui ſummam ſeptem florenorum
39 auri non excedunt,eam † decimam non præſtabunt,vt cauetur in d.Extrau.vn.verſ.ſeculares quoq;clerici, & adnotauit Gig.in tractat. de penſion.Eccl. q.59. nu.7. vbi etiam exponit florenos auri pro ducatis, & optimè; & ita intelligit,& obſeruat Romana Curia. quod idem de Capellis, quæ non excedunt viginti libras,quòd nimirum de ijs decima non ſoluatur,tradit Rebuf. d.quæſt. 3.num.6.poſt Collect.in cap.nuper,
40 de decim.Si tamen † vna perſona plura habet beneficia, quorum nullum per ſe acceptum dictam ſummã ſeptem florenorum auri attingat,ſimul tamen plura collecta eam excedant,de omnibus illis, & ſingulis decima perſoluetur. Sed non ſoluetur
41 † de pitantijs Monachorum : ita declaratur in d.Extrau.verſ.ſi verò.
42 eas autem pitantias† exponere poſſumus,vel pro ſtipendijs, quæ dantur Monachis, vt inſeruiant Eccleſiæ,vel etiam pro portionibus, quæ illis dantur, aut debentur ad eorum victum,& congruam ſuſtentationẽ, vt patet ex traditis per Anaſt. Germon.de ſacror.immunit. lib.3. cap. 17.num.17.&tract.de indult.Apoſt. §.per quæ ſublatis,num.10.necnon ex adductis per Henriq. in ſumm. Theol.mor.lib.9.qui eſt de vero Miſſę ſacrificio,cap.22.tom.1.

Quartò,de his, quæ a Chriſti fidelibus relinquuntur Eccleſijs, vt ex his perpetui emantur reditus,deci-
43 ma non ſoluitur, vt habetur in d. Extrau.vn.verſ.ſimiliter de his. de alijs tamen legatis,quæ Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, non perſonarum,ſed Eccleſiarum, vel officiorũ ratione relicta ſunt, decima
44 †perſoluetur,vt dicitur in ead. Extrau. verſ.de legatis quoque. De eleemoſynis autem,& aliis oblationibus

nibus dicam inferius verſ. Octauò, de eleemoſynis.

Quintò, De xenijs Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis liberali-
45 ter factis, non ſoluetur † decima; prout ſubditur in ead. Extr. vn. verſ. idem de xenijs. Sunt autem xenia
46 † propriè munuſcula, quæ hoſpitibus dantur; ξένος enim græcè hoſpes eſt; vnde xenodochium, hoſpitale, & ſimilia; ſed & ſumitur etiam xenium pro quolibet munere, ac dono, l. ſolent, ff. de off. proconſ. Plura de his videri poſſunt apud Ant. Nebriſſ. in vocabul. vtr. iur. & eundem, ac Hier. Verrut. & alios in Lexico iuris, verb. xenium.

Sextò, Ex d. Extrau. vn. verſ. declaramus etiam, habetur, quòd de
47 ſyluis †, ſeu nemoribus, quæ non conſueuerunt vendi, nil ſoluitur, niſi fortè aliquid de illis venditum fuerit durante decima, & tunc æſtimabitur, quantum valere debet annui reditus partis venditæ ſecun-
48 dùm aſſiſiam (hoc eſt † ſecundùm iuſtum pretium a Principe ſtatutum, per ea, quæ latè tradit Remig. de Gonn tract. de charit. ſubſid. quæſt. 60. num. 1. & 2. ſeu, vt paulò poſt in ead. Extrau. vn. dicitur, firmam annuam, arg. eorum, quæ tradit Gloſ. in cap. penult. verbo, aſſiſios, de cler. non reſid. hoc eſt, conuentionem de certa ſumma pecuniæ, ſeu fructuum penſionis nomine) ſecundùm aſſiſiã, inquam, quæ conſueuit fieri de nemoribus, in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit, & de ſola æſtimatione decima perſoluetur, & non de eo, quod perciperetur de ijs ſyluis, ſeu nemoribus, quæ vendi non conſueuerunt; niſi fortè vendantur durante decima (intellige autem de venditione, non quoad proprietatem, ſed quoad prouentum, vnde ibidem ſubditur); quia tunc ſoluetur ex venditione paſcuagij, ſeu herbagij, aut alterius conſimilis prouentus eorundem nemorum, & ſyluarum: &, ſi non vendantur huiuſmodi paſcuagia, & ſimilia, non ſoluetur decima de his; ita tamen, quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur; hæc in d. Extrau. de ſyluis verò cæduis idem fiet, quod de ſtagnis mox dicetur, vt habetur in ea. Extrauag. verſ. de piſcarijs autem.

49 Septimò, De piſcibus † ſtagnorũ, vel belluis garenarum, quos pro vſu, vel eſu ſuo conſumi, vel ſine fraude donari contigerit, decima non ſoluetur, vt habetur d. Extrau. verſ. de piſcibus ſtagnorum. De ſtagnis verò, & piſcarijs (domeſticis nimirum, ac priuatis, quæ venduntur quoad prouentum dumtaxat) deci-
50 ma ſic † ſoluetur; videlicet, quòd fiat relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam venditæ non fuerunt ad quantitatem pretij ex ipſa venditione vltima recepti, vt pretio diuiſo in partes ſecundùm annorum terminum, durante decima ſoluatur decima ipſa de tot partibus pretij ex ipſa venditione recepti, quot fuerant anni prædicti; vt ſi fortè quinque anni erant elapſi, ex quo non fuerat ſtagnum venditũ, & tunc venditum fuit pro centum florenis, fiãt de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima, ſoluatur decima ipſa de tribus partibus pretij tantùm, videlicet 60. florenis (vnde ſex tantùm floreni tribus illis annis ſoluentur)

Digitized by Google

& multiplicabuntur, & minuentur partes pretij, prout plures, & pauciores fuerunt dicti anni. De piſcarijs autem fluminum, & lacuum, & venationibus, ſi vendantur, idem, quod de ſtagnis, fiet. Hæc omnia cauentur in ead. Extrauag. verſ. de ſtagnis verò.

51 Octauò, De eleemoſynis, † ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maximè de his oblationibus, quę in ciuitatibus, & aliquibus caſtris, & locis dictarum Prouinciarum in certis feſtiuitatibus in candelis, & alijs conſueuerunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicũtur, (vulgo autem confratres vocamus) interdum per clericos, quæ ad opus conſortij reducuntur, & quæ offerũtur, vt luminaria in Eccleſia, cruces, & calices fiant, & reparentur, & etiã ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum; ita diſponitur in ſæpius memorata Extrau. verſ. de eleemoſynis verò. Soluetur tamen de alijs oblationibus, quæ fiunt clericis, & Rectoribus, ſiue fiant pro benedictione nubentium, ſiue pro exequijs mortuorum, ſiue pro dandis pœnitentijs; necnon etiam de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur, vt habemus in ead. Extrauag. verſ. Soluetur autem, qui eſt paulò poſt medium, & verſ. inſuper de oblationibus, qui eſt prope finem illius conſtitutionis; quod tamen intelligerem tunc demum procedere, cùm decima imponitur ſuper quibuſcũq; prouentibus, reditibus, & obuentionibus tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, prout fieri ſolet, per ea, quæ latiùs afferam inf. hac ead. q. concl. vlt.

52 Tertia Concluſio. Rector † Parochialis, qui vrgente neceſſitate Eccleſiæ, puta, quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem, per ſe non ſufficeret ipſi curæ propter multitudinem Parochianorum, vel diuiſionẽ Parochiæ ſuæ, ſed neceſſe habet vnum, vel duos, vel plures Capellanos conducere, & eis propter, (vel, vt ego potiùs legerem, præter) victum, ſalarium conſtituere; ſalariũ huiuſmodi poterit in decimæ ſolutione deducere; ſed ratione victus Capellanorum ipſorum aliquid non deducet; ſic cauetur in d. Extrauag. verſ. Rector Parochialis. Similiter

53 quæuis † perſona Eccleſiaſtica, quæ in Eccleſia ſua, vel beneficio, quod reſidentiam perſonalem requirit, nõ reſidet, ſed facit in eodem per firmarium, vel Vicarium deſeruiri, deputando ipſi Vicario, vel firmario certam prouentuum ſuorum portionẽ, non de Vicariatus, ſeu firmarij portione, ſed de vniuerſis ipſius Eccleſiæ, vel beneficij prouentibus decimam exhibebit; ita diſponitur in ead. Extrauag. verſ. ſed Eccleſiaſtica perſona. De huiuſmodi autem

54 † Vicarijs, & Coadiutoribus habetur in c. in noua, 16. quæſt. 7. cap. fi. 93. diſt. & cap. 1. 94. diſt. & tot. tit. vbi Doct. de off. Vic. & tit. de cler. ægrot. vel debilit. cum ſimil. Io. Selu. & alij in ſuis tract. de benef.

Quarta Concluſio. Quoniam nonnulli obtinent a Monaſterijs, & Eccleſijs Prioratus, penſiones, cenſus, reditus, domos, grangias, (hoc eſt,

Digitized by Google

55 eſt, † villulas, vt colligitur ex Extrauag. cum nonnullæ, la 1. de præben. in commun. necnon ex tex. & ibi Gloſ. marg. in cap. fin. de cenſ.)
56 in ſoluenda de his decima † diſtinguendum eſt cum Bonif. VIII. d. Extrau. verſ. & quia nonnulli, an talia in beneficium habeãtur ex contractu, an mera gratia. Si enim talia in beneficium habeantur, ſiue hoc ſit conceſſum per Sedem Apoſtolicam, ſiue per ipſorum Monaſteriorum, vel Eccleſiarum perſonas, de illorũ prouentibus ſoluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad penſionem, vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc vterque contrahentium ſtuduit conditionem ſuam facere meliorem; perceptores penſionis, vel firmæ de ipſa penſione, vel firma decimam exhibebunt: ſi autem quis ante, vel poſt huius decimæ conceſſionem, ad vitam propriam, emit prouentus prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia; ita, quòd in hoc ei ſcienter gratia non eſt facta: conſiderabitur quantum æſtimatione communi valeant annui prouẽtus Prioratus, grangiæ, domus, terrarum, ſeu redituum huiuſmodi, & ſecundùm hoc ab illis, quorum eſt horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhi bebitur. ſi autem in his gratia facta ſit obtinentibus, quia ſcienter pro minori pretio, quàm valeant, ſunt talia vendita, vel locata; ipſi obtinentes, & non Monaſterium, vel Eccleſiæ de illo, in quo gratia facta eſt ipſis, & de reliquo illi, quorum eſt proprietas, decimam exhibebunt. Si autem perſonis aliquibus pro iuſta mercede, ſeu remuneratione laboris, vel obſequij præſtiti, vel præſtandi talia ſunt conceſſa; hi, quorum eſt illorum proprietas, in decimatione prouentuum ſuorum, etiam horum prouentus meritò numerabunt, & de illis (ſicut de alijs, quos pro certis ſuis vtilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quòdſi hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios ſunt translata; (quia res tranſit cum onere ſuo) etiam circa illos, quæ prædiximus,
57 ſeruabuntur. Nec deducentur † expenſæ, quæ pro Monachis (qui, in talibus Prioratibus, grangijs, ſeu domibus in beneficium, ſeu ex mera gratia conceſſis, ex pacto teneri debent) fieri dignoſcuntur. Expenſæ
58 autem illorum Monachorum, vel perſonarum, quæ teneri debent ex pacto in Prioratibus, grangijs, ſeu domibus ad iuſtam firmam, ſeu penſionem conceſſis, ſiue determinatæ, ſiue non, æſtimabuntur æſtimatione communi, & talem æſtimationem Monaſterium, vel Eccleſia, cuius illorũ eſt proprietas, cũ ſuis prouẽtibus decimabit. Hæc oĩa Bonif. d. ver. & quia nonnulli. Ex quibus illud, qđ de penſione dicitur, ſi tñ de vera pẽſione Eccleſiaſtica intelligere velimus, latiùs infr. explicabitur quęſt. 3. concluſ. 2. Quod verò de expenſis habetur, diligenter adnotandum eſt propter illa, quæ infr. quæſt. 4. concl. vlt. dicemus de expenſis deducendis; vbi quicquid in hac, & in ſuperioribus ac ſeqq. concluſ. ad expenſas faciens diximus, ne longum faciamus, nequaquam repetemus, ſed ad ea, quæ hic dicta ſunt, lectorem

rem remittere ſat erit.

Quinta Concluſio. De procura-
59 tionibus, †quas Prælati in victualibus percipiunt, decimam non perſoluent, ſed qui eis præſtant huiuſmodi victualia, in decimatione ſuorum prouentuum, & redituum numerabunt, & ſoluent decimam de eiſdem. De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata rectè percipiunt ab antiquo, & quas perciperent, etiam ſi non viſitarent, decimam præſtare tenentur. Prælatus autem, qui procurationem, quam ſine viſitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata, remittit; quia remittit quod ſibi debetur, & de quo ſoluiſſet decimam, ſi illud recepiſſet, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. ſi verò procurationem, quã tantùm in victualibus licet percipere, fortaſſe remittit, perſona Eccleſiaſtica, cui remiſſio facta eſt, huiuſmodi victualia cum alijs prouentibus ſuis, cùm decimam ſoluet, æſtimabit, cum, etiam ſi non eſſent remiſſa, hoc facere teneretur; ſic habemus in d. Extrau. Bonif. VIII. verſ. Præl. de procurationibus. De his ve-
60 rò procurationibus † fusè tractant tex. & Doct. 10. quæſt. 2. & 3. per totum, 23. quęſt. vlt. & cap. ſi tributum, cum ſeq. 11. quæſt. 1. & tot ferè tit. de cenſ. ext. & in 6. inter Mod. Petr. Surd. tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 64. Pauin. Socin. Fuſc. & alij in ſuis tract. de viſit. ſub quæſt. & tit. de procurationib.

61 Sexta Concluſio. De ijs† quoque, quæ conſiſtunt in iuriſdictione, mero imperio, regalibus, atque ſimilibus, ſoluetur decima, deductis ſalarijs moderatis, quæ ante conceſſionem decimæ conſueuerunt ſolui iudicibus, & officialibus, ſimilibuſq; perſonis, ſine quibus iuriſdictio, & cætera ſimilia nequeunt expediri; ita tamen, quòd in fraudem decimę, nihil contra hoc penitus attẽtetur.
62 ſed expenſæ†officialium, iudicum, & huiuſmodi perſonarum factæ in veſtibus, ſiue victualibus; minimè deducentur; ſicut nec aliæ expenſæ ſimiles factæ circa familiam Prælatorum. Ita habemus in d. Extrau. vn. verſ. de ijs quoque.

Septima Concluſio. De furnis, ac
63 molendinis†decima prȩſtabitur, vt ibid. dicitur verſ. item de furnis. de
64 fructibus†quoque arborum, & hor-
65 torum decima ſoluetur. De his†autem, quæ conſumuntur vſu, vel eſu animalium, ſi ſint Eccleſiarum, ſoluetur decima, deductis expenſis neceſſarijs, quæ fiunt pro cuſtodia; ſi verò ſunt perſonarum, decima non ſoluetur; ita habetur in ſæpiùs memor. Extrau. vn. de decim. verſ. de fructibus arborum.

Octaua Concluſio. Beneficia quoque vnita ſubiacent huic decimæ, li-
66 cèt principaliter†vniantur, & retineant nomen, & ſtatum proprium. Ratio clara eſt, quia, cum retineant ſtatum ſuum, ſicut ante ſubiecta erant, ita nunc; & probatur ex eo, quod tradit Card. poſt alios d. Clemen. fin. de de decim. dum vult, quælibet beneficia comprehendi nomine beneficiorum, de quo d. Clem. in primis verbis. Immo idem erit, ſi ex duobus vnitis vnum fiat; vtrũq; enim ſuam naturam ſeruat, iuraque, & priuilegia ſibi inuicem communicãt, vt patet ex iur. infr. citan.

&

Digitized by Google

& not. Abb.cap.2. num. 4. de relig. dom.& alij paſſim; quare, prout antea ſoluebatur de ijs decima, vel nõ, ita quoque nunc fiet. Idem quoque erit, ſi beneficiũ aliquod, quod aliès immune eſſet à decima, alteri vnitùm ſit acceſſoriè, dummodo illud beneficium, cui vnitur, decimæ ſubiaceat; tunc enim de ijs quoque reditibus ſoluenda erit decima, & contra; cum eo caſu Eccleſia, quæ alteri acceſſoriè vnitur, & annectitur, illius naturam, conſuetudinem, & priuilegium aſſumat, propriaque iura amittat; ſiquidem ei, cui vnitur, Eccleſiæ, tamquam filia matri eſſe perhibetur; quæ omnia colliguntur ex text. & Doct. in cap. poſtquam, & cap.& temporis, 16.quæſt.1.cap. ſicut vnire, de exceſ. præl. cap.quod translationem, de off.Leg.Abb.cap. 1.ne ſed.vac. & d. cap.2. num. 4. & Petr.de Peruſ.in tract.de vnion. c.1. Et generaliter, quòd de omnibus beneficijs vnitis, ſeu membris principalis beneficij ſoluenda ſit decima Papalis, conſuluit Oldr. conſ. 235. num.1. Bald.conſ.205. num.4. vol. 3.Rebuf.conſ.125.nu.7. & latè tradit Remig.de Gon.in tract. de charit.ſubſid. q.26. num.1. Quod idem
67 puto † locum habere, quàmuis bona, & fundi beneficiales ſiti ſint diuerſis in locis, & decima imponatur in aliqua diœceſi, vbi ſitum eſt beneficium, & Eccleſia; non autem vbi bona illius: attenditur enim locus beneficij, cum huiuſmodi decima
68 † ſit onus reale Eccleſiarum, non autem prædiorum, & impoſita ſit non ipſis rebus, ſed Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis pro ipſis rebus: vnde ſoluenda erit decima etiã pro bonis ſitis extra illud territorium. Ita per hanc rationem tradũt in terminis Doct. communiter in cap.1.de immunit.in 6.maximè verò Io.An.Gemin.& Franc.quos ego vidi, eoſque ſequitur Bellenz.de charit. ſubſid. quæſt. 434. Remig. de Gonn. eod. tract. quæſt. 25. & 26. vbi id latè examinant: quàmuis contrarium tueri videatur Federic.de Sen.conſ.151.in 2.reſponſ.

Nona Concluſio. Decimæ ſoluuntur de menſa groſſa Canonicorum. Quod enim de Canonicati-
69 bus † ſoluatur, ſupr. admonuimus hac ead.quæſt.concl.2. & colligitur ex alleg.Extrau.vn. verſ. ſed Eccleſiaſtica perſona, dum comprehendit quodlibet beneficium, quod reſidentiam perſonalem requirit; clarum
70 autem eſt, Canonicos † teneri ad reſidendum, vt tot. ferè tit. & clariùs in cap. pen.de cler.non reſid.& cap. vnic.eod. titul.in 6. Quàmuis igitur
71 † menſa hæc, vt plurimum, tam à præbendis, quàm a diſtributionibus quotidianis diſtinguatur, vt patet ex Pariſ. conſ.32. vol.4. Cald.conſ. 21.ſub tit.de præb.Rebuf.in Cõcor. Gall. rubr. de collat. §. 1. verbo, diſtributionum, Abb.in cap.licèt, de præben.Felin.in cap.Iacobus, de ſimon. Doct. fere omnibus in d. cap. vnic.tamen ex ijſdem fere Doct.ibi.
72 videre eſt, aliquando † eam ſuccedere loco præbendarum, vt liquet inter alios ex Abb.d.c.licèt; aliquan-
73 do de ipſa menſa groſſa † ſoluuntur diſtributiones quotidianæ, vt inter cæteros tradit Gem.d. cap.vnic. in fi. Vbi ergo menſa hæc, ſeu maſſa ſubrogetur, & ſuccedat loco præbendarum, quoniam non adſint præben

dæ

Digitized by Google

-dæ diſtinctæ; tunc, quàmuis decima abſolutè imponatur ſuper benefi-
74 cijs, puto,† de ea decimam ſoluendam eſſe; cum ſubrogatum ſapiat
75 † naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. eum qui, §. qui iniuriarū, ff. ſi quis caut. cū alijs vulg. ſed vbi etiam ea in diſtributiones quotidianas deſtinetur, ac diſtribuatur, tunc ſaltem, cùm decima ſuper prouentibus Eccleſiaſticis, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum imponitur, de illa
76 menſa † ſoluenda erit decima; eo enim caſu de ipſis quoque diſtributionibus quotidianis præſtatur, vt mox dicam.

Decima Concluſio. Vbi decima Papalis imponatur ſuper beneficijs, & omnibus prouentibus Eccleſiaſti-
77 cis, tunc † de diſtributionibus quoque quotidianis ſoluenda eſt: tex. ad litteram in iam millies cit. Extrau. vn. verſ. & quia non occurrit, de decim. vbi Bonif. ponit hæc verba: Et quia non occurrit nobis, quin quotidianæ diſtributiones prouentus Eccleſiaſtici ſint, de diſtributionibus, quæ dantur in horis Canonicis præſentibus, debere ſolui decimam declaramus. Vnde per eam Extrauag. nonnulli abſolutè dixerunt, de quotidianis diſtributionibus ſoluendam eſſe decimam, vt Gloſ. 1. Imol. num. 6. & alij d. Clem. fin. de decim. qui tamen intelligendi ſunt in caſu Extrau. cùm nimirum decima imponitur ſuper prouentibus; ob eam rationem, quia nomen prouentus
78 † valde generale eſt, & comprehendit omnem reditum vndecunque nobis obuenientem, vt patet ex tex. in l. annonam, ibi, vberes prouentus, ff. de extraor. crim. Boer. deciſ. 224. Alciat. in l. frugem, primis verbis, ff. de verbor. ſignific. & ibi latiùs Rebuf. verſ. prouentus verò, & in Concord. Gall. rub. de collat. §. volumus, in Gloſ. reditus, cum ſeq. Quod idem
79 putarem dicendum, † ſi decima imponeretur ſuper reditibus, aut obuentionibus Eccleſiaſticis; nam &
80 nomen reditus, & obuentionis † ſatis generale eſt, vt patet ex Alciat. loc. cit. Rebuf. d. Gloſ. reditus, & l. frugem, & verſ. inſuper, de verbo reditus, & verſic. obuentiones, Boer. vbi ſupr. Zenzel. in Extrau. Io. 22. incipit, ſuſcepti, verb. fructus, & obuentiones, de elect. & alijs, quos refert, & ſequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 1. certè reditus nomen generalius eſt, quàm nomen fructus, vt adnotauit Gloſ. communiter recepta in c. 2. de ſuppl. negl. Prælat. in 6. verb. reditibus; plus enim eſt in reditu, quàm in fructu, vt partus ancillæ, l. in pecudum, §. partus, ff. de vſur. l. deducta, §. hæreditatem, ff. ad Trebel. & §. in pecudum, Inſt. de rer. diuiſ. cum ſimil. & tamen ſunt in reditu, l. Paulus, §. heres, ff. de vſur. alia Gloſ. in cap. generali, verb. reditus, de elect. in 6. Rebuf. d. Gloſ. reditus, & alij Doct. quos recenſere non eſt neceſſe. Vbi autem decima imponatur dumtaxat ſuper beneficijs, vel eorum fructibus; tunc
81 puto † non eſſe eam de diſtributionibus ſoluendam; ſic intelligendi ſunt, quotquot indiſtinctè aſſerunt, de ijs non eſſe ſoluendam decimam, quod voluit Glo. Zenz. d. Extrauag. ſuſcepti, verb. ſoluere, in fin. alia Gl. d. Extrauag. ſuſcepti, verbo, in totū, ante medium, ne ſed. vacan. inter commun. tradideruntque Gemin.

conſ.

Digitized by Google

conſ.85.num.18.Marc. Mant. conſ. 1.Tiber.Decian.conſ.43.nu.15.poſt Gemin. conſ.153.Flam. Pariſ.tract. de reſign. benefic.lib.6. quæſt.2.nu. 31. Mandoſ.tract. de ſign. grat. tit. de penſion. colum.8. verſic. penſiones,Rebuf.d.tract. de decim. quæſt. 3.num.8. dicens, ita fuiſſe per Papã declaratum; Gig. verò conſ. 144. num.33.multas refert ſe vidiſſe litteras Apoſtolicas mandantes, quòd de diſtributionibus quotidianis decima per Papam impoſita non ſolueretur, ex quibus quinque recenſet ſub diuerſis datis; & ſubdit, ſæpiùs ſe ita practicaſſe,& obtinuiſſe. Bellen.demum in tract. de charit. ſubſid.quæſt. 76. dicit, quòd niſi eſſent declarationes illę Bonif. VIII. contrarium diceret,quòd nimirum de diſtributionibus quotidianis decima non præſtetur.Idque ex eo maximè probatur,quòd diſtributiones
82 quotidianæ†neque nomine beneficij veniunt, vt poſt Gemin. d. conſ. 85.num. 20.Rip.reſponſ. 2. lib.1. & Franc.d.cap.vnic.§.ſtatuimus, not. 1.tradit Gig.d.conſ.144.num.17.&
83 18.neque etiam† nomine fructuum beneficij,neque in valore illius computantur,Rot.deciſ.33.de ſenten. & re iud.in antiq.deciſ.8. de præbend. in no. & 29. eod. tit. in antiq. deciſ. 33. num. 2. & deciſ. 170. num. 1.lib.3.1.par.in nouiſſ.diuerſ.Boer. deciſ.19. num.4. Fel. cap. ad aures, num.14.de reſcript.Io.An. rubr. de conceſſ.præbend.Franc.& cæteri,d. cap.vn.Oldr.conſ.118.& alij relati, ac probati à Bellenz.d.quęſt.76.Pariſ.d. quæſt. 2. num. 30. Gig.d.conſ. 144.num.10.& nobis tract. de diſtribut. quotid. par.1. quæſt.6. Idem quoque erit ob eandem ferè rationẽ
84 † in anniuerſarijs, & mortuarijs, ſeu obuentionibus ratione ſepulturæ, vt in ſpecie tradit Bellenz. d. quæſt.76. hæc enim quoq; non com
85 putantur†in reditibus, ſeu valore beneficij,vt not. Rot.d. deciſ.8. de præbend.in nou.& Bellenz.vbi ſupr. poſt Io.An.d. rubr. de conceſſ. præbend. verſ. demum quærebatur, & Oldr.conſ.206.incip.An obuentus. Immo neque veniunt nomine reditũ,fructuum,iurium,prouẽtuũ, aut emolumentorum Canonicatus; ſed neque etiam nomine diſtributionũ quotidianarum, vt poſt alios tradit Nauar.conſ.13.ſub tit.de cleric. nõ reſid. volum.1. De his ergo decima Papalis non ſoluetur,ſecluſa Bonifacij declaratione, quæ in ſpeciali caſu loquitur, quo impoſita fuerat decima ſuper omnibus prouentibus Eccleſiaſticis, quod & ſupr. attigimus,concluſ.2.in fin. Quid autem propriè veniat nomine diſtributionum quotidianarum,præter Doct. d.c.vn. videndus eſt tex. in Extrau. poſtulaſti,& Extrau. cum nonnullæ, la 1.de pręb.in comm.cum alijs per nos adductis.d.1.p.q.3.

QVAERO TERTIO, An aliqui ſint immunes a ſolutione harum decimarum,& quinam illi ſint.

86 Prima Concluſio. Colonus,† qui conduxit bona, & prædia beneficij cuiuſcunque,non tenetur, ſi ei gratia aliqua in eo contractu ſcienter non eſt facta, ad ſolutionem decimarum, ſed decima ad proprietarium ſpectabit;ita habetur,& latiùs explicatur in d. Extrau.vn. verſ. Et quia nonnulli,de decim.cuius verba ſupra retulimus quæſt.præced.con-

Digitized by Google

cluſ.4 & notarunt inter cæteros Gl. & Io.de Imol.d.Clem.fin. de decim. Bellenz.d.trac.de ſubſid.char.q.75. Vinc.Franc.deciſ. Neap.107. nu.3. & ſeqq.

Secunda Concluſio. Penſiona-
87 rius † tenetur ad ratam penſionis ſoluere decimam Papalē, quicquid in contrarium voluerit Io. An. in addit. ad Specul. ſub tit. de conceſſ. præbend.& Oldr.conſ.268.contra eos enim eſt communis eorum opinio,qui de hoc aliquid ſcripſerunt; quam tuetur Dec. conſ. 156. incip. ſtatutum Cathedralis Eccleſiæ,vol. 1.num.4.& ibi Lugd.in add. Rebuf. conſ.125.per totum, Bellenz.d.trac. de ſubſid. charit. quæſt.37. Caccialup. tract. de penſion. Eccleſ. quæſt. 17.Gig.eodem tract. quæſt.59. per totam,& rurſus quæſt.62. num. 13. ſeu potiùs conſ.Alex.de Neuo. item Paul.Rom.in ſim.tract. cap. vlt. nu. 2. Vrſil. ad Affl. deciſ. 252. num. 7. Vinc.Franc.d. deciſ. 107. num.1. & ſeqq.Idem quoque apertè tenet Ro. Rom.deciſ.161.num.3.2.par.in nouiſſ.diuerſ.dum ait,penſionarium regulariter teneri contribuere pro rata penſionis ad ſolutionem oneris impoſiti ſuper fructibus beneficij, ſuper quibus eſt impoſita penſio,allegans Caccial.d.quæſt.17. & Gig. d. quæſt. 59. & ſatis colligitur ex d. Gloſ. 1. d. Clem. fin. & ibi Io. Imol. num.6.de decim.per tex.d. Extrau. in alleg.verſ.& quia nonnulli,vbi dicitur,quòd ſi reditus,penſiones, cenſus,& ſimilia Monaſteriorum in beneficium habeantur,ſiue per Sedem Apoſtolicam,ſiue per ipſorum Monaſteriorum,vel Eccleſiarum perſonas, de illorum prouentibus ſoluetur decima; quo loco verbum illud, penſiones, ſine vllo incommodo intelligi poteſt de penſione Eccleſiaſtica,cuius capax regulariter eſt ſolus clericus,quæque,vt perpetuò duret, a ſolo Pontifice imponitur; & hoc eſt,quod dicitur in d. verſ. ſiue ſit hoc conceſſum per Sedem Apoſtolicam;quod verò ſubditur, ſiue per ipſorum Monaſteriorum,vel Eccleſiarum perſonas,ad grangias,domos,reditus,& cenſus,de quibus ibi, refertur;& ſic illum text.de penſione Eccleſiaſtica intellexit Gig. d. quæſt.59.num.2.& Rebuf. d. conſil. 125.num.10. Ex quibus ſatis,ni fallor,firmata manet hæc concluſio,licèt ad id aliqua adducat Bellenz. d. q. 37.& plura Rebuf.d.conſ.125.quæ tamen parū vrgent.Illud quoq; ma-
88 ximè facit,quòd penſionarius † tenetur pro rata ad charitatiuum ſubſidium, quod latè probā: Bellenz.d. q.37.Gig.d.trac.de penſ.Eccl.q.38. Remig.de Gonn.de charit. ſubſid.q. 44.poſt Dec.conſ.156.

Declaratur autem primò hæc cō-
89 cluſio,vt non procedat. † vbi penſio impoſita fuit libera ab omni onere etiam decimæ;cū Papa poſſit aliquē priuilegiare,ne ſoluat decimam; ita in ſpecie Bellenz.d.tract. quæſt. 58. num.3.Gig.d.quæſt.59.num.6. idq; admittit Rot.d.deciſ.161.nu.2. opt. tex. in cap. cum inſtantia, de cenſ. ibi, niſi fortè per ſpeciale priuilegiū Sedis Apoſtolicę,& cap.accedentes, de præſcript. ibi, niſi per ſpeciale priuilegium Apoſtolicæ Sedis; quo vtroq;loco loquitur Pōtifex de procurationibus debitis legatis,& Nuntijs Apoſtolicæ Sedis: vnde etiam
90 colligi poteſt,† generale priuilegiū non

Digitized by Google

non ſufficere, quod & in ſpecie tradit Bellenz.d.quæſt.58. num.1. & 2. quæ tamen declaratio reſtringitur, niſi eidem exemptioni per Pontificẽ poſtea in litteris impoſitionis decimarum, quod ſemper fit, aut aliàs
91 derogetur † cum clauſula, quorum tenores,&c.vt in ſpecie probat Rot. deciſ.161.num.3.& ſeqq.iunctis ijs,
92 quæ de vi † huius clauſulæ tradit Bald.& Collect.in c.dilecta, de præſcript.Io.An.cõſ.56.latè inter alios Ant.Gabr.comm.concl.lib.5.tit.de clauſul. concl.5. Extenditur autem primò hæc ipſa declaratio, quòd,
93 †ſi Papa dediſſet auctoritatem Collectori exigendi decimam ſuper prouentibus,ac reditibus beneficiorũ, a quibuſcunq; perſonis,non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, adhuc non poterit cogere huiuſmodi penſionarium, qui penſionem habet exemptam ab omni onere, ad ſoluendam decimam, vt in terminis monet Gig.d.quæſt.59. num. 9. per ea,quæ tradiderunt Alex.conſ. 120. vol.4.&Card.conſ.102.in princ.Ex-
94 tenditur ſecundò, quòd † ſi Rector beneficij fuerit grauatus ad ſoluendum integram decimã, non poterit penſionarius a Collectore vlteriùs moleſtari ad illius ſolutionem, cum
95 ſemel decimatum ampliùs † non debeat decimari, cap. tua nobis,cũ ibi trad.per Doctores, de decim. & ſemel exactum non debeat ampliùs exigi,cap.bona fides, de reg. iur. in 6.cum alijs,de quibus per Gig. id in ſpecie tradentem d.quæſt.59. num. 3.& 4.Poterit tamen Rector benefi-
96 cij eo caſu† vti retentione pro rata decimæ ſoluendæ per penſionarium in ſolutione penſionis, vt monet Gig. vbi ſupr. num. 5.

Declaratur ſecundò principalis
97 concluſio,vt nõ procedat,† vbi penſio non excederet ſummam ducatorum ſeptẽ, vt in ſpecie limitat Gig. d.quæſt.59.num.7.& eſt tex.expreſſus in d. Extr.vn.§. ſeculares quoq; clerici, vbi dicitur, quòd ſeculares clerici,quorum Eccleſiaſticireditus ſummam ducatorum ſeptem non excedunt,annuatim decimam ſolue-
98 re non tenentur. quod tamen † reſtringitur,niſi plures huiuſmodi,vel etiam minores penſiones obtineret, quæ ſimul dictam ſummã excedunt; tunc enim de omnibus ſoluẽda erit decima,per tex.expreſſ.in ſeqq.verbis d.Extrau.quæ retulimus q. præced.cõcl.2.verſ.Tertiò,ſeculares cle-
99 rici.Idq; procederet † etiam ſi fuiſſet aſſignata talis penſio in beneficium,vt ibid.dicit Gig. & colligitur apertè ex d.Extrau.loc.cit.

Declaratur tertiò eadem conclu-
100 ſio,vt nõ procedat in pẽſione† alicui aſſignata ob remunerationem laborum, vel obſequij, aut ſeruitij præſtiti,vel præſtandi,vt poſt Gl. 1. d.Clem.fin.& ibi Imol.tradit Gig.d. quæſt.59.num.8. & videtur tex. ſatis apertus,d.Extr.vn.verſ.ſi autem perſonis aliquibus,cuius verſ.verba retulimus ſup.concl.5.præced.quæſtionis.

101 Declaratur quartò,non† procedere in Cardinali penſionario; ita in ſpecie docet Gig.d.q.59 num.10. cuius rei veritas, & confirmatio ex eo pendet, quod mox dicam de beneficijs Cardinalium in 5.concl. huius quæſt.

Tertia Concluſio,quæ ſicut & ſequens, extẽſio ſeu ampliatio quædã

Digitized by Google

eſt ad proximè præcedentem con-
102 cluſ. Excommunicatio † lata per collectorem decimarum contra penſionarium, cui reſeruata eſt penſio libera ab omni onere decimarū, ob non ſolutionem decimæ ad ratā penſionis, eſt ipſo iure nulla; ita in ſpecie tradunt Bellenz. d. tract. de ſubſid. char. quæſt. 24. & Gig. d. trac. de penſ. q. 60. per totam; idem quoque tenuit Cald. de ſent. excommun.
103 conſ. 9. vbi dicit, † quòd, ſi Collector decimæ, volens decimam exigere à Religioſis exemptis ab eius ſolutione, eis priuilegium ſuum allegantibus, eoſdem propter huiuſmodi denegationem ſolutionis excommunicet, excommunicatio erit ipſo iure nulla; ad idem opt. tex. in c. cum ad quorumdam, de exceſſ. præl. vbi declaratur nulla excommunicatio Prælati exigentis procurationem vltra iuris formam, aut ſpeciale pri-
104 uilegium Apoſtolicę Sedis † lata contra non ſoluētes huiuſmodi exceſſiuam procurationem; quod idē de procuratione vltra iuris formā adnotauit Innoc. in c. cum Apoſtolus, de cenſ. Alia ad id leuiora addūt Gig & Bellenz. loc. cit. quos videas, ſi lubet.

Quarta Concluſio. Si Clericus priuilegiatus, vt non teneatur ſoluere decimam de penſione, moleſtetur a Collectore, & ſoluat cum proteſtatione, quòd per talem ſolutionem non intendit pręiudicare ſuo
105 priuilegio, talis proteſtatio † eum iuuat; ita in ſpecie tradit Gig. d. tractat. de penſion. queſt. 61. idem
106 † de priuilegiato, vt non ſoluat charitatiuum ſubſidium, docet Bellenz. d. tract. de charit. ſubſid. q. 61. opt. tex. in l. 1. & quod ibi not. Bart. C. de ijs, qui ſpōte publ. mun. ſuſcep. lib. 10. vbi veterani, qui patiuntur ſe decuriones fieri, ſi id faciunt cum pacto, ſaluo priuilegio ſuo, illud non amittunt; idem quoq; probatur ex Rom. conſ. 253. incipit pro deciſione propoſitę conſultationis, dub. vltim. vbi id adſtruit de ſolutione quorumdam onerum facta per homines habentes immunitatem.
107 † Idē quoque erit † vbi nulla proteſtatio acceſſit, ſed per vim extorta fuit decima, vt in prędicto caſu ſentit Rom. & in caſu charitat. ſubſid. Bellenz. loc. cit. & eſt de hoc opt. tex. in l. cura extruendi, circa princ. verſ. nec ſi per vim extortum, ff. de mun.
108 & honor. Si autem † penſionarius, aut alius priuilegiatus exemptus a ſolutione decimarum ſponte, & ſine vlla proteſtatione ſoluat, an tunc ſibi præiudicet, hoc pendet ab illa
109 quæſtione, an † per vnicum actum contrarium, quis ſuo priuilegio renuntiare videatur, de qua per Doc. d. l. 1. & c. cum acceſſiſſent, de conſt. Bar. l. beneficium, & ibi Alex. de conſtit. Princ. Cyn. in leg. voluntariæ, C. de excuſ. tutor. Card. in Clem. ſæpe, §. ſi tamen, q. 2. de verb. ſign. Innoc. in c. accedentibus, de priuil.

Quinta Concluſio. Probabilius
110 mihi eſt, Cardinales † non teneri ſoluere decimam de ſuis beneficijs; ita expreſsè tradit Lanc. Conr. in Templ. omn. iud. lib. 2. cap. 3. quod eſt de Card. §. 2. num. 20. idem ſentit Gig. d. tract. de penſ. q. 59. num. 10. dum ibi tuetur, Cardinalem penſionarium non teneri contribuere ad Papalem decimam pro rata penſio-
111 nis; idem quoque in † chatitatiuo

Digitized by Google

ſubſidio generali à Papa impoſito, quod ab eo immunes ſint Cardinales ratione ſuorum beneficiorum, latiùs probat Rom.conſ.493. incip. in caſu,quo quęritur.Ratio verò cõcluſionis illa eſt, quia probabilius
112 etiam eſt,Cardinales † in materia pręcipuè pœnali,& reuocatoria priuilegiorum non comprehendi in generali conſtitutione Papę, niſi de ijs fiat ſpecialis mentio,vt ſingulariter concludit Io. Mónach. quem ſequitur Io. An. in c.vn. de ſchiſmat. in 6.Idem Io.An.in c.quia periculosũ, de ſẽtẽt.excom.in 6. Barb. de pręſt. Card.q.12.colum.2.verſ. primò fa-
113 ciunt. Vnde etiam † non comprehenduntur in Regulis Cancellariæ, vt voluit Abb.cap. 1. de exceſſ. pręlat.in princip.Barb. cap. in noſtra, colum.2.de reſcrip.latè Anchar.cõſil. 295. & 297. & alij apud Gomeſ. in proœm. reg.Cancell.q.4. in princip.& verſ.tertius caſus,& reg.de infir.q.3.vbi etiã Mãdoſ.q.2.Rebuf.in Cõcord.Gall.rubr.de colla.§.ſi quis rò,verbo,Cardinalatus, & eſt communis opinio teſte Gig.d.quęſt. 59. in fin.& Lanc.Conrad.d.cap.2.§. 2. num. 8. Pro quo etiam maximè fa-
114 cit, quòd Cardinales † ſunt pars corporis Papę,c.felicis, de pœn.in 6.& ibi not. Archid. & Io.An.Hoſt. in c.antiqua,de priuil. Io. Monach. d.c.1.de ſchiſmat.in 6.& Io.de Lign. in c.2.de cler.non reſid. & dicuntur
115 † filij primi gradus, Ioan. An. & Imol.d.c.felicis;& Cardinales à Sũ-
116 mo Pontifice vocantur † filij,ſicut Epiſcopi vocantur fratres, c. Raynaldus,de teſtam.& cap.quàm graui,de crim.falſ. cum vtrobique not.
117 per Doct. tributa † verò, & collectę à filijs non exiguntur,iuxta illud Domini Matth. 17. Reges terrę à quibus accipiunt tributum,vel cenſum,à filijs ſuis, an ab alienis? & cũ reſpondiſſet Petrus,ab alienis, ſubiecit Dominus,ergo liberi ſunt filij:faciunt & alia, de quibus per Rom. & Gig. loc. cit. Quæ concluſio, quàmuis probabilis ſit,& ſatis ni fallor roborata; dubia tamen redditur per ea,quę voluit Fel.in c. cum in iure peritus,de off.deleg. cap. ad aures, verſ. octaua concluſio, de reſcript. & cap. ſuper his,col. 3. de fid. inſtr. quibus in locis tradit, Cardinales
118 quoque † ſub generali conſtitutione comprehendi, quod & alij voluerunt,quos recenſent Mandoſ.& Gomeſ. vbi ſupr. & vbi verſatur publica vtilitas,& fauor,tradiderunt Rebuf. d.§.ſi quis verò,verb. Cardinalatus,Gomeſ. d. quęſt. 4.in proœm. reg.& reg.de infir.quæſt.3. alijque, quos refert, & ſequitur Bellenz.d. tract.de ſubſid.charit.quæſt.66. ferè per totum,vbi contra Rom.in conſ.
119 alleg.probare contendit, † ipſos quoque S. R. E. Cardinales teneri contribuere ad pręſtationem generalis ſubſidij quibuſcunque beneficiatis per Papam impoſiti pro expeditione contra infideles; ea potiſſimum ratione, quia nullus maior
120 † fauor eſt,quàm fidei,c.Iudęi,28. q.1.c.2.de conuerſ. infid. cum ſimil. per eum alleg.diſpoſitio autem fa-
121 uorabilis comprehendit † etiam Cardinales,vt præter eos,quos ipſe adducit,voluit quoq; Gomeſ.d. q.4. in fin. Cui tamen rationi facilè ſatisfieri poteſt. etenim admittendo priorem propoſitionem, diſtinguimus poſteriorem: nam fauorabilis con-

Digitized by Google

conſtitutio,quã muis generalis,comprehendit etiam Cardinales,vbi vel immediatè agitur de eorum fauore, prout loquitur Gom.& alij, vel directè de fauore fidei,cultu diuino, aut animarum ſalute, prout loquuntur Doct. per Bellenz. allegati. In caſu autem noſtro,quàmuis decima, aut generale ſubſidium etiam imponatur propter publicam vtilitatem,ad propulſandos hoſtes fidei,tamen neque certa eſt pro Chriſtianis victoria,neque ex ea neceſſariò,& immediatè ſequitur augmentum diuini cultus,aut ſalus animarũm. Non negauerim tamen,quin,ſi in huiuſmodi impoſitione appoſitæ fuerint generales illæ clauſulæ, cuiuſcunque ſtatus,præeminentiæ,gradus,vel dignitatis exiſtant,comprehendantur etiam Cardinales; per eas enim il-
122 los quoque † contineri,deciſum fuit in Rot.teſte Gomeſ.d.q.4.verſ. quantum verò ad Cardinales, & q. 5.in fi. Sed quicquid ſit, hodie ſemper à Summis Pontificibus in huiuſmodi impoſitionibus decimarũ
123 † eximũtur Cardinales,ea expreſſa ratione adiecta,ob aſſiduos, magnoſq; labores, quos ipſi Eccleſiæ vniuerſali impẽdunt, & grauiſſima, quæ tuendæ dignitatis cauſa ſuſtinent, onera,prout ego vidi in bullis decimarum, tã olim à felic. record. Gregor. XIII. quàm etiam nuper à S.D.N. Clemente VIII. pro expeditione belli contra Turcas vniuerſo Italiæ clero impoſitarũ. Atque hæc de hac concluſione nimis forſan prolixè dicta ſint.

Sexta Concluſio. Collectores, vel
124 alij Officiales † deputati ad colligendas, ſeu exigendas decimas in certo loco,ſi ibi ſunt beneficiati,sũt exempti ab earum ſolutione; ita de charitatiuo ſubſidio voluerunt Bellenz.d.tract.de charit.ſubſid. q. 54. quem etiam ſequitur Remig. in ſimil.tract. q. 50. quod idem erit de decima Papali, ad quam à charitati
125 uo ſubſidio † arguit Bellenz. d. tracta.tum q.37.tũ in alijs frequenter,& Remig.eod.tract. q. 37. num. 25. Ratio autem concluſionis eſt,
126 quoniam decima hæc † munus,ſeu onus extraordinarium eſt; ad hoc
127 enim,vt munus † ordinarium ſit, non ſolùm requiritur, quòd imponatur à lege,vel canone, l.1.vbi Gloſ. Bartol.& cæteri, C. de vacat. mun. publ. lib. 10. ſed etiam requiritur, quòd habeat certam,annuam,& regularẽ præſtationẽ, ſecundùm Guliel.de Cun.in l.neminẽ,C.de ſacroſ. Eccleſ.Cyn. in l. voluutariè,q.1. C. de excuſ. tut. Bart. l.placet, nu. 13. C.de ſacroſ.Eccleſ.& l.1.colum. fin. C.de mulier. & in quo loco, &c. lib. 10.quod non eſt in præſtatione decimæ,aut charitatiui ſubſidij, quæ nõ eſt annua,nec ſemper vniformis,ſed iuxta indigentiam,& contingentem neceſſitatem.Ex quibus,& alijs concludit Bellenz.d.tract.q.32. charitatiuum ſubſidium onus eſſe, ſeu munus extraordinarium;vbi etiam plu
128 ribus oſtendit,† ſimpliciter exemptum, exemptum intelligi à muneribus ſaltem extraordinarijs; atque ideo regulariter non poſſe ab exempto exigi charitatiuum ſubſidium. At verò Collectores,& alij Officia-
129 les† ſunt immunes à ſolutione extraordinarij oneris, vt voluit Gloſ. in l.honorem, ff. de muner. & hon. Bart. l.1.C.de immun.nem.conced. lib.10.

Digitized by Google

li.10.per l.honorē,& l.in honoribus, §.fin.ff.de vacat.& excuſ. mun. Neque obſtat d. l. 1. vbi nemo excuſatur,& l.actores, C. de exact. tribut. lib. 10. vbi exactores tributorum tenentur ad tributa; reſpondet enim Bart.d.l.1.Bellen.& Remig.loc. cit. eas intelligēdas eſſe de oneribus ordinarijs.Huic verò rationi illa quoque poteſt accedere generalis quidem,ſed optima, quòd officium non debet alicui eſſe damnoſum, ſed immo habere debet remunerationem cap.cum non deceat, de elect. in 6. cum ſimil. ex quo ſtatim ſequitur, quòd, ſi aliquis ex his officialibus pro exactione decimarum congruū habeat ſalarium,non erit exemptus à ſolutione decimæ ſuorum beneficiorum. qua ratione in tract. de diſtrib. quotid. quem poſt primam huius operis editionem emiſimus,par.2.quæſt.11. pluribus oſtendimus, abſentem propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem tunc demum percipere diſtributiones,ſi ad id nō habeat congruum ſalarium, aliàs ſecus.

Septima Concluſio. Vbi Papa, ſeu
130 Camera Apoſtolica † conuenit cū Clero certæ diœceſis, quòd ille Clerus ſoluat ſibi nomine decimæ impoſitæ certam ſummam, ſi deinde Papa eximit aliquem,vel aliquos beneficiatos,tenetur adhuc reliquus Clerus ſoluere integram ſummam conuentam. Ita in ſpecie voluit Bellen.d. tract. quæſt. 59. quam totam quæſt.refert ad verbum, nec diſſentit Remig.de Gonn.in ſimil.tract.q. 51.cumque ſequitur Gig. de penſ.q. 59.num.6. Probatur autem per ea, quæ not. Bart. poſt Iacob. de Aren. in l. ab omnibus,in princ. per illum text. d.l. 1. quem ſequitur Anchar. in Clem.præſenti,de cenſ.vbi dicūt, quòd ſtate ſtatuto obligante Comitatenſes ad ſoluendum ſalarium Poteſtati,ſi poſtea eximitur aliqua villa,cæteri adhuc tenebuntur ad integrum ſalarium; facit & tex. vbi id not.Gloſ.& Bart.d.l.actores, C. de exact. tribut. lib. 10. vbi habetur, quòd exactores onerum ad ipſa tenentur, ne ipſis ceſſantibus cæteri onerentur; ſed latiùs, & clariùs id proſequitur in l.2.ad fi.C. de apoch. publ. & ibi Alex in addit. optimè etiam facit, quòd ſcripſit Card. d. Clem.præſenti,iu fin.vbi dicit, quòd, ſi collectæ debentur ab vniuerſitate alicui tanquam Superiori,ſi iure ſuperioritatis eximit aliquos à ſolutione, ſicut eſt Papa,hoc caſu exem
131 ptio† ſingulorum non prodeſt vniuerſitati;& affert exemplum in procuratione legati: idē quoq; ſentiunt Abb.in c.accedentes,nu.8.& Fel.nu. 7.& 8. de præſcript. poſt Bald. in c. ſecundò requiris, in fi. de app.latius pertractantes, & diſtinguentes hanc materiam;de qua etiam agunt Boich. cap.paſtoralis,de priuil.Anchar.conſ.10.243.& 406.Specul.tit. de cenſ.§.2.verſ.quid ſi nimis, Doctor d.l.ab omnibus & l. 4. §. actor, ff. de re iud. inter Modern. Petr. Surd. conſ.140. vol.1.& 278. vol. 2. & nuperrimè Rolan. Cauagnol. ad decret. Montisfer. lib.2.§. 1.q. 10. quos poſt abſolutam hanc quæſt. vidi. Sed quid ſi multi eximantur, ita, vt alij nimium grauentur? Reſpondet Abb.d. c.accedentes,nu. 8.de præſcrip.loquens in caſu procurationum,modicam læſionem ferendam eſſe,l.quoties, C. de prec. Imper.

Digitized by Google

per. offer. & not. in c. reſcripta, 25. quæſt. 2. & etiam magnam, vbi clarè conſtaret de intentione Papæ, vt in c. memoriam, 19. diſtinct. ſed in dubio Princeps præſumitur hoc non velle, l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. c. ſuper eo, de off. deleg. meliùs in c. ſuggeſtũ, & c. dilecti, de decim. Quo caſu inquit Card. d. c. accedentes,
132 quòd reliquus Clerus † poteſt reſiſtere, ne ſoluat totam procurationem, & appellare, expreſſa in appellatione hac cauſa, quia enormiter ex hoc grauantur; & debebit Princeps hoc viſo priuilegia illa reuocare, tamquam tendentia ad noxam d. c. ſuggeſtum, vel procurationem minuere. Ipſe verò Abb. d. c. accedentes, nu. 9. diſtinguit, quòd, ſi priuilegia fuerunt conceſſa ad inſtantiam, tunc excipietur, quòd emanauerunt per ambitionem, vel importunitatem impetrantium; quoniam, ſi Papa ſciuiſſet, quòd alia præceſſiſſent, numquam conceſſiſſet, argu. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. & ſi hęc exceptio non admittatur, poterit appellari, arg. cap. ſuper eo, de offic. deleg. Quòd ſi priuilegia fuerint conceſſa proprio motu Principis; tunc, inquit Abb. non video, ſuper quo fundari poſſit appellatio, cum contra Principis diſpoſitionem non ſit licitum appellare, ſed ſi nimium grauat, debet implorari remedium à Principe, cuius eſt decernere de ſuis priuilegijs, vt not. d. c. ſuggeſtum, & c. cum veniſſent, de iudic. Quæ diſtinctio quàmuis non placeat Bellenz. d. q. 59. nu. 4. & mordeatur etiã à Fel. d. c. accedentes, num. 8. in fin. quoniam, inquiunt motus pro-
133 prius † non tollit defectum intentionis Papæ, vt ſentit Io. An. in d. c. ſi motu proprio, de probat. in 6. Hoſt. c. cauſam, il 1. de teſti. Rot. deciſ. 6. de præbend. in no. Bellam. deciſ. 392. & alij paſſim: mihi tamen ſuſtineri poſſe videtur; tum quòd negari non poteſt ex motu proprio tolli omnem ſubreptionem, colligique apertè mentem Principis, à qua nõ eſt in dubio receden dum, & gratiam viuificari, vt optimè probat Caſſad. deciſ. 1. à num. 3. ad fin. ſub tit. de reſcrip. Rot. deciſ. 29. nu. 6. & 8. de præbend. in no. & multos alios effectus ſalutares producit, de quibus Doct. d. c. ſi motu proprio, & Rom. conſ. 327. incip. iſtæ ſunt rationes, Staphil. de lit. grat. & iuſt. tit. de vi & eff. clauſ. verſ. conſequenter, & multis ſeqq. Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de clauſ. concl. 2. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 13. num. 9. & ſeqq. tum quòd ex verbis Abbat. apparet, non conſtitui ab eo differentiam illam, quòd ſi priuilegia conceſſa ſint motu proprio, non appelletur, ſi ad inſtantiã, ſic: immo in hoc caſu vult, priùs excipi de ambitione, importunitate, & ſubreptione, quòd nimirum impetrantes tacuerint, aut de compoſitione facta, aut, quòd alijs ſimilis gratia facta ſit, quæ poſſent Principem retardare à conceſſione, iuxta opt. text. in c. poſtulaſti, & c. ſuper litteris, cum ibi not. per Gloſ. & Doct. maximè Fel. num. 8. de reſcript. quod ſi non admittatur hæc exceptio, tunc inquit Abb poſſe appellari; quod non poterit, vbi per motum proprium exemit aliquos, nam in dubio ſtandum erit verbis Principis: poterit tamen ad eum ſuppli-

plicari; quod tandem admittit, & monet ipſe Fel. d. cap. accedentes, num. 8. multò verò magis ſtandum erit priuilegio, vbi adſit clauſula ex certa ſcientia; hæc enim viam
134 præcludit † vlteriori cognitioni, & facit præſumere, quòd Papa voluerit vti plenitudine poteſtatis, vt latè oſtendit Staphil. de vi, & effect. clauſ. verſ. ſubſequenter, num. 6. & ſeqq. Anton. Gabr. comm. concl. lib. 5. tit. de clauſul. concl. 1. Illud ergo certum ſit ex ſupradictis, quòd, ſi Papa poſt conuentionem cum clero factam de certa ſumma, aliquos eximat a decima, tenentur reliqui, niſi nimium inde grauentur, ſoluere portionem exemptorum; quòd ſi nimiũ grauentur, ſeruanda erit diſtinctio Abb. ſuperius poſita. Idemque puto, etiam ſi aliquos exemiſſet ante conuentionem; licèt Bald. in l. etiam, colum. vlt. C. de execut. rei iud. velit, tunc ſolùm onus ſpectare in ſolidum ad alios, quando ante conuentionem ſunt exempti; quod idem tenere videntur alij; quibus optimè ſatisfacit Bellen. loc. cit. vel enim loquuntur de onere, quod ſoluitur ex conuentione alteri priuato, vel ex conſuetudine; quod & latiùs proſequitur diſtinguendo Abb. d. cap. accedentes, num. 8. de præſcrip. & cap. peruenit, nu. 16. & ſeqq. de immun. Eccl. quando autem facta eſt d. com
135 poſitio, ſeu cõuentio, qualiter † debeant illi, qui compoſuerunt, inter ſe onus decimæ inter ſe compoſitæ diuidere, decidi poteſt ex not. per Bart d. l. 4. §. actor, ff. de re iud. Bald. d. l. etiam, colum. vlt. C. de execut. rei iud. & in Auth. defuncto, C. ad Tertull. Gloſ. in cap. cupientes, §. ad hæc, verbo diſcreta, de elect. in 6. nos de hoc aliquid dicemus quęſt. ſeq. concl. 2. Interim verò illud prætermittendum non eſt, poſſe Epiſco-
136 pum vnà cum clero † aliquos eximere ex clero a decima Papali ad ſui ipſius, non autem Cameræ Apoſtolicæ pręiudicium, vt colligitur ex Card. d. Clemen. præſenti, de cenſ. & latiùs proſequitur Bellen. d. tract. quæſt. 60. vbi tamen vult, quòd id fiat ex cauſa; quod etiam liquet ex ijs, quæ tradit idem Bellen. d. tract. q. 47. & Specul. d. tit. de cenſ. §. nunc dicendum, verſ. quid, ſi vniuerſitas.

Pro complemẽto huius quæſtionis videri poſſent nonnulla; Pri-
137 mò, † An excommunicatus; Secundò, an intruſus, nullumque habens
138 ius in beneficio; Tertiò, † an ſucceſſor in beneficio, vel præceſſor, eiuſue hæredes teneantur ad ſubſidium, ſeu decimam Papalem. Verùm, ne longum faciam, aliorumque dicta transferre ad implendas membranas videar, à qua re ſemper abhorrui, remitto te ad ea, quæ in materia charitatiui ſubſidij de excommunicato quidem tradiderunt Bellenz. d. tract. de charit. ſubſid. q. 33. Remig. de Gonn. q. 40. de intruſo verò, ſeu etiam de eo, qui ſine culpa non poſſidet, idem Bellenz. d. tract. q. 34. Remig. quæſt. 41. & 42. de ſucceſſore Bellenz. quæſt. 51. Remig. quæſt. 43. vbi id latè, & optimè expediunt.

QVAERO QVARTO De modo ſeruando in ſolutione decimarum Papalium.

Prima Concluſio. Regulariter
139 non poteſt † Collector decimarũ componere cum ijs, qui ſoluere debent,

bent, de aliqua certa ſumma, niſi hoc ſpecialiter ſit ei demandatum; ita habetur in cit. Extrau. vn. Boniſ. VIII. quam nemo ad hoc allegauit, de decim. ad fin. verſ. illi quoque, inter commun. in hæc verba; illi quoque, qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis, qui debẽt ſoluere decimam, de aliqua certa ſumma ſoluenda, pro decima nequeunt conuenire. Idem tradit Bellenz. d. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 48. num. 8. Remig. quæſt. 46. num. 2. Quod tamen declaratur primò, niſi
140 etiam haberet † generale mandatum cum libera, vt ibid. Bellenz. & Remig. adnotarunt, per tex. in cap. qui ad agendum, in fin. de procur. in 6. & l. mandato generali, ff. de procurat. quibus ego addo tex. ſing. in l. procurator, cui, ff. eod. tit. Declaratur ſecundò, niſi ille Collector habe
141 ret generale mãdatũ ad exigendũ vbicunque locorum, vel ſaltem alicuius magnæ Prouinciæ, eaque compoſitio tenderet ad commodum Papæ, ſeu Cameræ. Ita Bellenz. d. num. 8. per tex. in l. nam & nocere, ff. de pact. & l. cum hi, §. eam tranſactionẽ, ff. de tranſact. l. non eò minùs, C. de tranſ. Gloſ. in cap. 1. verbo, vacante, ne ſed. vac. facit & tex. in l. ſolutum, §. fin. cum l. ſeq. quæ incipit, vel vniuerſorum, ff. de pign. act. l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. fin. ff. de iureiur. & in l. ædiles, la 1. §. procuratoris, ff. de ædil. edict. Quod
142 idem fortiùs † dicendum eſſet in Camerario Papæ, qui eſt Præpoſitus, & quaſi adminiſtrator bonorum Papalium temporalium, vt ibid. tradit Bellen. per opt. tex. in l. 1. in princip. ff. de off. procur. Cæſar. Princeps verò ſecularis, cui per Papam ad tẽpus conceſſæ fuerunt decimæ beneficiorum ſui dominij, iuxta tex. in Clemen. fin. & ibi Glo. & Doct. de de-
143 cim. licitè poteſt † componere ſuper decima cum beneficiatis; ita Bellen. d. quæſt. 48. num. 10. quod etiam ante eum docuit Paul. d. Clem. fin. & ibi Card. quæſt. 5.

Secunda Concluſio. Quoad diſtributionem oneris decimæ inter beneficiatos non exemptos mihi vi
144 detur † ita diſtinguẽdum; aut enim impoſita fuit decima, ſeu plures decimæ ſuper vero valore beneficiorum, non obſtante quacunque taxa; aut ſumus in caſu, quo taxa ſeruanda eſt, iuxta ea, quæ dicemus in 4.
145 concluſ. Primo caſu, ſiquidem † nulla compoſitio ſuper huiuſmodi decimarum ſolutione, earumue quantitate a Clero legitimè fiat, aut etiam antea facta comperiatur cum Camera Apoſtolica, ſinguli tot decimas ſoluere debebunt Collectori de vero valore redituum ſuorum beneficiorum, quot impoſitæ fuerunt; ſoluentium tamen decimã electioni, ſeu arbitrio committetur, vtrum ipſam velint ſoluere per totum tẽpus, quo durabit decima pro rata prouentuum, quos ſingulis annis dicti temporis ipſos percipere contigerit, an per ipſum tempus pro rata communis æſtimationis prouentuũ eorundem; ſed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo; fietque & redigetur per Collectores in ſcriptis electio huiuſmodi expreſsè in prima ſolutione decimæ ſupradictæ; alioquin iuxta æſtimationem communem per totum tempus ſoluere tenebuntur; illi autem

tem, qui elegerint ſoluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendere debent prouentus beneficiorum ſuorum, quæ perſonalem reſidētiam non requirunt, & ſoluent decimam pro ſolo pretio, quod receperint de eiſdem, dum tamen in fraudem decimæ nihil agatur: & hæc quidē moderatio, ac declaratio ad verbum habetur in d. Extrau. vn. circa princ. verſ. ſoluentium decimam, cum ſeq. qui incipit, declaramus autem. Rurſus ſi cōpoſitio aliqua facta eſt cū Camera in certa sūma, ad ratā veri valoris cuiuſq; beneficij in ſingulos eadē ſumma erit diſtribuenda, vt ex præced. cōcl. colligitur. Secundo verò caſu, vbi ſeruāda ſit aliqua taxa, & adſit ſimilis cōpoſitio, tūc ſiue ea præſcripta ſit, ſiue nō, dūmodo ſit rationabilis, in ſingulos quoque beneficiatos ad ratam eius, quod in taxa deſcriptum eſt, ſumma conuenta diuidenda erit, prout factum eſt in compoſitione diœceſis Mediolanenſis ſuper decima impoſita per Clem. VIII. ſi autem nulla adſit compoſitio, ſoluere quiſque debebit decimas impoſitas, iuxta legitimam, conſuetam, & præſcriptam taxam, cum tunc agatur de præiudicio Cameræ Apoſtolicæ, de qua taxa latiùs dicam in 4. concl.

146 Quod verò regulariter † ad ratam beneficij ſolui debeat decima, probatur ex l. reſcripto, ff. de muner. & honor. ex qua not. Bart. in l. 4. §. actor, num. 4. ff. de re iud. In dubio collectam imponi pro viribus patrimonij; quod idem not. Bald. ad id allegans alia iura, in l. etiam, colum. pen. & fin. C. de execut. rei iudic. Eſt autem decima Papalis onus merè patrimoniale, vt tradit Bart. in l. placet, num. 11. C. de ſacroſ. Eccleſ. faciunt & opt. tex. in cap. ſopitæ, & cap. cum inſtantia, de cenſ. per quæ iura Gloſ. poſt alios in cap. cupientes, §. ad hæc, verbo, diſcreta, de elect. in 6. diſtinguens de triplici genere expenſarum, dicit, quòd in expenſis, quæ fiunt in cauſis, vel negotijs generaliter ad totam Eccleſiam pertinentibus, fit contributio ſecundùm facultates, vt qui plus habet, plus ſoluat: proquo etiam alia quædam ſimilia adducit, quæ multùm non vrgent.

Tertia Concluſio. Decimæ Papa-
147 lis ſolutio † fieri debet non ex ipſis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, puta in vino, grano, &c. ſed in pecunia numerata; ita expreſſis verbis diſponitur in d. Extrauag. vnic. verſ. fiet autem ſolutio; idq; etiam adnotauit Gloſ. d. Clem. fin. verbo, monetam, & ibi alij, de decim. Bellen. d. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 83. Exhiberi autem non debebit decima, niſi in pecunia, quæ com-
148 muniter † currat de mandato domini terræ, & moneta quæ eſt in locis, in quibus conſiſtit fructus, & reditus, vnde decima perſoluetur; ne-
149 que aliqui cogi debent † eam pecuniam cambire, ſeu permutare; ita quoque decernitur in ead. Extrau. verſ. pro decimæ, & not. Doct. communiter d. Clem. fin. Quid autem dicendum ſit, ſi duæ monetæ pariter
150 † currant in loco communiter, alteraue magis; aut ſi poſt tempus taxationis, vel dati priuilegij minoretur, aut aliàs mutetur, quomodo facienda ſit ſolutio, & de alijs ſimi-

lib.quæſt.quoniam non ita quotidianæ ſunt,remitto te ad not. per Gloſ. & Doct.maximè verò Card.Imol.& Anch.d.Clem.fin.de decim.Bellenz. d.tract.quæſt.84.86.& 87. & Doct. quos ij allegant, Ant. Gabr.comm. concl.lib.3.tit.de ſolut.concluſ. 1.& ſeqq. nouiſſimè Ant. Fabr. tract. de var.nummar.deb.ſolut.& Andr.Fachin. lib. 2. controuerſ. iur. cap. 9.& 10.1.par.vbi de mutatione tam intrinſeca, quam extrinſeca formãt queſtiones tum in contractibus,tum in legatis, & alijs easq; relatis Doctorũ varijs opinionibus diſſoluũt.

Quarta Concluſio. Quàmuis nul-
151 la taxa † attendi debeat in ſolutione decimæ, vbi Papa eam imponit, & exigi expreſsè vult non attenta vlla taxa,etiam conſueta, & legitimè præſcripta : tum quòd decima hæc intelligitur habito reſpectu ad veram quãtitatem fructuum, vt inter cæteros docet Bellen. d. tract.q. 82.nu. 9.tum propter plenam,& abſolutam poteſtatem, quam habet Summus Pontifex in beneficialibus, de qua per tex.& Doct.in cap. 2. de præbend.in 6.Ant.Gab.com.concl. lib.3.tit.de iur.quæſ.non toll.concl. 1.nu.9.latiſſimè Petr.Cened. in Collect.ad ius can.collect.21.nu.1. 3.p. attamen,vbi ſimpliciter imponitur decima ſuper beneficijs,eorũue redi-
152 tibus,&fructibus,tunc † attendi poteſt,ac debet taxa beneficiorum cõſueta in partibus,vt habetur in Clẽ. fin.de beneſ.quæ licèt verè loquatur ſolùm in decimis beneficiorum, quę alijs conceduntur,nihilominus Doctor.ibi communiter eam etiam intelligunt in decimis,quę per Papam exiguntur. Immo id quoque apertè colligitur ex ipſo tex.dum dicit, ſecundum taxationem decimæ in illis partibus conſuetam, communiter illa decima leuari poterit, & debebit; ſupponitur enim eſſe taxa aliqua in partibus,quę ſeruetur in exactione decimæ,quæ per Summum Pontificem exigitur; quod idem habetur in Extrau. poſtulaſti, de præbend. & dig. in commun. ibi, ſuper fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in ſolutione decimæ iuxta verum taxata valorem,&c. nec non in Extrau.Io.22. quæ incipit ſuſcepti, de elect.quæ ferè ad verbum repetita eſt ſub tit. ne ſed.vac.& pariter incipit,ſuſcepti,in Extrau. vnic. inter commun.verſ.nos de illo, ibi, nihil exinde vltra ſummam,pro qua vnũquodque beneficiorum ipſorum cõſueuit in decimæ ſolutione taxari,
153 &c.Dicitur autem † hæc taxa conſueta, quæ eſt legitimè præſcripta per 40.annos,vt not. Gloſ.d. Clem. fin.in verbo,conſuetam,quam ibi ſequuntur Doct.communiter;alia Gl. quam nemo allegauit,in d. Extrau. ſuſcepti,verſ.nos de illo,in ver.conſueuit,ſub tit.ne ſed. vac. in comm. eandem ſententiam ſequitur, communem eam dicens,Bellen. d. tract. q.82.num.8.&13.pro qua etiam eſt optimus tex.in c.cum de beneficio, de præben. in 6. vbi conſuetum dicitur, vbi legitima pręſcriptio eſt completa; legitima autem præ-
145 ſcriptio † in rebus Eccleſiaſticis eſt quadragenaria, vt patet ex c.dilecto,& c.vlt.de conſuet.c.Cumana, de elect.c.cũ Eccleſia, de cauſ. poſſ. & propr.iuncto c.de quarta, & c. ad aures,de pręſcript.& inibi per Doct. Et ratio etiam eius ſententiæ eſſe poteſt,

Digitized by Google

teſt,ſiue quia conſuetudo hæc ſit cõtra ius, quoniam de iure decima ſolui debeat, habito reſpectu ad veram quantitatem fructuum, ac redituũ, vt dictum eſt; ideoq; cõſuetudo, quòd ſtetur taxationi pręciſè, non attento valore fructuum, & eorum quantitate, ſatis poſſit dici contra ius commune, atque adeo requiratur in ea tempus 40. annorum, iuxta text. cũ ibi not. per Doct. communiter in c. fin. de conſuet. ſiue quia hæc conſuetudo, licèt non ſit contra ius, tamen tangat ius Eccleſiarum, earumque
155 bona, ideoque requiratur † ſpatiũ 40. annorum, iuxta ſing. Rot. Rom. deciſ. quæ eſt 6. de conſuet. in no. Innoc. in c. cum dilectus, ad fin. de conſuet. & ibi Hoſt. & Io. An. cum alijs, adductis per Bellenz. d. q. 82. num. 6. & latiùs per nos in tract. de Option. c. 2. q. 2. nu. 9. Quòd verò agatur de præiudicio Eccleſiarum, patet. aut enim taxa excedit verum annuum valorem, prout contingere poteſt propter decreſcentiam, ac diminutionem fructuum ex alluuione aliqua partis bonorum, aut ſimili caſu; vel de hoc etiam dubitatur, & tunc agitur de præiudicio illarum ſingularum Eccleſiarum: aut taxa non attingit verum annum valorẽ, ſed ab eo longè diſtat, quia valde excreuerint fructus, quoniam ex alluuione pars honorum, & fundi acceſſerit, ſimiliue de cauſa; & tunc agitur de præiudicio Cameræ Apoſtolicæ. Sed
156 quia de modico † præiudicio Eccleſiæ Romanæ agitur, minùſque principaliter, cum neq; de perpetuo iure illius agatur, & vt plurimum ad opem Chriſtianis Principibus ferẽdam imponatur; ideo non requiretur centenaria præſcriptiò, iuxta ea, quæ latè tradit Didac. Couar. relect. reg. Poſſeſſor, 2. par. §. 2. nu. 6. de reg. iur. in 6. cum alioqui contra Romanam Eccleſiam centenaria præſcriptio requiratur, vbi de eius iuribus præſcribendis agitur, Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. ad audientiam, & c. cum nobis, de præſcript. cum ibi not. per Doct. Il-
157 lud ergo expeditum ſit, † taxam niſi præſcripta ſit 40. annis, neq; beneficiatis, neq; Cameræ præiudicare; vbi verò taxatio non eſſet obſeruata ſpatio 40. annorũ dicũt, Doct. in illa Clemen. fin. de decim. quòd Collector non teneretur ſtare illi taxę, ſed poſſet exigere decimam ſecundùm verum valorem beneficiorum; quibus tãdem accedit Bellenz. d. q. 82. num. 14. vbi num. 11. idem iure optimo ſtatuit in beneficiatis, quòd neque ipſi illi taxæ teneantur ſtare, ſed poſſint, ſi velint, ſoluere ſecundùm verum valorem, vt æqualitas ſeruetur, c. 2. de mut. pet. & c. cũ inter, de except. & tot. tit. ff. quod quiſq; iur. cũ ſimilib. idque ſatis apertè tenet Gſol. d. Clem. fi. verbo, taxationẽ, de decim. quã ſequitur inter alios Gig. tract. de pẽſion. q. 62, n. 13.

Difficultas verò nõ leuis eſt, vtrũ vnicus actus ſolutionis ſufficiat, poſt quẽ trãſacti fuerint 40. anni, an verò plures requirãtur; & quidẽ Bellen. d. tract. q. 82. n. 12. & duob. ſeqq. apertè tenere videtur, quòd non ſufficiat vnicus, per text. in c. olim, de cenſi. vbi, inquit, in ſolutione cenſus non attẽditur vltima præſtatio, ſed quod fuit obſeruatum ſpatio 40. annorũ: quod etiã ex eo confirmari poteſt,
158 quòd conſuetudo † regulariter per vni-

vnicum actum non inducitur, l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſuet. cum alijs per nos adductis in d. tract. de Opt. c. 2. q. 2. nu. 30. & conſuetũ non niſi
159 in pluribus vicibus † verificari, voluit Roch. Curt. ad tit. de conſuet. in præfat. num. 32. & 34. ex Bart. in l. 1. C. quom. & quan. iud. & text. d. l. 1. & l. 3. C. de Epiſ. aud. Contra-
160 rium tamen † ego puto verius, tũ per ea, quę ipſe Bellenz. arguendo adducit, neq; ſoluit, nimirũ per text. in l. Mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alimen. & cib. leg. l. ſi mulier, in princ. ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi in
161 † ſolutione, alijſque in rebus attenditur, quod vltimo eſt obſeruatum; & per id, quod not. Bal. in l. binos, verſ. ſed ponamus, C. de aduoc. diuerſ. iud. vbi ait, quod ſi officiali promiſſum fuit ſalarium cõſuetum, & reperitur, quod vario modo præteritis temporibus fuit ſolutum, intelligitur promiſſio de ſalario, quod vltimo loco fuit ſolutum officiali; tũ quòd quiſque manutenendus eſt
162 † in ſua poſſeſſione, cap. conſultationibus, de iure patr. & c. cũ olim,
163 de cau. poſſ. & propr. & tunc † vnicus actus præiudicat, per ea quæ tradit Curt. cap. fin. ſect. 4. num. 79. 81. & 82. de conſuet. tum ex auctoritate Rot. Rom. in deciſion. 44. de conceſſ. præbend. in antiq. & incip. nota, quod
164 vbi beneficium, vbi notat, quòd † ſi beneficium eſt ſemel taxatum per illos, qui poteſtatem taxandi habent, ex tali taxatione beneficium videtur taxatum, niſi aliquis actus interueniat contrarius taxationi; & poſito, quòd per multos annos ſtetit, quòd decima pro illo beneficio ſoluta non fuerit, niſi pro illa vice, pro qua fuerit taxatum, non ideo minùs vires habet taxatio ſemel facta; quia ſi poſtea Papa non indiguit decimis, non propter hoc videtur remiſiſſe, quin taxatio priùs facta valeat, argu. l. in filijs, C. de decur. lib. 10. Hæc ſunt verba Rotæ, ex quibus colligit Bellenz. loc. cit. eam ſentire, quemlibet actum vltimum taxationis intra 40. annos attendendum eſſe; ſed ego potiùs eam intelligo de actu vnico, poſt quem tranſacti deinde ſint multi anni. hoc eſt 40. abſque vllo actu contrario, ne aduerſetur communi ſententiæ. Quæ etiam tam Rotæ, quàm noſtra opinio contra Bellenz. optimè comprobatur ex tex. in d. c. cum de beneficio, in primo reſponſ. de præbend. in 6. vbi inquit Bonif. VIII. cùm de beneficio Eccleſiaſtico conſueto clericis ſecularibus aſſignari, prouideri manda-
165 tur, de illo debet † intelligi, quod tanto tempore ab vno, vel pluribus ſecularibus Clericis inſtitutis in eo rectoribus extitit continuè, ac pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima, (hoc eſt 40. annorum, vt ibi exponit Gloſ. Archid. & alij) ſit completa: per quem text. tum ibi, tum in c. fin. de conſuet. not. Doct. communiter, ex vnico actu ſucceſſiuo
166 † conſuetudinem induci, quos etiã refert, & ſequitur Curt. d. ſect. 4. nu. 43. & 83. Quomodo etiam ſoluuntur contraria, quæ procedunt aut in actu momentaneo, aut vbi poſtea non acceſſerit ſpatium 40. annorũ cum pacifica poſſeſſione, prout in caſu noſtro. Cęterùm, quoniam, vbi beneficium aliquod, vel etiam pleraque, aut omnia taxata non ſint, taxatio

Digitized by Google

167 tio † de nouo facienda eſt, vt concludunt Doctores communiter d. Clem. fin. quos etiam ſequitur Bellenz. d. tract. de charit.ſubſid.q.80.
168 in princip. ea fiet † hoc modo; Ille enim ad quem ſpectat fructuum beneficij perceptio,ac decimæ ſolutio, iurabit,quantum valere poſſint fructus illius anni,& ſtabitur eius iuramento, niſi probari poſſit maior valor redituum;& poſtea fiet taxatio: & hoc caſu iuramentum præcedet taxationem, cum alioqui taxatio
169 † præcedat iuramentum, c. ſuper eo,de his,quæ vi,metuſue cau. fi.Ita Guliel. de monte Laud. quem ibi ſequitur Imol. nu.9.Card.q.1. & alij; ſiue quia hic iuret vt teſtis,d.autem c.ſuper eo,vt principalis,prout voluit Card. loc. cit. quem tamen refellit Bellenz. d. quæſt.80.num.5.ſiue quia communis eſt Doct. ſententia, quòd quando non eſt præſtandũ iuramentum affectionis, ſed veritatis, prout hic ſuper veritate quantitatis fructuum annuorum, ſemper iuramentum debet præcedere taxationem, quia alias detegeretur verecundia, & turpitudo iurantis, cuius iuramento lex voluit ſtari,prout voluit Gloſ.in c. 1. verbo,docuerit, de elect.in 6.Bartol.Auth.hodie,per illum textum,C.de iud. cũ alijs pleriſq;quos refert, licèt diſſentire videatur Bellenz.d.nu. 5. niſi velimus cum eodem Bellenz. nu. 6. requirere,ſeu admittere duplicem taxationem;ita,vt vna præcedat, altera ſequatur iuramentum,per ea, quæ latè deducit Bellam.deciſ.721.quæ incipit,ad æſtimationem iniuriæ;contraria tamen ſeruata ratione, vt,ſicut ibi vult,à iudice taxãdam prius eſſe ſummam, citra quã iuret offenſus de damno; ita hic Collector taxet ſummam veriſimilem redituum, deinde deferat beneficiato, ab eoq; recipiat iuramentum, quæ ſumma, ſeu quantitas redituum vltra illam percipiatur ex beneficio; poſtmodũ verò eam quantitatem ad certam pecuniæ ſummam redigat, eamque taxet pro ſoluenda decima. Ad præ
170 dictam autem taxationem † vocandi ſunt omnes, quos taxatio tangit, vt optimè adnotauit Bellen. d. tract.quæſt.81.vbi etiam poſt Laud. Imol.& Card. d.Clem.fin.quæſt.10. infert,quòd,ſi duo ſunt Prælati in aliqua Eccleſia Parochiali, vt Rector, & vicarius, qui ex antiqua ordinatione Eccleſiæ colligit omnes fructus, de quibus annuatim ſoluuntur Rectori centum, reſiduum remanet vicario, ipſe verò Rector debet ſoluere decimam pro tota Eccleſia, fieri debet taxatio cum eo, qui colligit fructus,vocato eo, qui ſoluere debet decimam. Poterit autem Col
171 lector † huiuſmodi beneficia taxare,quæ non reperit taxata, abſque ſpeciali mandato, vt latè,& optimè comprobat Belllenz. d.tract.de charit.ſubſid.quæſt. 85. per tot. Atque hæc de præſenti concluſione.

Quinta Concluſio. Poteſt is,qui ſoluere debet decimam Papalem,
172 obijcere † exceptionem compenſationis de eo, quod ſibi debetur à Camera Apoſtolica; ita Bellenz. d. tract.q.53. per text.in l. idem iuris, & l.fin. ff. de compenſ.vbi etiam Fi-
173 ſco † obijcitur compenſatio, dum tamen debitum ſit ex eadem ſtatione,non diuerſa, ad vitandam confuſionem officiorum, l.1.vbi Bald. &

cæ-

Digitized by Google

cæteri, C. de compenſ. debet autem de huiuſmodi debito Cameræ fieri fides infra duos menſes, iuxta l. aufertur, §. qui compenſationem, ff. de iur. fiſc. & l. fin. iuncta Gloſ. in ver. indaginem, C. de compenſat. niſi tamen iudex breuiorem terminum ſtatueret ad probandum, quod facere poſſet, vt poſt Bald. l. in ea, C. de compenſ. in his terminis tradit Bellenz. d. q. 53. num. 1.

Sexta Concluſio. Decimæ ſolu-
174 tio facienda eſt † ſine vlla deductione æris alieni; ita expreſsè decernit in alleg. Extrau. vnic. verſ. ratione autē, de decim. in comm. in hæc verba; ratione autē æris alieni, quo perſona ſoluens decimam obligata conſiſtit, nihil de decima minuetur, etiam ſi certæ res Eccleſiaſticę propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Idem etiā ſentit Bellenz. d. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 62. quam totam ad verbum refert nō diſſentiēs Remig. de Gonn. in ſimil. tract. q. 53. dum tradit, quòd ſi Epiſcopus nomine proprio, vel Collector nomine Papæ exigat ſubſidiū charitatiuū à ſubditis beneficiatis, & eodem tempore concurrant creditores Clerici, petens ſubſidium debebit præferri creditoribus, quoniam ante om-
175 nia ſolui debet † cenſus Superiori, ſecundùm Io. An. Butr. & alios in c. eam te, de æt. & qualit. & ord. pręfic. & Archid. in c. cum ſingula, circa mediū, de præben. in 6. & per alia, de quibus per Bellenz. loc. cit.

176 Septima Concluſio. Expenſæ † neceſſariæ, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum, deducendæ ſunt in ſolutione decimarum: ita habetur in d. Extrau. verſ. in ſoluendo decimam, cuius ſunt hæc verba; in ſoluēdo decimam ſupradictam ſolę expēſæ neceſſariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiūtur, arando, colēdo, & colligendo fructus, ſine quibus nō poſſunt inde fructus percipi, deducentur; idem not. Gloſ. d. Clem. fin. in verbo taxationem, & ibi Imol. nu. 9. Card. quæſt. 5. & cæteri, Butr. poſt Doct. in c. cum homines, de decim. Bellenz. d. tract. q. 69. Gig. in tract. de penſ. quæſt. 62. num. 14. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. Gloſ. 1. num. 15. Rebuf. conſ. 125. num. 8. Expen-
177 ſæ autem, quæ fiunt † in caſtrorū cuſtodibus, etiam ſi maiores ſint ſolito, cum fiant extra rem, vel etiam in ædificijs conſtruendis, vel conſeruandis, nullatenus deducentur; ſicut
178 † nec illæ, quę in villis tuendis fierent in guerris, ſeu etiam caualcatis, vt verbis vtar Bonifacij, qui id omne ſtatuit, ac declarauit in d. Extrau. vnic. verſ. expenſæ autem, circa medium, & verſ. nec etiam illæ, ad
179 finem. Illę quoque † expenſę, quę fiunt pro foſſatis, (vt loquitur, & decernit Pontifex, d. Extrau. verſ. Illæ quoq; expenſę,) & aliàs pro terris ędificandis, vt vberiores fructus producant; & illę, quę fiunt in conſeruandis, & reparandis ędificijs molendinorum, domorum, ſeu apothecarum, & ſimilium, ex quibus fructus, & penſiones recipiuntur, & niſi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent, de decima minimè deducentur. hucuſque Bonifacius. Qui quidem in ea extrau. nonnulla alia
180 decernit, ac ſtatuit † circa Eepenſas deducendas, aut non deducendas, quę nos ſuperiùs hoc ipſo cap. quęſt. 2. concluſ. 2. & ſequentib. ſuis

ſuis locis appoſuimus, dum eas res
recenſeremus, ex quibus ſoluuntur
decimæ iſtæ Papales. Atque hæc de
hac quæſtione ſufficiant.

QVAERO QVINTO, & po-
ſtremo de modo procedendi circa
harum decimarum exactionem.

Prima Concluſio erit de qualita-
te Collectoris. Collector Papæ
181 † iudex eſt delegatus, & habet iu-
riſdictionem; ita tenuit Rot. Rom.
decif. 12. de præben. alias 207. inci-
pit, licèt iuxta ordinationem, in
nou. & poſt eam, licèt perperam al-
legatam, Bellen. d. tract. de char.
ſubſid. q. 94. quàmuis eademmet
Rot. deciſ. 9. de off. deleg. in nou. ali-
ter ſenſiſſe videatur, dum eum ap-
pellat negotiorum geſtorem. Pro-
batur autem noſtra concluſio; Pri-
mò, quia etiam procurator Fiſci vti
182 tur † iuriſdictione, & officio iudi-
candi, l. 1. & 2. & l. cum vendente, C.
vbi cau. fiſci, & l. ſi ea quæſtio, C. de
his, quib. vt indig. Secundò, quia vi-
demus Collectorem ex ſtylo Curiæ
183 (qui quidē † attendendus eſt, c. q
trāslationē, de off. del. c. quā graui,
184 de crim. fal. cū ſim.) deputari † cū
facultate exercendi cēſuras, qđ inf.
latiùs proſequemur; huiuſmodi autē
185 facultas aper tè ſupponit † iuriſdi-
ctionem ordinariam, aut delegatā;
vt patet ex tex. in cap. 1. cap. præte-
rea, & cap. ex litteris, de off. deleg.
cap. cum ab Eccleſiarum, de of-
fic. ordin. cap. cum in Eccleſia, de
maior. & obed. eſtque communis
tam Theologorum in 4. ſenten. diſt.
18. vbi D. Thom. queſt. 2. art. 2. quàm
Canoniſtarum in d. iuribus, ex qui-
bus plurimos refert, & ſequitur Co-
uar. in relect. c. alma mater 1. par. §.
1. num. 1. & ſeqq. de ſent. excomm.
186 in 6. Eſt autem Collector † iudex
delegatus, non ordinarius, cum neq;
iuriſdictio eorum concurrat in om-
187 nibus cum ordinarijs, ſicut † iuriſ-
dictio Legatorum, iuxta tex. & quod
ibi tradunt Doct. in cap. 2. de offic.
Leg. lib. 6. & Specul. tit. de Legat. §.
nunc videndum, verſ. Legatus; licèt
impropriè Collectores vocentur
188 † Nuntij Sedis Apoſtolicæ, & gau-
deant certis priuilegijs, & honori-
bus, vt voluit Rot. d. deciſ. 12. de
præben. in no. neq; deputati ſint, aut
189 delegati † ad vniuerſitatem cau-
ſarum, ſed potiùs ad vnum nego-
tium decimarum, per ea, quæ not.
Bart. in l. 1. in fin. ff. quis, & a quo ap-
pell. Gloſ. in Clem. & ſi principalis
verſ. foraneo, de reſcript. Imol. &
Doct. in cap. quoniam Abbas, de off.
deleg. ſed ſi aliquam vniuerſitatem
habet, ea eſt perſonarum, non cau-
190 ſarum, quo caſu † cenſetur quis fa-
ctus iudex delegatus, non ordina-
rius, vt patet ex tex. in cap. vt offi-
cium, de hæret. in 6. cum alijs, de
quibus latè per Menoc. de præſump.
lib. 1. præſump. 16. num. 31. Accedit
& illud, quòd, ſicut delegatus poteſt
191 † compelli ad recipiendam dele-
gationem, c. paſtoralis, cum ibi no-
tat, de off. deleg. ita etiam Collecto
192 riæ officium conferri poteſt † in
inuitū, vt ſingulariter decidit Rot.
Rom. d. deciſ. 12. num. 1. de præben.
in no. quam etiam ſequutus eſt Caſ-
ſad. deciſ. vnic. nu. 4. ſub tit. de verb.
ſign. Opinio autem illa, quæ vult,
193 Collectorem ſolùm eſſe † negotio-
rum geſtorem, fortè procederet,
quando Collectores deputarentur
ſine facultate coercendi per cenſu-

 ras,

Digitized by Google

ras, prout hodie nullus deputatur; eademque ratione Subcollector, quãdo deputaretur, vt merus, ac nudus exactor, quod & Bellen. d. quæſt. 94. num. fin. adnotauit. Cæterum ex eo, quod ſupra admonuimus, & inferiùs latiùs oſtendemus, Collectorem habere facultatem exercendi cenſuras contra non ſoluentes, illud planè ſequitur, laicum non poſ-
194 ſe † eſſe Collectorem, quod in terminis tradidit, & latiùs probat Bellenz. d. tract. quæſt. 105. & poſt alios Dec. cap. decernimus, quod eſt 2. num. 191. & ſeq. de iud. laicus enim regulariter non eſt capax † iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, neq; poteſt cenſuras exercere, vt optimè, & fusè probat Couar. d. relect. cap. alma mater, 1. par. §. 11. num. 3. Abb. cap. 2. num. 5. de iudic. Hinc eſt, quòd communiter dicitur, laicum non
196 poſſe † eſſe Vicariũ Epiſcopi, quod tradit Abb. d. cap. 2. num. 9. & 12. vbi Felin. num. 6. Dec. num. 15. idem Abb. in cap. cum cauſam, num. 9. de elect. Franc. Marc. dec. Delph. 1001. in 1. par. & alij, quos referunt, & ſequuntur Bertach. tract. de Epiſc. tit. de vic. Epiſc. num. 14. Rebuf. in praxi benef. tit. de Vic. Epiſc. num. 14. Camil. Borel. in tract. de compromiſ. §. 2. Gl. 1. nu. 85. nouiſſimè Iac. Sbroz. in tract. de Vic. Epiſc. quæſt. 31. num. 2. & ſeqq. lib. 1. quãmuis for-
197 tè poſſet laicus † ex ſpeciali permiſſu Papę eſſe Vic. Epiſc. vt latè tradit Sbroz. d. quæſt. 31. num. 13. & duob. ſeqq. & cenſuras exercere, vt voluit Gloſ. in §. verùm, 32. diſt. & cap. bene quidem, 96. diſt. Abb. d. cap. 2. num. 6. de iudic. & cap. cauſam quæ, num. 3. de præſcript. quę ſequitur ibi Felin. num. 6. vbi quamplures alios ad id refert. Vnde poſſe etiam laicum ex certa ſcientia per Summum Pontificem deputari
198 † Collectorem cum iuriſdictione, & coerctione, voluit Bellen. d. quæſt. 105. num. 3. de quo ego in præſentia diſputare nõ intendo; illud verò nũc ſat nobis ſit, laicum regulariter non poſſe cenſuras exercere, atque adeo neq; Collectorem, aut Subcollectorem eſſe cum coerctione, ſed ſolùm merum, ac nudum exactorem
199 decimarum, quod bene poteſt † laico demandari, vt etiam adnotauit Bellenz. d. quæſt. 105. num. 2. & colligitur ex Butr. d. cap. 2. Archid. in cap. noua, 16. quæſt. 7. & Rom. conſ. 268. Illud demum circa qualitatem Collectoris adnotare lubet, eum
200 debere † trãſcendiſſe ætatis ſuę annum 18. niſi Papa ex certa ſcientia deputaret exiſtentem in inferiori ætate, aliàs deputatio cenſeretur ſubreptitia; ita in ſpecie Bellenz. d. tract. quæſt. 108. in princip. id probans per tex. à contrario ſenſu in cap. cum vigeſimum, de off. deleg. vbi id clariùs notarũt Abb. & Imol.
201 in † delegato, qualis eſt Collector, vt ſupra diximus. Immo debet eſ-
202 ſe ea perſona † qualificata iuxta tenorem cap. ſtatutum, §. 1. de reſcript. in 6. vt nimirum ſit vel conſtitutus in dignitate, vel Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, vel Officialis, Epiſcopi; Religioſus quoq; debet eſſe non ſimplex profeſſus, ſed qualificatus, puta Abbas, vel Prior Conuentualis, iuxta Clem. & ſi principalis, de reſcript. quod idem eſſet in
203 † Subcollectoribus eorum, quando eis tradita eſſet tota poteſtas competens

petens

petens ipſis Collectoribus, per tex. d. cap. ſtatutum, §. in nullo, ita tradit Bellenz. d. queſt. 108. num. 2.
204 & 3. ſecus vero eſſet† vbi tam Collector, quàm Subcollector deputatus ſolùm fuiſſet ad nudum miniſterium exactionis, vt not. Bellenz. d. num. 2. per ea, quæ tradunt Archid. & Gemin. d. §. in nullo.

Secunda Concluſio. Poteſt Col-
205 lector† ſine ſpeciali commiſſione Subcollectorem deputare; ita Bellenz. d. tract. quæſt. 106. in princip. poſt Rot. deciſ. 256. incip. item ſi Collector, in nou. quæ apud me eſt 265. ſeu 9. de offic. deleg. & incipit ſi Collector habẽs, in nou. Immo dicit
206 ibi Rot. ꝙ, ſi non fuerit † limitata facultas vnicum ſubſtituendi, poterit plures ſubſtituere, per text. in cap. 1. cum ibi not. de procur. in 6. quin etiam in caſu huiuſmodi limitationis, & reſtrictionis facultatis
207 concludit, poſſe† plures ſucceſſiuè Subcollectores ab eo cõſtitui; quod & ſequuntur ibi Add. & Bellenz. d.
208 quæſt. 106. num. 4. quàmuis † per vnius ſubſtitutionem eo caſu alter cenſeretur reuocatus, vt ibid. oſtendunt Rot. & Add. Ratio verò principalis concluſionis ea eſt; ſiue enim dicamus, Collectorem eſſe delegatum Papæ, vt ſupra oſtendimus, po-
209 terit † ſubdelegare vices ſuas, & ſubſtituere aliquam, l. à iudice, C. de iudic. & cap. ſuper quæſtionum, §. 1. & 2. de off. deleg. cum ſimil. ſiue etiam dicamus cum Rot. loc. cit. & alijs, eum eſſe negotiorum geſtorẽ, & procuratorem Cameræ Apoſtoli
210 cæ, tunc† etiam poterit, ſi is dicatur generalis procurator ad negotia, l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandauerit, ff. mand. l. 1. §. magiſtrum ff. de exercitor. l quicunq; §. fin. ff. de inſtitor. & cap. 1. in fin. de procur. in 6. ſed etiamſi dicamus, illum eſſe procuratorem ſpecialem ad limitatum effectum leuandi decimas beneficiorum, non ideo minùs poterit ſubſtituere, per ea, quæ tradit Bar. in l. fin. in fin. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & Bald. in l. quod quis, C. de procur. per tex. in cap. is, cui in 1. reſponſ. de procur. lib. 6. Prædictam autem concluſionem declara non procedere, vbi in deputatione
211 Collectoris Papa † apponeret aliqua verba, ex quibus colligeretur, electam fuiſſe induſtriam perſonæ;
212 vt, ſi diceret, † de tua prudentia vel circumſpectione pleniùs confidentes, vel ſimilia; tunc enim non poſſet Subcollectorem deputare, vt in ſpecie monet Bellen. d. quæſt. 106. num. 5. per ea, quæ de ſubdelegato tradunt Innoc. & Imol. in cap. final. de off. deleg. vbi textus ipſe in §. fin. diſponit, tunc non poſſe fieri ſubdelegationem, cùm electa eſt induſtria perſonæ; qđ idẽ de ꝓdictis verbis in ſubdelegato ſcripſerunt Andr. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſeru. 97. num. 6. & Menoch. d. tract. de præſump. lib. 2. præſumpt. 21. num. 17. & de arbit. iud. lib. 1. quæſt. 68. num. 11. idem quoq; eſſet, ſi Papa diceret, de fide & legalitate tua confidentes; tunc enim quoque electa eſſet induſtria perſonæ; Bellenz. d. quæſt. 106. num. 6. per ea, quæ de his verbis tradit Butr. conſ. 48. incipit, abſq; diffuſione, in fin. quod idem patet ex Menoch. d. num. 11. Immo idem putarem, ſi onerata fuiſſet conſcientia Collectoris, iuxta ea, quę latè

Digitized by Google

proſequitur Menoch. d. præſump. 21. num. 16. & d. quæſt. 68. num. 12. aut dictum fuiſſet, ipſe faciat, vel ſuis manibus, ſeu per te ipſum, vel perſonaliter cognoſcas, & facias; vel adſint verba geminata, maximè ex interuallo appoſita, per ea, quæ fusè, & optimè hac de re tradit Menoch. d. præſumpt. 21. num. 6. vſq; ad 16. In dubio autem non eſt dicendum, hoc caſu electam fuiſſe induſtriam perſonæ; neque enim puto, hoc magnum eſſe, & arduum negotium, in quo ea indu-
213 ſtria † electa eſſe videatur, iuxta doctrinam, Bald. in l. liberti, liberteq; colum. 10. verſic. quęro denuo, C. de oper. liber. Innoc. d. cap. fin. de offic. deleg. & Iaſ. in l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. num. 65. quem refert, & ſequitur Menoch. d. pręſump. 21. num. 4. & d. quęſt. 68. vbi alios recenſet, num. 15. quod & facit quęſt. 54. nu. 7. & 11. Nam,
214 licèt † arbitrio iudicis relinquatur, quodnam arduum negotium ſit, ita, vt induſtria perſonę electa cenſeatur, vt voluit Innoc. & Butr. d. cap. fin. & poſt alios Menoch. d. tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 205. num. 3. nullus tamen ęquus iudex arbitrabitur, id negotij arduum eſſe, cum decimas exigere, ac le-
215 uare † non ſit magnę induſtrię, ſed facilè poſſit per quemcunque fidelem fieri, vt etiam notauit Bellenz. d. quęſt. 106. num. 2. & 3. vbi optimè quoq; ſoluit quod de publico ſtipendio opponi poterat ex l. per hanc, C. de erog. mil. ann. lib. 12. An verò vbi plures Subcollectores deputantur, ille Subcollector, qui priùs deputatus fuit, non facta mentione de illo in deputatione ſecundi per talem deputationem
216 ſecundi Subcollectoris † cenſeatur reuocatus, & quomodo, pulchrè, & latè proſequitur Bellenz. d. tract. de charit. ſubſid. quęſt. 109. ita, vt ad eum te remittere ſufficiat. Illud tamen vnum te admonitum velim, quòd, dum refert abſolutè Rot. in ſuperiùs alleg. deciſ. 265. ſeu 9. de offic. deleg. in nou. & incipit, Si Collector habens, licèt perperam ipſe eam alleget deciſ. nimirum 267. in nou. & incipientem, Item Collector habens; dum, inquam refert Rot. eo loco tenentem, priorem Subcollectorem cenſeri reuocatum, id non aſſerit ſimpliciter Rot. ſed apertè loquitur in caſu, quo Collector habebat limitatam quoad hoc facultatem, vt nimirum non poſſet niſi vnum Subcollectorem in ſingulis ciuitatibus, ac diœceſibus conſtituere; quod patet ex eius deciſ. initio, cuius verba retulerat idem Bellen. q. 106. num. 4. Quando autem facultas Collectoris
217 tranſire poſſit ad ſucceſſorem in dignitate, colligi poteſt ex ijs, quę tradidit Menoch, d. q. 68. ferè per totam, ac tex. & Doct. in cap. quoniam. Abbas de off. deleg.

Tertia Concluſio. Facultas, &
218 & poteſtas Collectoris † probanda eſt per litteras, & non per teſtes. ita voluerunt Dom. de Rot. deciſ. mihi 10. de off. deleg. aliàs 266. incip. dixerunt, & cõcluſerũt, in nou. quàmuis eam aliter alleget Bellenz. d. tract. quæſt. 110. eandem opinionẽ ſequens, num. 1. adducit autem Rot. tex. in l. vnic. C. de mand. Princ. & c. cum in iure, de off. deleg. & in Extrau.

trau. Bonif. VIII. quæ incipit iniunctæ,& eſt 1.de elect.in commun.quę tamen loquitur non de deputatione,aut delegatione aliqua,ſed ſolùm
219 decernit, ne † Epiſcopi, alijue Prælati ad proprias Eccleſias accedant,in ijſque recipiantur ſine litteris prouiſionis,Bellenz. verò d. nu. 1.inter alia adducit text.& ibi Bart. in l.prohibitum,circa fin.ibi, cum litteris noſtris cognouerit,C.de iur. fiſc.lib.10. & l. i. quæ etiam vnica eſt,C. de ſuperindic.lib.eod. idem colligitur ex c.cũ in iure peritus,de off.del.latèq; tradit Maſcard. tract. de probat.concl.317.num.1.vol.1.
220 Quod idẽ procedit † in viro excelſo,vt patet ex Bar.in l. palatinos, C.de collat.fund.fiſcal. lib. 11. Abb. in c.cum olim, il 1. de priuil. cum alijs,quos ad id referunt,& ſequuntur Menoch. d. tract. de præſumpt. lib.2.præſumpt.15.num.4. vſque ad 9.& Bellenz.d.quæſt.110. num. 6. &
221 trib. ſeqq.dum illud probant, †de legato, etiam ſi perſona illuſtris ſit, & honeſta,non credi ſine litteris delegationis, vbi maximè agitur de præiudicio tertij, quod non exiguũ ſit;quod cum in caſu noſtro eueniat, optimè concludunt Bellenz. loc.cit. & Maſcard.d. concluſ. 317. num. 2. quòd,etiam circumſcripto ſtylo Curiæ,Collectori fides adhibenda non eſt ſine litteris deputationis.Hęc au
222 tem ipſa concluſio extenditur,†vt non probetur Collectoris facultas per tranſumpta litterarum, ſed per originalia : ita in ſpecie voluerunt Bellenz.d.tract. quæſt. 113. in princip.poſt Rom.conſ.336.circa primã conſultationem;num.5.& poſt alios Maſcard.d.concl.317. num. 6. pro quo optimè facit tex. in c. 1. de fid. inſtr. & l. ſancimus, C. de diuerſ. reſcr. canonizata in c.ſancimus,25. q.2.& Auth.ſi quis in aliquo, C. de
223 edend. quæ iura dicunt,† exhibenda eſſe originalia, non exemplaria.
224 Quod ipſum tẽpera,niſi aut† tranſſumptum fuiſſet nulla tunc lite pendente aliquod exemplum ſeruata forma tex.in c.fin.de fid.inſtr.vt per ea,quæ ibi, & d. Auth. ſi quis in aliquo,tradunt Doct. voluit in his terminis Bellenz.d.quæſt.113.num.3.&
225 4.aut ſumptum fuerit † ex regiſtris bullarum Papæ; per tale enim tranſumptum probaretur huiuſmodi facultas Collectoris ſaltem in Curia,vt in ſpecie tradunt Bellenz.d.q. 113.num.6.& ſeqq.Maſcard.d.concluſ.317.num.7. & 8. iuxta ea, quæ tradunt Dom.de Rot.deci.28.nota, ſumptum,de probat.aliàs, 621. in antiq.&alijs dec.de quibus per eos.

Declaratur verò hæc eadem 3. concluſio.Primò; vt non procedat,
226 quando Collector † eſſet deputatus ad colligẽdas decimas in Curia Romana, ſeu ab Eccleſijs illius vrbis, Papa ibi exiſtente; tunc enim talis deputatio poterit probari per teſtes,vt voluerunt Maſcard.d.concluſ.317.num. 9. & ſeqq. & Bellenz. d.q. 110.num.10.per ea, quæ tradũt Specul.tit.de probat.§.videndum, verſ.quid de Auditoribus,num.3.Archid.in c.nobiliſſimus,96.diſt.Rom. in l.ſciendum,colum.12.num.50. ff. de verb.oblig.Mil.in repertor. verbo probatio delegationis,& Fel. in c.cum in iure,nu.6.de off.deleg.Cuius rei ea ratio affertur, quoniam tunc ad ſummum Pontificem facilè quiſq; poteſt cõfugere. propter quã ratio-

Digitized by Google

rationem putarem, idem dicendum,
licèt deputatus fuerit Collector de-
cimarum in Romana Curia, & alibi;
dum enim Romæ colligit, ei adhibe
tur fides abſque litteris, ſolùm per
teſtes, ſicut de tranſumpto ſupra di-
ctum eſt. Secundò declaratur, vt for
227 tè non procedat, † vbi litteræ Col
lectoriç eſſent amiſſæ; tunc enim
per teſtes probari poterit tenor lit-
terarum deputationis, & earum
amiſſio, vt in ſpecie limitauit Ma-
ſcard. d.concl. 317.nu.11. & 12. per
228 ea, quæ de delegatione † tradidit; In
noc.in c.cum olim, il 1.de priuil.quē
ſequitur Rot.deciſ.21.num.7.de cō-
ceſſ.præbend. in nou. Bellam. deciſ.
595.& 611.& alij, quos ille refert; à
qua tamen ſententia diſceſſit Bel-
lenz.d.quæſt.110.num.9. quod ante
cum in delegato voluit Gloſ.d.c. cū
olim. Subcollectoris verò facultas
229 † bene probari poteſt per teſtes,
vt in terminis voluerunt Dom. de
Rot.d.deciſ.10.num.1.de off. deleg.
in nou. & ibi Add.licèt Compilator
230 contrarium ſentire videatur; ſed
idem tenent, & latè probāt Bellenz.
d.tract q.111.num.1. per totam, &
poſt alios Maſcard. d. concluſ. 317.
nu.15.& 16. Et ratio clara eſt, quo-
niam, cum hic caſus non reperiatur
exceptus, ſtabimus regulæ, quòd pa
231 rem † vim habeant in probatione
teſtes, & inſtrumenta, l. in exercen-
dis, C. de fid. inſtrum. cum ſimilib.
Alias rationes ad id adducit Bel-
232 lenz.d.q.111.vbi etiā probat † idē
eſſe, ſi Collector deputetur ſolùm
ad nudum miniſterium, vbi ſaltem
quæritur tantùm de præterito, an
quis fuerit Collector. Poterit etiam
probari d. Subcollectoris facultas
233 † per ſolas litteras Collectoris cū
eius ſigillo, ſine manu notarij, aut
ſubſcriptione teſtium; ita in ſpecie
docent Bellenz.d.tract.q.114.per to
tam, & Maſcard.d.concl.317. num.
3.id autem probatur ex ſingulari di
cto Inn. in c.quoniam contra, poſt
medium, de probat.quem ſequuntur
Archid.Io.An.& Gem.in c. ſi à dele
gato, de off.deleg.lib.6.Butr.in cap.
poſt ceſſionem, colum.2. de probat.
Do.de Rot.deciſ.17.nota, quòd non
creditur, de probation. aliàs 701.in
antiq.deciſ. 7. vtrum credatur, de
off. deleg. aliàs 574. in antiq. & de-
ciſ. 10. volerunt, & ordinauerunt,
verſ.contra primam concluſionem,
de prob. aliàs 348. in nou. qui om-
nes in eo conueniunt, ſubdelegatio-
234 nes † probari per ſola ſigilla dele
gatorum ſubdelegantium. Neq; ob-
ſtant tex. in d.c.quoniam contra, de
probat.& c.cum à nobis, de teſt. vt
optimè oſtendit Bellenz.d. q. 114.
num.2. vbi etiam probat, hanc con-
cluſionem omnino expeditam, & in-
dubitatam eſſe, ſi Subcollector depu
tetur tamquam nudus exactor, per
tex. in l. 1. ff. de procur. & Clem. 1.
eod. tit. eoq; caſu debet priùs litte-
ras recipere, quàm officium exer-
ceat; quod tamen indiſtinctè tradit
Maſcard.d.concluſ.317.num.5.

Illud demum in hac concluſione
de facultate Collectoris, ac Subcol
lectoris omittendum non eſt; quòd,
vbi de illorum deputatione nullate-
nus per litteras, aut per teſtes con-
235 ſtat, neq; etiam † ea poterit per
communem hominum exiſtimatio-
nem probari, iuxta tex. in l. Barba-
rius, ff.de offic.præt. vt in ſpecie vo-
luerunt, & ſatis probant Bellenz. d.

tract.

Digitized by Google

tract. q. 112. per totam, & Maſcard. d. concl. 317. num. 17. & duob. ſeqq. Ex eo autem maximè id probatur,
236 ſiue quia d. l. Barbarius, † non habeat locum in delegato, cum de ordinario loquatur, prout inter cæteros voluit Innoc. in c. cum dilecta, & c. ſciſcitatus, de reſcript. & alij, quos refert Anton. Gabr. com. concluſ. lib. 1. tit. de prob. concl. 8. n. 31. ſiue quia ibi ſupponitur deputatio, ſolùmq; aderat vitium, & inhabilitas in iudice; quomodo etiam ſoluuntur, l. ſi arbiter, C. de ſen. & interlocut. om. iud. & §. tua, verſ. verum, 3. quæſt. 7. qui etiam tex. loquūtur in delegato. Et hoc eſt, quod poſt Fel. d. c. cum dilecta, & c. ſciſcitatus, ac Pariſ. conſ. 136. volum. 4. voluit Gabr. d. concluſ. 8. num. 32. & 47. dum ait, d l. Barbarius, procedere, vbi adſit ſolum vitium perſonæ, non autem vitium reſcripti. Poſſet tamē diſpoſitio d. l. Barbarius locum habere quotieſcumque gerit quis ſe pro Collectore in prouincia, in qua eſſet Camerarius, vel ſummus Pontifex, aut alius habens facultatem deputandi talem collectorem, vel quis ſe gereret pro Subcollectore in prouincia, in qua eſſet Collector; ex quo enim Superior, ad quē ſpectat, veriſimiliter ſcit, & illum ſuſtinet, geſta per eū ſuſtinentur, & valēt, prout ex not. per Iaſ. d. l. Barbarius, num. 5. Gondeſal. in tract. de Legat. 1. par. q. 6. in fine, & alios, in his terminis optimè tuetur Maſcard. d. concluſ. 317. num. 20. & ſeqq.

Quarta Concluſio. Poteſt Colle-
237 ctor † excommunicare, ſuſpendere, & interdicere non ſoluentes decimas; ita in ſpecie tradit Bellenz. d. tract. de char. ſubſid. quæſt. 45. & probatur ex eo, quoniam Collector eſt delegatus, vt ſuperiùs hac ipſa quæſt. concl. 1. oſtendimus; delega-
238 tus autem poteſt † cenſuras exercere, vt eſt tex. in c. præterea, & cap. ex litteris, de off. deleg. vbi id not. Doct. & in capit. 2. eod. tit. in 6. Bal. l. nulli, C. de ſen. & interloc. om. iud. ſed. mihi videtur hæc concluſio optimè in terminis probari in ſæpius cit. Extrau. vn. Bonif. verſ. ſuper his autē, de decim. in cōmun. dū ibi dicitur, ſuper his autē fiet cōpulſio per cenſuram Eccleſiaſticam, prout nobis, & illi, cui hoc committendum duxerimus, viſum fuerit expedire: proferatur autem, ſi expediens viſum fuerit, excommunicatio generaliter, vel ſpecialiter in eos, qui in ſolutione decimæ, vel ſuorum æſtimatione prouentuum, cùm fuerit facienda, fraudem, vel malitiam ſcienter duxerint adhibendā: hæc Bonif. In perſonis tamen Epi-
239 ſcoporum ſeruare debet † modeſtiam, de qua in c. quia Pontificali, quod eſt 2. de off. deleg. lib. 6. vt nimirum, priùs eis ingreſſus Eccleſiæ interdicatur, vel Sacerdotale miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendātur, ac ſubſequenter contra eos aggrauetur cenſura Eccleſiaſtica; atq; ita in hac ſpecie monet Bellenz. d. q. 95. quinimmo, cùm de quantitate ſolùm, & æſtimatione fructuum agitur circa ſolutionem decimæ, tā Epiſcopi, quàm Abbates, cæteræq; perſonæ Eccleſiaſticæ honorabiles
240 non ſuſpectæ † propriæ conſcientiæ relinquuntur; ita, quòd ſufficiat quoad tales excōmunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſoluētes, vel

vel ſcienter adhibentes fraudem, vel maliriam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter proferetur, prout diſponit in d.Extrau. vn.verſ. Epiſcopi autem,& Abbates;cum ta-
241 men † alij,quos præuijs informationibus, & inquiſitionibus conſtiterit,minùs debito ſoluiſſe,ſpecialiter excommunicari poſſint, vt in ead. Extrau. habetur verſ.prox.præced. incip.ſed ſi ex probabilibus. Quod verò diximus de interdicto, intelli-
242 gendum eſt † de ſpeciali, hoc eſt, certæ Eccleſiæ, non autem generali alicuius villæ, vt in hac ſpecie voluit Bellenz. d. tract.quæſt.25.num. 1.& quæſt. 95. num.3. & 4.prohibitum enim eſt,immo nullum interdi-
243 ctum generale † contra ciuitatē, caſtrum, aut alium locum latum auctoritate ordinaria, ſeu delegata pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis pecuniæ quantitate, eò maximè, quia eorum locorum domini, aut incolæ ſingulares perſonæ intra ſtatutum terminum huiuſmodi debitum non perſoluunt, vt latiùs cauetur in Extrau. Bonif.VIII.quæ incipit,prouidè attendentes, & eſt 2. de ſen.excom.in comm.id quod etiam notant, & latiùs proſequuntur Io. An.& Gemin. in cap. præſenti, de ſent. excom. in 6. & Io. Calder. in tract.de interd. Eccleſ. verſ. ſi quæratur,an vacante, & verſ.item quę-
244 ro,an Extrau. Poterit tamen † illud interdictum generale ferri, ſi priùs lata fuit ſententia excommunicationis in ſingulares perſonas,& ea cōtempta fuit, vt tradit Bellenz. d.quæſt.25.nu.4.cauſa enim interdicti generalis immediata, & propin-
245 qua eſt † contemptus excommunicationis, vt optimè adnotauit Cald. conſ. 8. Epiſcopus interdicit, de ſent. excom. Quomodo verò fa-
246 cienda ſit monitio † Clero,vel collegio,quādo Collector vult decimā
247 exigere,& quomodo† contra non ſoluentes promulganda ſit generalis ſententia,colligitur ex d.Extrau. vn. de decim.verſ. ſed ſi ex probabilius,& verſ. volumus quoq; latiuſq; proſequitur Bellenz.d.tract.q. 100. & duabus ſeqq. Poterit quoque
248 † Collector aliter mulctare non ſoluentes decimas; licèt Subcollector non tantam pœnam imponere
249 poſſit,† ſicut Collector, vt in hac ſpecie reſoluit Bellenz.d.tract.q.96. per ea,quæ de delegato, & ſubdelegato tradunt Innoc.Hoſt.& Butr. in c.1.de off.deleg.Gloſ.& Innoc. in c. paſtoralis,§.fin.eod. tit. & communiter Doct. ex quibus pleroſq; idem Bellenz.refert. Non tamen credo,
250 quòd † poterit Collector beneficijs priuare non ſoluentem, prout in delegato ſentit Hoſt.in c.pro humanis, de homic.in 6.licèt contrarium ſentiat Innoc.in c. quia diuerſitatem,de conceſſ.præbend. Quin etiam poſſunt non ſoluentes deci-
251 mas † capi perſonaliter, vt in terminis tradit, & optimè probat Bellenz. d. tract. quæſt. 98. quod idem
252 erit † in Rectoribus vniuerſitatū, & capitibus Collegiorum pro ſuis Collegijs, vt idem met Bellenz. adnotauit d.tract.quæſt.99.per tex. in l.1.in prin. ff. de muner. & honor. & ea,quæ tradunt Bart.in l.4.§.actor, ff.de re iudic. & Bal.in l.etiam, col. 5.C.de execut.rei iud. & l. 1. §. quibus,ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nom. Secus verò eſſet in hoc vtroq; caſu, vbi

Digitized by Google

253 vbi beneficiati, ſeu iſti Rectores† eſſent Doctores actu legentes, prout de beneficiatis voluit Bellenz. d. quæſt. 98. num. 7. iuxta doctrinam Bart. in l. Medicos, per illum textum, C. de profeſſorib. & Medic. lib. 10. Neq; etiam poterit Colle
254 ctor † inuocare brachium ſeculare contra non ſoluentes decimã, ſine ſpeciali commiſſione, & mandato Sedis Apoſtolicæ, prout habetur in d. Extrauag. vn. verſic. prouiſo hactenus, in fin. quod etiam not. Bellen. d. tract. quæſt. 97. num. 1. Card. d. Clem. ſin. quæſt. 16. de decim. Imol. num. 13. quàmuis alioqui de iure
255 communi † tamquam delegatus id poſſet, vt latè, & optimè probat Bellenz. d. num. 1. de quo not. in cap. 1. de off. ord. cap. ſi quando, & cap. ſignificaſti, de off. deleg. & cap. cum non ab homine, de iudic. cum ſimil.

Quinta Concluſio. Collector non poteſt in exactione decimæ loco pi-
256 gnoris, vel aliàs † capere vaſa ſacra, paramenta, libros, & alia ad cultum diuinum deputata; ita per tex. in d. Clem. ſin. quæ incipit, beneficiorum, de decim. notauit ibi Gloſ. Card. Imol. & cæteri, Bellenz. d. tract. quæſt. 15. num. 3. & quæſt. 88. 91. & 93. num. 1. quæ tamen Clem. ſolùm loquitur, vbi decima beneficiorum alicui per Papam conceditur; ſed idem habemus in d. Extrau. vn. verſ. vlt. cuius hæc ſunt verba; quodq; ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaq; bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel ad priuilegia Eccleſiarum, & Monaſteriorum, aliorumq; locorum Eccleſiaſticorum ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. quod
257 idem fortè dicendum erit † in ijs, quæ ſunt promiſcuo vſui deputata, prout eſſet liber, quo Sacerdos & domi, & in Eccleſia vtitur, & ſimilia; neq; enim ea capi poſſunt in pignus, vt voluit Bellen. d. quæſt. 93.
258 quoniam magis † dignum trahit ad ſe minùs dignum, cap. quod in dubijs, de conſec. Eccleſ. vel altar. & cap. vnic. eod. tit. in 6. cum ſimil. & per alia, de quibus ibi per eum. Illa ſanè hac in re certa ſunt, & omnino notanda, quæ hic ordine lubet
259 ſubijcere. Primò, non poſſe † huiuſmodi vaſa ſacra, & ornamenta diuino cultui dedicata, de quibus antea diximus, etiam a ſponte dantibus pignori accipi, prout ex d. Clem. ſin. colligit ibid. Paul. Leaz. quem ſequitur Bellenz. d. tract. q. 89. Secundò, quòd, ſi nihilominus Collector vult capere huiuſmodi res ſacras, quas notorium ſit eſſe
260 diuinis officijs deputatas, † poſſit ei ſaltem poſt appellationem violenter reſiſti, vt latè, & optimè probat Bellenz. d. tract. quæſt. 90. quomodo poſſunt intelligi Paul. & Card. d. Clem. ſin. quæſt. 15. & alij quotquot abſolutè dixerunt, poſſe Collectori huiuſmodi res capienti reſiſti. quo
261 etiam caſu, ſi Collector ferat † excommunicationem, aliaſue cenſuras contra non exhibentes huiuſmodi res, erunt illæ cenſuræ nullæ ipſo iure, vt optimè voluit Paul. & Card. loc. cit. oſtenditq; Bellenz. d. tractat. quæſt. 24. ac not. Gig. tract. de penſ. Eccleſ. quæſt. 60. num. 3. & colligitur ex Abb. in cap. 1. de re

Digitized by Google

262 iud. quinimmo in† caſu huius noto rietatis poterit Collector puniri ab Ordinario ratione notorij delicti, vt latè, & optimè probat Bellen. d. tract. quæſt. 91. per ea, quæ tradit Cyn. Petr. & Bald. in Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. Gloſ. vlt. vbi Butr. & Abb. in cap. fin. de reſcript. & per alia, de quibus ibi per Bellenz. qui etiam quæſt. ſequenti optimè declarat, quomodo arbitraria pœna is affici poterit, iuxta qualitatem delicti; pulchrè diſtinguendo de rebus conſecratis, & benedictis, & non conſecratis, aut benedictis; & vtrum actu ſint deputatæ, vel ſolùm deſtinatæ cultui diuino: quod etiam facit quæſt. 88.

Sexta Concluſio. Poteſt Colle-
263 ctor decimæ† liberare, & quietare eos, qui ſoluerunt decimam etiam ſine ſpeciali mandato; ita Bellenz. d. tract. quæſt. 103. num. 1. ſatis enim id includitur in mādato ad recipiendum, iuxta tex. & ibi Bald. in l. abſtulit, C. de nouat. & in l. ſi debitorem, ff. eod. Immo poterit etiam liberare eos, qui non ſoluerunt, & confiteri ſe ab eis recepiſſe, vbi maximè mandatum ſit ad recipiendum, & confitendum, vt ex ſententia Ang. & Imo. in l. a Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic. Bald. Salic. Fulg. Caſtr. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. & communi reſoluit Bellenz. d. tract. quęſt. 104. num. 1. qui etiam num. 2. idem probat, vbi non adſit verbum, confitendum, ſed ſolum, quietandum, num. verò 3. & 4. id limitat procedere, vbi Collector ſit ſoluendo, aliàs ſecus, der tradita ab Ang. & Imol. d. §. ſed ſi emptor, & alijs: d. verò quæſt. 103. per text. in l. ſicut datam, C. de lib. ca. & ibi Bald. & alios probat,
264 teneri† Collectorem ſoluentibus, ſi illud petant, inſtrumentum liberationis facere.

Septima & vltima Concluſio. In
265 exactione decimę† proceditur executiuè, & incipitur a præcepto; propoſito enim edicto, & generali monitione, vt termino tot dierum debeant tam ſingulares perſonę, quàm Collegia ſoluiſſe, ſi non ſoluerint, poterit in eos ferri cenſnra, vt colligitur ex d. Extrauag. vnic. verſ. ſed ſi ex probabilibus, & verſ. volumus quoq; & in ſubſidio charitatiuo latè probat Bellenz. d. tract. quæſt. 15. num. 1. poſt Rot. deciſ. 425. incipit, item extra Rotam, in no. ſed mihi eſt 19. de dol. & contum. alias 444. in nou. & incipit extra Rotam, vbi
266 etiam tradit Rot. quando † audiatur allegans, & probare volens ignorantiam edicti. In decima verò Papali id patet ex latè traditis per Bellenz. d. tract. quæſt. 100. & duab. ſeqq. ad quem te remitto, ne illius dicta, aut verba transcribere vi-
267 dear. Poterit tamen † appellari a Collectore multis ſaltem in caſibus, prout in charitatiuo ſubſidio latè oſtendunt Bellen. d. tract. quæſt. 55. & Remig. qui totam eam quæſtionem etiam refert, & ſequitur in ſimil. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 52. In decima verò Papali admittit idem Bellenz. d. quæſt. 55. num 8. & quæſt. 90. num. 1. Primus autem ca-
268 ſus † eſſe poteſt, ſi nimis breuem terminum ſtatuat ad ſoluēdum, iuxta textum ſing. in cap. 1. de dilat. & Gloſ. in cap. ex litteris, verb. infra tri-

Digitized by Google

duum de conſt. cũ ſimilib. Secũdus,
269 † vbi Collector capit pignoris loco res, quas notorium eſt eſſe ſacras, & diuino cultui deputatas, vt in ſpecie voluit Bellenz.d.quæſt.90. num.1.& nos ſupra ſemel admonui-
270 mus. Tertius, † ſi quis nimium grauetur, quia multi impetrarunt exemptionem, neque alter de alterius exemptione, ac priuilegio mentionem fecit in impetratione, & reliquis, aut eorum aliquibus huiuſmodi exemptioné ſubreptionis opponentibus, Collector eam reijcit, iuxta ea, quę latè ſuperiùs tradidimus, quæſt.3.concl.7. Quartus, ſi a priuilegiatis priuilegium allegan-
271 tibus, † Collector decimam exigat; niſi velimus tunc proceſſum, & ſententiam ſuperinde ſecutam, nullam eſſe, per ea, quæ latè tradunt Cald. conſ.9.de ſenten.excommun.Gig.de penſion.quæſt.60. Bellen.d.tract.quæſt.24.& nos ſup.q.3. concl.2.& 3.

Quòd ſi pro complemento huius materiæ quæratur; An, vbi exactio hæc, vel ſolutio decimæ Papalis in iudicium deducatur, ſummariè tractari poſſit, iuxta diſpoſitionem Clem. diſpendioſam, de iudic. & formam Clem. ſæpe, de verbor. ſignific. Reſpondeo, diſtinguendum eſſe. Vel enim quæſtio eſt inter Clericũ, qui ſoluere debet, & illum, cui Papa decimam beneficiorum conceſſit;
272 & tunc † res & cauſa agitur plenariè; in his terminis loquitur Gloſ. d.Clem.diſpendioſam, ver.decimis, de iudic. quam ibi ſequitur Paul. Card.Imol.& cæteri, idem Card. d. Clem.fin.quæſt.2.Imol.num. 3. de decim. cuius tamen contrarium tenuit ibi Steph. Probant autem illi ſuam ſententiam; tum, quia hæc decima non eſt certa quota, cap.fin.de vot. tum quia illa Clem. diſpendioſam, exorbitat a iure, vnde eſt reſtringenda, cap.quæ a iure, de reg. iur.in 6.cũ ſimil. tum quia ad huius decimę prꝗſtationé nõ põt Clericus eo caſu cogi per cenſuram Eccleſiaſticam præuia ſola monitione; cum id ſolùm locum habeat, cùm per Papam exigitur: quod tamen requiritur in d. Clem. diſpendioſam, ad hoc, vt decimarum cauſa tractari poſſit, ac debeat ſummariè. Vel eſt quæſtio inter duos Clericos, puta titularem, & penſionarium, ſeu Vicarium, quia eorum aliquis ſoluit,
273 ac vult repetere: & tunc idem † dicendum puto, propter eaſdem rationes. Vel demum quæſtio eſt inter Papam, vel Cameram, ſeu Collectorem, & Clericum: & tũc dicerem,
274 cauſam † eſſe ſummariè tractandam, quicquid in contrarium voluerit Bellenz.d.tract.de charit. ſubſid. quæſt.39. tum quòd ita ſentire videtur inter alios Steph. d. Clem. fin. de decim. tum quòd tunc poteſt fieri coactio Clerici ad ſoluendum, per cenſuram Eccleſiaſticam, vt ſupra concluſ.4 latè oſtendimus: tum per tex.in l.publicas, C. de fer.& l. nequicquam §. de plano, ff. de offic. proconſ.iunctis alijs, quibus non ſatisfacit Bellenz.d.quæſt.39.num. 1.
275 &2.tum quia in † exactionibus functionum fiſcalium, tributorum, & collectarum ſummariè proceditur, vt poſt Bald.conſ.433.incipit, licèt, &c. vol. 3. tradit Marant. in Spec.

Digitized by Google

aur.p.4.tit.de iudic.Mercat.nu.181. tum demum, quia tunc res non pa-
276 titur dilationem, ideoq; † poteſt ſummariè tractari, iuxta ea, quæ de alimentis tradit Bellen. d.quæſt.39. num.3.& 4.latè Aſin.in prax. iudic. §.3.cap.31.num.6. & Surd. in tract. de alimen.tit.8. priuil. 2. num. 1. & ſeqq. Ex quibus etiam, iunctis ijs, quæ tradit Tiraq.de priuil.piæ cauſæ, priuil.153. probabile mihi redditur, regulariter appellationem non admitti in harum decimarum exactione.

Atq; ex his finis ſit huic noſtro breui Tractatui de Decimis Spiritualibus, & Papalibus, ad laudem omnipotentis Dei eiusq; genitricis, ac perpetuę Virginis Marię. Quęcunque autem in eo ſcripſimus, cuiuſuis rectiùs ſentientis, ac S. Romanæ Eccleſiæ iudicio libenter ſubijcimus.

Io. Petrus Moneta.

FINIS TRACTATVS DE DECIMIS.

Digitized by Google

IO. PETRI MONETAE MEDIOLANENSIS CLERICI REGVL. S. PAVLI.

TRACTATVS DE OPTIONE CANONICA.

DE Canonica Optione,ſeu Iure Optandi,qua fieri poterit facilitate,ac breuiate, Deo iuuante acturi, qua de re nemo,quem viderim, hucuſque tractatũ edidit; eundem planè ordinem ſequemur, quo, vbi de Decimis agitur, vſi ſumus. Hanc enim tractationẽ in octo capita, quæ deinde ſingula in plurimas,eaſq; vtiles quæſtiones, ſuperflua quęque reſecãdo,diſtinguemus.

Primò ergo videbimus, Quid ſit Optio.

Secundò, Quo iure introducta ſit Optio.

Tertiò,Quibus in rebus,ac beneficijs locum habeat ius optandi.

Quartò, Quinam optare poſſint.

Quintò,de Modo optandi.

Sextò,de Tempore Optionis, ſeu quando optandum ſit.

Septimò, De præcipuis Optionis effectibus.

Octauò, & poſtremò, Quomodo tollatur Optio,ſeu ius optandi.

SVMMAE RERVM.

1 *Significationes variæ huius nominis Optio, remiſſiuè.*

2 *Optare,ſumitur pro,deſiderare. Item pro, eligere; num. 3. & 8. Et hoc vtroque modo ſumptũ dedu*

citur

Digitized by Google

citur a verbo Greco ὀπτῶ; num. 4.

5 *Optio de duobus dicitur, electio de pluribus. Et alia differẽtia vtriuſque, remiſſiuè; num. 6.*

7 *Optionis nomen aliquando de pluribus dicitur.*

9 *Optio noſtra Canonica dicitur. & Optatio; num. ſeq.*

10 *Optionis Canonica nomen vnde dicatur.*

11 *Etymologia dat proprium verbis intellectum. & ab ea ſumptum argumentum optimè in iure procedit; num. 12.*

13 *Definitio Optionis Canonicæ.*

14 *Iuris nomen in definitione Optionis ſumitur pro legitima poteſtate aliquid agendi.*

15 *Ius ad rem, aut in re, an, & quando per Optionem tribuatur.*

16 *Ius optandi ſolum competit Eccleſiis Collegiatis, Religioſisq; Collegijs. & vt Collegium conſtituunt, non vt ſingularibus perſonis; nu. 17. & ſeq.*

18 *Ius optandi cedit ad commodum, & decus totius Collegij.*

19 *Ius optandi non eſt in omnibus Eccleſiis. neque ijs competit de iure communi; num. 20.*

21 *Conſuetudine, & ſtatuto induci poteſt ius optandi.*

22 *Optio gradatim fit; & hoc pluribus modis accidit; cum num. ſeq.*

24 *Præbenda per optionem dimiſſa vacare dicitur.*

25 *Præbenda non vacans optari poteſt ex ſpeciali conſuetudine, regulariter verò non poteſt; num. 26.*

27 *Optio coactè non fit, ſed voluntariè.*

28 *Præbenda dimiſſa non poteſt ſimul retineri cum optata.*

29 *Stallum quis optare non poteſt, non optata etiam præbenda, ſeu propria non dimiſſa.*

30 *Præbendæ reſeruatæ optari non poſſunt.*

31 *Optio intra quod tempus fieri debeat; & an illud tempus poſſit mutari, remiſſiuè.*

32 *Optionis vnica eſt ſpecies ſubſtantialis, plures tamen accidentales. Alia enim eſt, quæ conſuetudine inducitur, alia quæ ſtatuto; num. 33. Item alia beneficiorum ſpectantium ad Pontificis collationem, alia ſpectantium ad Ordinarij prouiſionem; num. 34.*

Optio alia Canonicorum, alia Manſionariorum, alia Equitum, alia S.R.E. Cardinalium.

Quid ſit Optio. Cap. I.

QVAERO PRIMO, Vnde dicatur Optio.

1 Omiſſis varijs † ſignificationibus huius nominis, Opto, & Optio, de quibus inter ceteros Rebuf. in l. alienationis verbum, verſ. aut optionem intra certum tempus, ff. de verb. ſig. Cuiacius, & alij in rub. ff. de optio. vel elect. leg. Ant. Nebriſſen. in ſuo vocab. vtriuſq; iur. verbo, Optio. Hiero. Verrut. in Lexic. Iuris, ver. Optiones. Catel. Cott. in Memor. ver. Optio: præcipuæ illæ duæ

2 ſunt, vt vel ſumatur † pro deſiderare, ſeu cupere, quod commune eſt, ac vulgare, & paſſim vſurpatur; vel

3 pro eligere, † ſeu electione, vt probatur in l. his conſequenter, in princip. ff. famil. hercisc. §. Optionis, Inſtit. de legat. l. 2. l. mancipiorum, & to-

to

in tit. ff. de opt. vel elect. leg. & his duabus ſignificationibus ſumptum
4 fortè † deducitur hoc nomen a verbo Greco ὄπτω, hoc eſt, video; qui enim aliquid eligit, videre debet, quod elegit, & an expediat illud, vel alterum eligere; rurſus, qui aliquid cupit, vel priùs id vidit, vel quamprimum videre deſiderat. Et quàmuis quidam putent, electionem ea in re
5 ab optione differre, quòd optio † de duobus dicatur, electio verò de pluribus, l. 3. §. item optare, ff. ad exhibēd. prout refert Rebuf. loc. cit. & Cuiac. alijq; d. rubr. ff. de opt. vel elect.
6 & alias differētias ſtatuāt † inter optionē, & electionē, quas apud eos videas. tamē & optio † aliquādo in pluribus fit, vt d. l. 2. & l. mancipiorū, ff. de opt. leg. & d. l. his cōſequenter, ff. fam. herciſc. & l. de eo. §. item ſi ei, ff. ad exhib. & optionem promiſcuè
8 capi † pro electione auctor eſt Alciat. d. l. alienationis, in verbo optionem, & optimè oſtendit Rebuf. in loc. alleg. Vt igitur ad rem noſtram propiùs accedamus, noſtræ huius Optionis nomen, quam iure optimo
9 † Canonicam cum Rebuf. & alijs vocare poſſumus, ab vtraque illa huius
10 nominis ſignificatione † ducere poſſumus; hoc enim ius eſt eligendi præbendam vacantē, vt infra ſuo loco dicemus; ideoq; ea optatur, ſeu eligitur, quia deſideratur; quod enim priùs mente optauimus, re ipſa eligimus, vt inquit Alciat. vbi ſupra. quare huius iuris exercitium non abs re aliqui optationem vocant, vt patet inter cæteros ex Gemin. in c. fin. de conſuet. in 6. qui textus ſedes eſt huius materiæ. Libenter autem huius nominis originem latiùs fortaſſe, quàm par eſſe videretur, proſecuti ſumus, quoniam etymologia
11 dat † proprium verbis intellectum, vt colligere eſt ex cap. forus, de verb. ſign. l. tugurij, l. notionem, l. vt Alphenus, & l. pupillus, §. territorium, cum vtrobiq; not. per Gloſ. ff. de verb. ſig. & notat Bart. in repet. l. omnes populi, q. 6. princip. ff. de iuſt. & iur. Abb. in proœm. Decretal. num. 8. alijq; DD. paſſim Et argu-
12 mentū ab etymologia nominis † optimè in iure procedit, Bart. Bald. Imol. Alber. & alij in rubr. ff. ſolut. matr. Abb. Imol. & Canon. in c. cū ſecundùm Apoſtolum, de præben. & latè, optimeq; comprobat Euerard. in ſuis topic. iur. in loc. ab Etymol. num. 3. & ſeqq. & Io. Bellon. in Argument. leg. cap. 1. num. 1. & 2.

QVAERO SECVNDO de Definitione Optionis.

Reſpondeo; quòd Optio, ſeu Ius hoc optādi, licèt a nemine, quē hucuſq; viderim, definitū fuerit; tamen tum ex tex. in d. c. fi. de cōſuetud. in 6. quā ex ijs, quæ tū ibi, tū alibi tradunt DD. congruè ſic definiri poſſe videtur,
13 quòd ſit † Ius quoddam Capitulo, ſeu Collegiali alicui Eccleſiæ, ex conſuetudine, vel ſtatuto competens, vt antiquiores gradatim vacantem præbendam, quæ reſeruata non ſit, propria dimiſſa, intra certum tempus eligere poſſint.

Quæ definitio, quoniam non congrua modò, ſed etiam, ni fallor, perfecta eſt, ſola indiget declaratione.

Dixi ergo, eſſe ius quoddam, hoc
14 eſt, † legitima poteſtas, prout ſumitur in l. 1. in princip. ff. de tutel. & Inſtit. de iur. natur. in princ. cum ſimilib. & tradunt Io. And. & alij Canon.

non.in rubr.de reg. iur. in 6. Iuriſtæ
in rub. ff. de iuſt. & iur. Rebuſ. in l.
verbis legis,ff. de verb. ſignif. poni-
turque,ius,loco generis remoti, ius
15 inquam † ad rem, vt in ſpecie vo-
luit Gomeſ. in reg. de non toll. iur.
quæſ. quæſt. 1. verſ. ſeptimus mo-
dus acquirendi, Thom. Zerol. in
Prax. Epiſc. verbo,Canonia,verſic.
ad ſeptimũ,Nauar.in Man. Confeſſ.
c.23. nu. 100. verſic. Tertiò, quòd
permutatio,Add.ad Rot.deciſ. 3.de
conſuet. in nou. poſt Aene. Falcon.
tract.de reſeruat.benef.quæſt. 4. ef-
fect. 47. num. 4. & 9. quod tamen
intelligendum eſt de toto Capitulo
& Eccleſia; nam ſingulis puto non
acquiri ius ad rem,niſi eueniente ca-
ſu optionis, hoc eſt, præbenda iam
vacante,prout poſt hæc ſcripta re-
peri ferè omnes Doct. prædictos in-
telligi à Gonzal. in Commentar.
reg.8.Cãc.Gloſ.34.nu.126. ſeq.vbi
etiam ad id in ſpecie allegat Put.de
ciſ.235.lib. 2. & præterea requirit
acceptationem,per ea,quæ idem tra
dit eadem Gloſ. 34. num.176. Gloſ.
26.nu.20.& Gloſ. 9. & ſeqq. nu.88.
per ipſam verò optionem actualiter
ſubſecutã cenſeo acquiri ius in re,&
nõ ſolùm ad rem,cũ tunc aliud non
requiratur, niſi fortè ad ſummum
apprehenſio poſſeſſionis, quæ iam
ſupponit ius in beneficio, ſeu præ-
benda,vt inferiùs dicam cap.5.q.3.
concl. 2.pro quo etiam facit cap. ſi
tibi abſenti, cum ibi not. de præ-
bend. in 6. ſicque conciliari poſ-
ſunt contrariæ hac in re opiniones:
quod enim per optionem acquira-
tur ius in re,prẹter Petr. Vbal.tract.
de permut. benef.num. 96.& 97.vo
luit idem Falcon.d.quæſt.4.effect.5.
num.3.poſt Petr.de Peruſ.tract.de
permut. benef. vlt. par. quæſt. fin.
col.2.& apertè colligitur ex Rebuf.
tract.de pacif. poſſeſſ.num.141.Sub
ditur deinde in definitione,Capitu-
lo, ſeu collegiali Eccleſiæ cõpetens,
eſtque pro genere proximo,ſeu pro
xima differentia generica, vti lo-
quuntur Dialectici, vt diſtinguatur
ab alijs iuribus competentibus per
ſonis profanis,& priuatis; conuenit
16 enim hoc ius † ſolùm Capitulis, et
Eccleſijs Collegiatis, religioſiſq;
Collegijs, vt colligere eſt ex ipſo
tex. in d. cap. cum in tua, quod eſt
fin. de conſuet. in 6. et ijs, quæ ibi
17 tradunt DD. neque Canónicis,† vt
ſingulares perſonæ ſunt, ſed vt Ca-
pitulum conſtituunt, competit hoc
ius; tum quia à maiori parte Cano
nicorum ſit, fieriq; ſolet optio; tùm
18 quia ius hoc cedit † ad commodũ,
ac decus totius Eccleſiæ,& Capitu-
li:tum demum,quia tam a Pontifice
in d.c.fin. quàm Doct. ibi, ius iſtud
optandi nunc conſuetudo,nunc pri-
uilegium,nunc ſtatutum Eccleſię vo
catur;cum maximè ſtatuta condere
ad totum Capitulum, vt Capitulum
eſt,ſaltem vnà cum Epiſcopo,ſpecta
re noſcatur, iuxta ea, quæ tradunt
Doct.in c.cum omnes, de conſtit. &
in cap. 1.eod.tit.in 6.Ius igitur hoc
in actu primo, vt cum Philoſophis
loquar,ſeu in potentia proxima cõ-
uenit ipſi Capitulo, & Collegio,qua
ſique in eo radicatur;in actu verò ſe
cundo, ſeu exercitium eiuſdem iuris
optandi competit ipſis perſonis de
Collegio non quidem tamquam pri
uatis Clericis;(ſic enim omnes Cle-
rici optare poſſent,quod falſum eſſe
conſtat ex d.cap. fin.)ſed tamquam
ſingu-

Digitized by Google

ſingularibus perſonis eiuſdem Ca-
pituli, ſeu Collegialis Eccleſiæ. Dixi
prætereain definitione (alicui Ec-
20 cleſiæ) quoniam † neq; in omnibus
Eccleſijs extat ſtatutũ hoc, ſeu cõ-
ſuetudo optandi, neque illis de iure
20 communi † competit hoc ius, vt pa
tet ex tex. d. cap. fin. & notant ibi
communiter Doct. Additur deinde,
(ex cõſuetudine, vel ſtatuto) quoniã
21 vtroque modo induci poteſt † hoc
ius, vt infra cap. ſeq. oſtendemus, q.
2. & 3. Subijcitur autem (vt antiquio
res gradatim eligere poſſint vacan-
tem præbendam;) quæ omnia habẽ-
21 tur in tex. & dicitur, gradatim, † non
modò, quia primò antiquior muta-
re ſuã, ſeu optare poſſit vacãtẽ præ
bendam; isq; ante iuniorem omnino
ſit admittendus; &, ſi nolit primus,
poſſit ſecundus, & nolente ſecundo,
tertius, & ſic de ſingulis; vt exponit
ibi Gloſ. & alij; ſed etiam, quia, ſi
23 primus optet † vacantem præben-
dam, poſſit ſecundus optare præben
dam dimiſſam a primo, & tertius di-
miſſam a ſecundo, & ſic de ceteris:
quod etiam innuit poſtea text. dum
dicit, & illa, quæ optata non fuerit,
erit illi, pro quo ſcripſimus; confe-
renda: nam & præbendæ dimiſſæ
24 per optionem alterius vacare † quo
dammodo, licèt forſan non ita pro-
priè, dici poſſunt, vt etiam voluit ibi
Gloſ. recepta, verbo, non fuerit, de
quo nos inf. c. 6. q. vlt. concl. 1. latiùs
agemus. præterquam quòd etiam
poteſt ſpecialiter per conſuetudinẽ
25 induci, † vt præbenda non vacans
optetur, vt poſt Gloſ. d. c. fin. verbo,
cum vacant, tradunt ibi ceteri: & po
terit fortè id locum habere, vbi di-
ſtinctio præbẽdarum ſit ad tempus,
de qua inf. c. ſeq. q. 2. concl. 1. in pe-
nult. membro illius diſtinctionis,
quam ibi poſt Rot. & alios facimus;
vt in ſpecie not. Io. And. & Gemin.
d. c. fin. eſt autem tunc optio ita fa-
cienda, vt tunc ſolùm effectum ſuum
ſortiatur, cùm reuera vacauerit, ne
ius ſuum alicui ſine culpa, aut certè
ſine cauſa contra communes iuris
regulas auferatur; quo etiam modo
fieri poſſe optionem a iuniore de
præbẽda vacatura per optionem ab
antiquiore faciendam, dicemus inf.
c. 6. q. 3. propè fin. Porrò aliàs regu-
26 lariter † Optio fieri non poteſt, ni-
ſi de præbenda vacante, vt patet ex
tex. qui dicit, cùm vacant, & not. in-
ter alios Rot. deciſ. 6. num. 1. circa
princip. de conſuet. in no. Dicitur
etiam ſignanter in definitione, poſ-
ſint, non autem debeant; neq; enim
27 coguntur † optare Canonici, ſed poſ
ſunt, ſi volunt, vt innuit etiam text.
& not. ibi inter alios Io. Andr. ne,
quod in fauorem inductum eſt, in
odium retorqueatur, contra vulg.
iur. reg. Dixi (propria dimiſſa) quo-
28 niam † nec ſimul illam, quam habe
bat, cum optata retinere poteſt; ne-
que ſtallum optare maximè ſupe-
rioris ordinis, non optata etiam
præbenda, ſeu propria non dimiſſa,
vt latiùs inferiùs cap. 7. q. vlt. concl.
1. cum ſeq. & c. 7. q. 1. concl. 1. oſten
dam. Dixi etiam (quę reſeruata non
ſit;) quoniam præbendę in Curia va
29 cantes, † aut aliàs reſeruatæ optari
non poſſunt, vt patet ex tex. d. cap.
fi. & latiùs inf. c. 3. demonſtrabimus.
30 Subditur demum, † (intra certum
tempus; quoniam tempus ad optan
dum præſtitutum perpetuum non
eſt, ſed vt plurimum eſt 20. dierum,

Digitized by Google

licèt id tempus aliquando mutari poſſit.vt inferiùs cap.6. latè docebimus.

QVAERO TERTIO, Quotuplex ſit ius optandi.

31 Quoniam † vnica ſpecies eſt, vt Dialectici loquũtur,vel, vt Iuriſconſulti,vnicum genus propriũ, & ſubſtantiale Optionis, duplicem illam diuiſionem accidentalem attigiſſe
32 ſolùm ſit ſatis,vt † alia ſit conſuetudine alia priuilegio,ſeu,Indulto Apoſtolico, alia ſtatuto inducta; item
33 alia † quæ de ijs præbendis fit, quæ per Ordinarium conferuntur,alia de illis,quæ per Summum Pontificẽ conferri deberent, aliqua tamen de cauſa locũ in illis habet Optio,ita, vt per eundem Pontificem ſine expreſſa ſaltem derogatione conferri non poſſit,niſi ea,quæ non fuerit optata,vt inf.c.3. & 8. explicabimus. quibus etiam tertiam diuiſionem ex generibus perſonarum,quę optare valent,deſumptam addere poſſu-
34 mus,vt alia Optio † ſit,quæ a Canonicis fit; alia, quę a beneficiatis in aliqua Eccleſia, quos Manſionarios vocant;alia,quæ ab alicuius Militaris Religionis Equitibus fit;alia deniq; quæ ab Illuſtriſs.S.R.E. Cardinalibus,& ſi qui alij ſunt, qui Collegium aliquod Eccleſiaſticum conſtituunt, quales ſunt Clerici Cameræ Apoſtolicę, Rotę Romanę Auditores; quorum tamen, & his ſimilium aſcenſus,ſeu Optio,cum neq; de beneficio ſit,neq; de re ad beneficium pertinente,non vera,& propria, ſed potiùs ſimilitudinaria, & exemplarijs appellanda eſt iuxta ea, quę latiùs infr. cap. ſequen. quęſt.2. concluſ. 5. & cap. 3. quęſt.1.afferemus.

Nunc autem ad ſecundum cap. tranſeamus.

SVMMAE RERVM.

1 *Conſuetudo optandi,licèt non ſit a iure communi inducta;tamen innititur æquitati canonicæ. eſtq; rationabilis,æqua,& a iure approbata;num.2.*

3 *Ius optandi induci poteſt conſuetudine.*

4 *Argumentum a Rubrica eſt optimum in iure.*

5 *Conſuetudo illa.quæ contra ius eſt, requirit ad ſui introductionem ſpatium 40.annorum,ſaltem de iure Canonico.*

6 *Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum. Idem ſecundùm aliquos in quauis rationabili,& æqua conſuetudine; nu. 7.Si tamen agatur de præiudicio tertij priuati,requirentur 30.anni;nu.8.ſi de præiudicio Eccleſiæ, 40.anni;num.9.*

10 *Conſuetudo præter ius eſt,quæ neq; contra,neq; ſecundùm ius eſt.*

11 *Conſuetudo rationabilis quæ ſit,iudicis arbitrio relinquitur. Quid autem arbitrari poſſit iudex; nu. 12.& ſeqq.*

13 *Rationabilitas non requiritur in conſuetudine,quæ præter ius eſt.*

14 *Rationabilis conſuetudo eſt, quæ continet bonum boneſtum,vel honorabile.*

15 *Conſuetudo optandi ſecundùm aliquos eſt præter ius, & rationabilis,ideoq; inducitur ſecundùm eos ſpatio decem annorum; alij verò aliter malè diſtinguunt.*

16 *Conſuetudo optandi quando ſit præter,*

ter,& quando contra ius, quantoq; tempore inducatur, latè ibi; diſtinguitur,cum num.ſeqq.

17 Conſuetudo optandi inducitur ſpatio decem annorum,vbi præbendæ certæ ſunt in numero, ſed non diſtinctæ quo ad proprietates,quoniam portiones quædam inæquales aſſignantur.

18 Cōſuetudo optandi, vt inducatur, vbi præbendæ ſunt diſtinctę,requiritur ſpatium quadraginta annorum.

19 Conſuetudo optandi,vbi præbendæ ſunt diſtinctæ,eſt contra ius,vel, ſi præter ius, derogat tamen iuri Eccleſiæ,cui collator præeſt; num. 20. & ſeqq.

21 Conſuetudo optandi domos cur poſſit induci minori ſpatio, quàm quadraginta annorum.

22 Conſuetudo rationabilis contra ius requirit ad ſui introductionem ſpatium 40.annorum.

23 Conſuetudo optandi requirit ſcientiam,& patientiam Ordinarij collatoris. Item ſcientiam, & conſenſum ſaltem tacitum maioris partis Capituli;num.24. & eum non erroneum,ſed ex certa ſcientia,& animo inducendi conſuetudinem. num.25.

26 Animus inducendi conſuetudinem quomodo colligatur,remiſſiuè.

27 Conſuetudo quomodo probetur,remiſſiuè.

28 Conſuetudo optandi quomodo probetur,remiſſiuè.

29 Conſuetudo a quibus perſonis induci poſſit,remiſſiuè.

30 Conſuetudo optandi, ſicut & cæteræ conſuetudines,vnico actu induci non poſſunt, etiamſi actus ſit notorius toti populo, ſeu Collegio; num.31. Niſi actus ſit ſucceſſiuus; num. 32. & 38. vel iudiciarius; num.33. Quod tamen eſt dubium; num. 34.

35 Actus ad conſuetudinem requiſiti quot eſſe debeant, iudicis arbitrio relinquitur. Quid autem hac in re potiſſimum attendere debeat iudex;num.36.

37 Actus conſuetudinis debent eſſe interpolati,& conformes,ſeu ex vniformi obſeruantia.

38 Conſuetudo optandi vnico actu cū quadragenaria poſſeſſione ſubſecuta fortè inducetur.

39 Conſuetudo optandi non debet neceſſariò eſſe obtenta in contradictorio iudicio,niſi vbi vnico actu inducenda eſt.

40 Conſuetudinem Optandi inducere non poſſunt ij, qui eius iuris non ſunt capaces ex ſe,vel niſi illius capaces fiant ex diſpenſatione Summi Pontificis;num.41.

42 Milites,ſeu militaris Religionis Equites an poſſint inducere conſuetudinem optandi.

43 Religio militaris Hieroſolymitana ſancti Ioannis vt nobiliſſima eſt, ita ſola proprium Religionis nomen retinet inter militares.

44 Habitus non facit Monachum, aut Religioſum,ſed potiùs profeſſio Regularis.

45 Conſuetudine optandi ſublata ab aliqua Eccleſia per Pontificiam conſtitutionem,non poterit ſimilis conſuetudo ex eadem cauſa denuò introduci. poterit tamen ex noua cauſa; num. 46. vel accedente expreſſo conſenſu Pontificis;num. 47.vel etiam ſine noua cauſa,vbi ſci-

ſolùm præterita conſuetudo in ſpecie ſublata eſt; num.48.

49 *Ius optandi ſtatuto induci poteſt.*

50 *Statutum de optando fieri poteſt ab Epiſcopo, quoad beneficia ſpectantia ad eius collationem, non autem aliorum. Ab alijs verò inferioribus non poteſt fieri huiuſmodi ſtatutum ob defectum poteſtatis; num.51.*

52 *Statuta condere in ijs, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, requirit Epiſcopi auctoritatem, Quod, quomodo verum ſit, explicatur num. 55. & ſeqq.*

53 *Epiſcopus, ſeu alius inferior non poteſt contra canones ſtatuere. Quod limitatur num.58.*

54 *Prælatus non poteſt praiudicare iuribus Eccleſiæ. Quod quomodo verum ſit, exponitur; num. 55. & ſeqq.*

56 *Confirmatio Prælati inferioris regulariter ſpectat ad Epiſcopum; niſi obſtet ipſius Epiſcopi ſtatutum.*

57 *Prælatus praiudicare poteſt Eccleſiæ ſuæ in quærendis, non autem in quæſitis.*

58 *Epiſcopus, & Clerici inferiores Collegium conſtituentes poſſunt contra Canones ſtatuere in materia, in qua induci poteſt conſuetudo Canone permittente. Id quod omnino accidit in materia optionis.*

59 *Epiſcopus poteſt ſaltem ad vitam ſuã condere in ſua Eccleſia ſtatutũ optandi. quod idem perpetuò durabit, ſi acceſſerit conſenſus Capituli; num.60.*

61 *Prælatus poteſt donare aliqua bona loco Religioſo. multò verò magis ſuo Capitulo; num.62. præſertim ex cauſa remunerationis; nu. 63.*

64 *Ius optandi induci poteſt priuilegio, & Indulto Apoſtolico.*

65 *Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.*

66 *Priuilegium, & indultum Apoſtolicum quomodo inter ſe differant.*

Quomodo iure introducta ſit Optio. Cap. II.

QVAERO PRIMO, Quæ de cauſa introducta ſit Optio. Suppoſito, ius optandi nõ à iure communi, ſed potiùs conſue-
1 tudine iure † inductum, vt ſentiunt omnes Doct. d. cap. fin. & expreſsè adnotauit Hier. Gonzal. (quem auctorem non niſi poſt ſecundam huius operis editionem legimus) in Commentar. Reg. 8. Cancell. Gloſ. 34. num. 11.

Reſpondendum cum Gloſ. in d.c. fin. in verbo, antiquiores, de conſuet. in 6. quòd hæc conſuetudo innititur ęquitati canonicæ, quę vult, antiquiores præferri Canonicis nouis, & ſeniores in Eccleſia iunioribus, c. quid proderit, & ſeq. 61. diſt. c. Epiſcoporum, 74. diſt. cap. vlt. in 75. & c. bene quidem, 96. diſt. cum ſimilib. quam Gloſ. ſequitur inter alios Franc. Marc. deciſ. Delph. 1258. nu. 2. 1. par. & Io. Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 26. quæſt. 13. quæ pars cum edita fuerit poſt ſecundam huius operis impreſſionẽ, miror, quòd illud non viderit in hac materia; niſi fortè indignum allegatione duxit.

idem

Digitized by Google

idem etiam voluerunt Archid. Io. An. Gemin. & alij d.cap.fin.dum reſpondent ad iura, quæ in contrariũ facere videntur.& in ſpecie Archid. num.1.& Franc.num.6.per hunc textum,iuncta Gloſ. & Rot. deciſ. 6. ad
2 fin.de conſuet.in nou.dicunt,† hanc conſuetudinem optandi eſſe rationabilem,& approbatam a iure: rationabilem etiam, & æquam eam dicit Viu.in comm. opin.verbo, Conſuetudo rationabilis, & æqua, & latè oſtendit Prob. in Addit. ad Io. Monach. d.c.fin.num.34.& ſeqq. Et ſanè Summus Pontifex apertè illam approbare videtur,dum præbendã, quæ ex hac conſuetudine optandi debetur, de iure debitam appellat; licèt non ignorem,iuris appellatione largè conſuetudinem comprehendi,cum ſit ius quoddam nõ ſcriptũ, cap.conſuetudo,1.diſt.& Doct.ibi,& in rubr. de conſuet. extr. & in 6. atq; alibi ſæpe.

QVAERO SECVNDO, An, & quanto tempore conſuetudine induci poſſit ius optandi.

3 De primò † nulla difficultas eſt: tum quia diſpoſitio huius textus, quæ de iure optandi agit, ponitur ſub tit.& rubr.de cõſuetudine, quod eſt in iure optimum argumentum,
4 † iuxta text. in l. 1. & ibi not. Bart. Bald.Ang.Salic.Caſtr.Alex.& Iaſ.ff. ſi cert.pet.Gloſ. in c.potuit, de loc. & in rubr. de reg iur. in 6. & vtuntur paſſim eo argumento Doct. vt fusè proſequitur Nic. Euerard. in topic.legal.loc.92, tum etiam multò magis,quia tam Summus Pontifex in d.c.fin.quàm Doctores ibi, & vbicunque de iure optandi loquuntur, hoc ipſum ius conſuetudinem optandi appellant.

Tota difficultas eſt,quantum temporis requiratur ad hanc conſuetudinem legitimè inducendam,ac de cæteris requiſitis, & conditionibus illius.Pro quorum reſolutione,

Præmitto primò,Conſuetudinem
5 illam,quæ contra ius eſt, † requirere ſpatium 40.annorum ſaltem de iure canonico.ita Abb. Io.An.Butr. & Doct.communiter in cap.fin.de conſue.vbi latè inter cæteros Roch. Curt.ſect.3.num.35.idem Io. An.Archid.Gem. & Franc. poſt Gloſ. in d. cap.fin.de conſuet. in 6. Oldr. conſ. 285.& admittit.Rot.deciſ.6.num.5. de conſuet.in nou.& alij paſſim: ſatiſque patet ex ipſo tex. d.c.fin. ext. de conſuet. dum in conſuetudine contra ius requirit, quòd ſit legitime præſcripta. Conſuetudo verò,
6 quæ præter ius eſt,inducitur† ſpatio decem annorũ:ita Gloſ.& Doct.omnes ſupra citati, Aret.conſ.22.col.4. Abb.& alij, quos refert, & ſequitur Curt.d.ſect.3.num. 28. & hanc opinionẽ communem dicit Curt. ibid. Turzan.opin.66.Soarez. in theſ. recept.ſent.lit.C.num.279.Villal. lit.
7 C.num. 183.quod idem † de quauis rationabili, & æqua conſuetudine tradit Gloſ.in l.de quibus,ff. de leg. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. eſtque communis opinio, ſi credimus Iaſ. d.l.de quibus, num. 43. Grammat.deciſ. 64.num.34.& Viu.in ſuis commun. opin. ver.conſuetudo rationabilis,& æqua. Aliqui tamen non ita abſolutè recipiunt hanc cõcluſionem, quòd rationabilis conſuetudo,& præter ius ſpatio annorũ decẽ inducatur,ſed ſolùm putant eã procedere, ſi de nullius præiudicio

Digitized by Google

cio agatur;quòd ſi de prę̨iudicio pri
8 uati agatur, † requiri ſaltem ſpatium, 30. annorum; ita deciſum fuit in Regno Neapol. teſte Afflict. deciſ. 321. num. 18. quod etiam ſequitur ibi Vrſil.in addit.num. 10. quòd ſi res tangat Eccleſias, earumue ſta-
9 tutum, & iura, † tunc ſemper in introductione conſuetudinis requiretur ſpatium 40. annorum, cum tanti temporis præſcriptio in earum rebus, vel iuribus requiratur, cap. 1. & toto ferè tit. ext. de præſcript. ita Rot. Rom. d. deciſ. 6. nu. 5. & ibi Addent. poſt Innoc. Hoſt. & Io. An. in c. cum dilectus, de conſuet. hoc ipſum voluit Collect. in c. ex parte, & idem Innoc. in d. c. fi. ext. eod. tit. latè Cur. d. ſect. 3. num. 32. Duen. reg. 139. poſt Abb. d. c. cum dilectus; & Fel. in c. ſtatuimus, limit. 1. de maior. & obed. Petr. Rauen. ad tit. de conſuet. ſect. 1. num. 46. Mil. in Repert. in verbo, Conſuetudo, licèt non ſit cõtra ius, poſt Rom. conſil. 18. colum. 5. & 6. & admittit etiam Franc. d. c. fin. in princ. nu. 5. de conſuet. in 6. per not. in c. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. qui tamen deinde vult, in optione ſufficere, 10. annos. Quæ opinio Rot. & ſequacium mihi videtur in ſe veritatem continere, ſatiſque probatur ex d. c. cum dilectus, iuncto c. Abbate, de verb. ſig. vbi in conſuetudine, quæ contra ius non eſt, quòd ex certo Monaſterio eligatur Abbas alterius Monaſterij vacantis, quia tamen per illam in aliquo derogatur iuri Monachorum, reſtringendo eorum libertatem in eligendo: in ea inquam conſuetudine requiritur ſpatium 40. annorum, vt in d. c. Abbate, verſ. nos igitur de poſitionibus. ad idem inducit Rot. vbi ſupra text. in cap. Cumana, de elect. & c. cum Eccleſia Sutrina, de ca. poſſ. & propriet. & c. dilecto, de offic. Archid. in fi. c. quanto, de conſuet. & c. cum de beneficio, de præb. in 6. vt latiùs per eam.

Præmitto ſecundò, illam conſuetu-
10 dinem † eſſe præter ius, quę contra, aut ſecundùm ius non eſt, vt colligitur ex Doct. communiter d. c. fin. de conſuet. ext. & in 6. quæ autem ſit
11 rationabilis † iudicis arbitrio relinqui, vt voluit Hoſt. Io. An. Abb. & Imol. d. c. fin. ext. de conſuet. Gloſ. in c. 1. in ver. rationabilia, de conſtit. in 6. Archid. & Gem. in c. quia fruſtra, 8. diſt. & alij, quos referunt, & ſequuntur de communi atteſtantes Curt. d. c. fin. ſect. 2. num. 20. Viui. d. verbo, conſuetudo rationabilis, Soarez in theſaur. recept. ſent. littera C. num. 284. Iacob. Menoch. neminem horum referens in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 82. nu. 2. Iudex autem arbitrari poterit, illã
12 eſſet rationabilẽ, † quæ non eſt a iure reprobata, vt voluit Bald. cõſilio 401. vol. 5. & Inn. d. c. fi. ext. de conſuet. neque enim requiritur expreſſa, & ni cõuincibilis ratio, ſed aliquod bonum motiuũ, vt voluit Bald. d. c. fin. in verbo, rationabilis. immo ne-
13 que rationabilitatis requiritur † in conſuetudine, quæ præter ius eſt, ſed ſolùm in ea, quæ contra ius, vt voluerunt Bal. Card. Flor. & Barbat. d. c. fin. quos refert, nec diſſentit Curt. d. ſect. 2. num. 24. Poterit etiam arbitrari iudex, illam eſſe rationabilem, quæ continet bonum honeſtum,
14 † vel honorabile, vt poſt Bald. in l. de quibus, ff. de leg. tradunt Barbat. d. cap.

Digitized by Google

d.cap.fin.col.14.& Curt.d.ſect. 2.n. 20.Item quæ habet illas tres comites,vt religioni conueniat, cõgruat diſciplinæ,& ſaluti proficiat,ſeu peccatum excludat, vt loquitur text. in cap. conſuetudo, 1.diſt.quæ verba declarant ibi Gloſ. & Archid.& Gemin. in c.erit autem lex, 4.diſt. & huic ſententiæ adhærẽt Curt. d.ſect. 2.num.27.& Menoch d. caſ. 82.nu. 7.Et hoc, perpenſo iure canonico. Iure autem ciuili illam rationabilẽ conſuetudinem eſſe arbitrari poterit iudex,quæ bono publico non refragatur, vt idem Menoch. optimè probat d.caſ. 82.num.8.& 9.& poterit etiam iudex arbitrari ex aliquibus coniecturis,conſuetudinem aliquam etiam contra ius eſſe rationabilem,vt ſi contineat bonum, ſi diſponit id,quod diſponebat ius antiquum correctum, ſi ſit generalis; alijſque, quas proſequitur Abb. d. c.fin.col.3.& ibi Curt.d.ſect.2.num. 20. & duobus ſeqq.ext.de conſuet.

His præmiſſis,deſcendendo nunc ad caſus noſtri deciſionem, concluſiones aliquot ſtatuamus.

Prima Concluſio.Licèt aliqui abſolutè teneant, conſuetudinem optandi † eſſe præter ius, & rationabilem, ideoq; induci ſpatio decem annorum, vt voluit Gloſ. d. c. fin. in verb. conſuetudo,de conſuet.in 6.quam ibi ſequitur Archid.num.1. Io. An. num. 4. Franc. num. 5. & 7. Gemin. num. 6. Viu. d. verbo,conſuetudo rationabilis. Duen. d. reg. 139.Oldr.conſ.285.n.3.Alij verò,vt Gonzal.ad Reg.8.Canc.Gloſ.34.nu. 12.& ſeq. dicant, optionem præter ius eſſe,quando optans retinet ſemper primum titulum, aut ius ſpirituale, optatq; dumtaxat portionẽ, ſeu præbendam temporalem ſeparatam:contra ius autẽ, quãdo præbendæ ſunt annexæ Canonicatibus, & nõ retinetur primus titulus,ſed mutatur, & optans propria auctoritate alium diuerſum titulum ſpiritualem conſequitur, quia in ea Eccleſia eſt diſtinctio titulorum, ſicut in primo caſu non eſt diſtinctio titulorum,ſed præbendarum dumtaxat. allegat verò ad id præter Calder. conſ. 7.de conſuet.etiam Rot.deciſ. 6.num.1.3. & 7. de conſuet. in nou. Prob.ad Monach. d. c.fin. num.28. Mil.in Repert.Verb.Conſuetudo optandi poteſt induci. Sed quicquid ſit de Calder. certè Rot. Prob. & Mil. ſunt in ſequenti noſtra, & communiori ſententia, vt videbimus:& opinio Gonzal. ſupponit,regulariter in optione non mutari præbendam, vt eſt ius ſpirituale, & aliquando mutari titulum Canonicatus, quod vtrumq; cap. 7. quæſt. 1. refutabimus.Verior tamen eſt illa opinio ita

16 diſtinguens; † quòd aut in Eccleſijs nulla eſt diſtinctio, numeruſue præbendarum,nec certus numerus Canonicatuum, vt in caſu text. c. dilecto,& c. vacante,de præbend. & c.ex parte,de conceſ. præben. & in his non poteſt introduci talis conſuetudo,cum non ſit dare vacationem præbendarum, prout diſponitur in d. iuribus,quod tamen requiritur in d.c.cum in tua, quod eſt fin. de conſuet. in 6. Aut eſt certus numerus Canonicatuum, ſeu Canonicorum, ſed nullus numerus,nec diſtinctio præbendarum,vt in c. fin.§. ſi autem,de conceſſ.præbend.in 6.& tunc quoque non habet locum hæc con-

conſuetudo, quia in ijs Eccleſijs per adminiſtratores Capituli bona, ſeu fructus diuiduntur inter Canonicos,& quātò ij pauciores ſunt, tantò maiores portiones recipiunt, & quantò plures ſunt,eò minores recipiunt portiones,vt in d.§. ſi autem. Aut eſt certus numerus Canonicatuum,& totidem etiam ſunt præbendæ,ſed eæ diſtinctæ non ſunt, immo bona ſunt quo ad dominium Capituli in communi,ſuper quibus bonis quaſi in confuſo abſque actuali aliqua diſtinctione inſtitutus eſt numerus præbendarum correſpondens numero Canonicatuum: & tunc,ſi Capitulum per Officiales ſuos bona adminiſtrat, & de fructibus collectis tot facit æquales portiones, quot Canonici;non poteſt etiam introduci hæc conſuetudo: cum enim non ſit dare vnam ex illis portionibus meliorem alia, non cadit electio,neq; optio. Si verò Capitulum non adminiſtrat dicta bona per Officiales ſuos, ſed ea diuidit in tot præbendas,quot ſunt Canonici,cuilibet conſignando præbendam ſuam, ad tempus tamen, & ſecundùm quod Capitulo placet; ita, vt eo tempore elapſo,iterum in commune reducantur, fiatq; noua bonorum diuiſio; & in ijs præbendis ſic diuiſis quoniam non poteſt ea diuiſio fieri ita æqualis, quin inter eas cadere poſſit electio;ideo poteſt etiam habere locum conſuetudo optionis præbendarum. in ijſdemq; Eccleſijs poterit hæc conſuetudo induci ſpatio decem annorum: neque enim tunc mutatur titulus per optionem, cùm inter præbendas, vt ſunt tituli beneficiales, non ſit eo caſu actualis,realis, ac perpetua diſtinctio,ſed ſolùm,prout in temporalitate conſiſtunt,ideoq; & mutatio nihil iuri contrarium, ſed æquitatem magnam continebit. Et in hoc caſu concludunt, locumque habent rationes Doctorum,qui contrarium tuentur. Si verò in Eccleſijs non ſolùm certus eſt numerus Canonicatuum,& præbendarum, ſed etiam eæ præbendæ realiter,actualiter, & perpetuò ſunt inter ſe diſtinctæ; ita, vt non ſit vnum beneficium Eccleſiaſticum,ſed dos vnius actualiter,& omnino diſtincta ſit a dote alterius, iuxta tex.in c.litteras, de conceſſ. præben.& Clem.ſi.de præben.tunc, ſicut habet locum optio per ſupra-
18 dicta, ita eius conſuetudo † non poteſt minori ſpatio induci, quàm 40. annorum.Hęc opinio ita diſtinguēs veriſſima eſt, eamque expreſſè tenet Rot.Roman.d. deciſ. 6. de conſuet.num. 1. & ibi Add. in nou. poſt Compoſtell. cap.fin.ext.de conſuet. ſequitur Roch. Curt. eod. cap. fin. ſect 3.num.29.& 36.Bellam.deciſ.1. per totam,& deciſ. 63.nu.2.& ſeqq. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 1270. num. 1.2.& 4.1. part. Gig. in tract. de penſion. quæſt. 63. num. 6. & 7. Prob.ad Io.Mon. d.cap.fin.num.28. de conſuetud. in 6. Mil. in ſuo Repertor. verbo, conſuetudo optandi non poteſt introduci, & ſequenti, poſt Rom.conſ.18.colum.1.& duab. ſeqq.idē nuperrimè tenet Greg.Tholoſ. in tract.de benef.Eccleſ.cap.39. num.4. idem tenere videtur Fel. in c.ſtatuimus, num. 2. de maior. & obed. Butr.d.c.fin.ext.de conſuet.& Gemin.in c.fin.num.9.eod. tit. in 6. Et quidem quoad primum ex duobus

Digitized by Google

bus poſtremis membris, quæ ſola probatione indigēt, illud ſatis probatum ibidem fuit, admittuntque ipſi aduerſarij, quòd nimirum, vbi non ſunt diſtinctæ præbendæ, conſuetudo optandi inducatur ſpatio decem annorum: & quòd decennalis conſuetudo ſufficiat, vbi conſuetudo optādi ſit præter ius, poſt alios docet Gonzal. d Gloſ. 34. num. 14. Alterum verò membrum, quòd vbi ſunt actualiter diſtinctæ, requirantur 40. anni; probatur primò, quia
19 † tunc eſt contra ius; tum quòd præter Rot. & pleroſque alios ex ſup. cit. ita etiam apertè tenet Archid. d.cap.fin.circa princip. apertiùs verò Calder.de conſuet.conſ.3.& 7.tū ex eo, quia tūc fit mutatio titulorū ſine canonica inſtitutione, contra cap.2.de inſtit.cap.1.de reg.iur.in 6.cap.admonet,& c.quod in dubijs, de renunt. titulorum inquam, non Canonicalium, ſed prębēdaliū, iuxta ea quę dicemus, c.7.q.1.tum quia ea conſuetudo permittit, fieri propria auctoritate permutationem prębendarum, contra Concil. Turon. in c. maioribus, de præbend. & c. quæſitum, de rer. permutat. tum demum quia dat ius ad præbendam, cùm vacabit, contra Concil. Lateranen. in cap. nulla, de conceſſ. præbend. quas rationes, aliaſq; attingit Cald. tit.de conſuet.conſ.7.Bellam. d.deciſ. 1. & latiùs proſequitur tam ipſe deciſ.63.nu.3.& ſeqq.quàm Rot. d. deciſ.6.nu.2.3. & 4. quando autem conſuetudo eſt contra ius, requirit ſpatium 40. annorum, cap. fin. vbi Gloſ. & Doct. omnes, extr. de conſuet.&in ſpecie conſuetudinis optandi docet poſt alios Gonzal. d. num. 14.Probatur ſecundò.nam, vbi etiā dicta conſuetudo eſſet ſolùm pręter, non contra ius: ex eo tamen, quòd detrahit iuri alterius, eius nimirū, ad quem ſpectat collatio præbendarum, requiret adhuc ſpatium 40. annorum, iuxta latiùs per nos ſuperiùs deducta in 1.præmiſs.quòd ve-
20 rò per eā derogetur† poteſtati collatoris, patet: poſſet enim vacante vna pingui præbenda illam conferre habenti minùs pinguem, illamq; alteri,& ſic deinceps, vnde pluribus poſſet gratificari ex vacatione vnius præbendæ; ſtante autem optione vnicam conferre poteſt, eamque omnibus deteriorem. Et hæc ſola ratio ſufficeret ad deſtruendam opinionem Gloſ.vt optimè inquit Rot. d.deciſ. 6.num.5.vbi etiam probare contendit contra eam omnes eſſe, ipſam contra omnes. Ad illud, quod affert Gloſ.ex Compoſt.Papam pronuntiaſſe, conſuetudinem Mediol. optandi domos ſeruatam 25. annis validam fuiſſe, facilè reſpondetur cum Bellam.d.deciſ.63.num.3.& 4.
21 ex mente d Compoſt.id eſſe† ex eo, quia per optionem domorum non mutatur, aut acquiritur aliquod ius ſpirituale, prout in præbendis diſtinctis accidit: domus enim Canonicales potiùs in mera temporalitate conſiſtit, vt inter alios voluit Aug. Bero.in cap.1.num.33.de reb.Eccl. non alien.& poſt Anchar.d.cap. fin. num.1.& Gemin.num.4.ſentit Gonzal.d.Gloſ.34.num.62. Ad alias verò rationes, quæ in contrarium adducuntur, reſpondet Rot.d. deciſ.6. num. 5. & præcipuè ad illam, quòd hęc conſuetudo optandi ſit rationabilis: quæ etiam ex eo tollitur, quòd

Digitized by Google

immo ea cõſuetudo rationabilis dicitur, quæ eſt contra ius, habet tamen iuris approbationem aliquam;
22 ad eamque inducendam † requiritur ſpatium 40. annorũ, vt poſt Innoc.tradit Rom.conſ.442.colum.1.
& ſequitur Mil.d.Repert.verb.conſuetudo rationabilis, & ſatis patet ex tex.cum ibi not.d.cap.fin.ext. de conſuetud. Stet ergo firma concluſio, quòd vbi ſunt diſtinctæ præbendæ, requiritur in conſuetudine optandi ſpatium 40.annorum; vbi verò non ſunt diſtinctæ, ſufficiunt decem anni. Et hæc quoad primum requiſitũ huiuscõſuetudinis optãdi.

Secunda Cõcluſio. Ad inducendã optandi conſuetudinem requiritur
23 † ſcientia, & patientia Epiſcopi, ſeu eius, ad quem ſpectat collatio, vbi ſumus in conſuetudine 10.annorum;in quadragenaria verò non requiritur,cum prẹſumatur ex eo tempore tam ſcientia, quàm tacitus conſenſus: ita in ſpecie Mil. in Repert.verbo,conſuetudo optandi inducitur,per ea,quæ not.Butr.d.cap. fin.colum.26.& pen.memb. 3.q.1.& 3.poſt Io.And.ibi in ſumma ad illud
24 cap. Similiter † requiritur ſcientia,& conſenſus ſaltem tacitus maioris partis Capituli,per ea,quæ tradit Bald.d.cap.fin.& ibi Barbat. colum.penul.Curt.ſect.4.num.24.45. 49. & in præfatione ad tit. de conſuet.num.17. Vigel.in Method. iur. contr. cap. 3. reg.4. except.5. poſt Villal.in comm.opin.lit. C.nu. 187. & Viui.comm.opin.lib.1. verb. ſtatutum,pactum,vel cõſuetudo; quod etiam per tex.in l.de quibus, ff.de leg. & cap. cum conſuetudinis, de conſuet.tenet Io. An.Butr.& Card. d.cap.fin.& alij, quos refert, & ſequitur Duen.reg.141.in princip.Neque ſufficiet erroneus conſenſus,ſed
25 requiritur,quòd† ex certa ſcientia inducta fuerit, animoque inducendi conſuetudinem, vt latè, & optimè oſtendunt Curt.d. ſect.4. num. 1. 2. & 36.& Petr. Rauen. ad. d. tit. de conſuet.ſect. 3.nu.59.& ſeqq. Quo-
26 modo verò colligatur † hic animus inducendi conſuetudinem;& in vni-
27 uerſum,quomodo † probetur conſuetudo, remitto te ad latè tradita per Doct.d.c.fin.maximè per Curt. ſect.4.q.1. cum ſex ſeqq. Petr. Rauen.d.ſect.3.num.38.& ſect,4.num. 66. cum duob. ſeqq. Soarez.in theſaur.recept.ſent.lit.C.num.289.Maſcard.de probat. verb. conſuetudo, Franc.Viu.deciſ.Neapol.130.num. 6.&382.num.4.& in ſpecie quomo-
28 do † probari poſſit hæc conſuetudo optandi, videndus eſt Alb.conſ.159. num.1.& ſeqq.vol.1.

De perſonis autẽ, earumue quali-
29 tate,† quæ poſſunt inducere conſuetudinẽ,vide inter alios Curt.d.c.fin. ſect.4.nu.46.vſq; ad 65.Rauen. ſect. 3.num.31.& ſeqq.ext.de conſuet.

Tertia Concluſio. Vnicus actus
30 † non poteſt,ſicut aliam quamlibet conſuetudinem, ita hanc optandi inducere,vt eſt tex.in l.1.& 2. C.quæ ſit long.conſuet.& l. ſed an in totũ, C.de ædific.priuat.et not. Bart.in l.
31 de quibus,ff.de legi.† etiam ſi ſit notorius toti populo, vt inquit ibi Bart.et ſequitur Rauen.d.ſect.3. nu.
12 6.niſi is fuerit ſucceſſiuus, † et habeat cauſam ſucceſſiuam, et continuationem per tempus, intra quod inducitur conſuetudo, vt poſt Abb. in d. cap. fin. tradit Rauen. d. ſect. 3.num.

Digitized by Google

3.num.5.per tex.ſing.in cap. cum de beneficio,de præben. in 6. idem voluit Card.d. cap.fin. quæſt.14. & ibi omnes, optimè verò inter cæteros Curt.d.ſect.4.num.43.& 83.vel
33 †niſi iudiciarius fuerit;ex eo, quòd tunc detegatur conſenſus populi, & valentis legem,ſeu ſtatutum condere:ita ſingulariter voluit Rauen. d. num.5.poſt Abb.d.cap.fin.& in cap. Abbate,de verb.ſignif. quod tamen
34 habet aliquam dubitationem, † cū ad conſuetudinem non ſufficiat tacitus populi conſenſus, ſed etiam curſus temporis requiratur, vt colligitur ex d.l.1.& 2.& d. cap.fin. vbi omnes,maximè verò Bald. & Barb. colum.pen.& Curt.d.ſect.4.nu.38.

Quot verò actus in ſpecie requirantur ad conſuetudinem, quāmuis varij varia dicant, vt patet ex relatis per Menoch. de arbitrar. iudic. lib.2. centur.1. caſ.81.num. 2.& 3. quos breuiter ibi refellit; verior eſt illa opinio, quòd id iudicis arbitrio
35 relinquatur, † ad quem ſpectabit conſiderare qualitates actuum, & perſonarum,quæ illos actus faciūt; quam poſt Iaſ.d.l. de quibus, num. 51.ff.de leg.Corn.conſ.179.lib.3.& alios tenet Menoch.d.caſ. 81. num. 4.& Curt.d.ſect.4. num.37. quam etiam ſequitur Rot.deciſ. 72. num. 26.2.par.in nou.diuerſ.Illud ſanè attendere debet iudex,vt tot actus in-
36 terceſſerint,† quòd veriſimiliter in notitiam populi(quod idem de Collegio,& quauis Vniuerſitate dicendum eſt) deuenire potuerint,ita, vt ex eis tacitus conſenſus colligatur; ita Curt.d.ſect.4.num. 37. poſt Bar. Bal.& Salic.d.l.de quibus;eſtq; communis opinio, vt concludit Abb. d. cap.fin.& ibi Barb. colum. 28. Illud
37 etiam expeditum eſt,eos actus† debere eſſe interpolatos, vt poſt Bart. d.l.de quibus, quæſt.2. princip. Bal. d.cap.fin.col.3.in princip. Butr. col. 4.Barbat.colum.penul. & alios tradit Curt.d. ſect.4. num. 38. Pariter debent eſſe conformes; ex obſeruatione enim difformi conſuetudo nō inducitur, vt poſt alios tradit Rot. deciſ.19.num.6.&deciſ.72.num.28.
38 & 29.2.p.in nouiſſ. diuerſ. Sanè† in conſuetudine,de qua loquimur, hoc eſt, optandi, probabiliſſimum mihi videtur, eam induci poſſe per vnicū actum,non modò obtentum in iudicio,ſed etiam ſimplicem,cum videatur habere cauſam ſucceſſiuam, dūmodo acceſſerit deinde pacifica poſſeſſio quadragenaria,per text. ſing. d.cap.cum de beneficio,de præb.in 6. cum alijs traditis per Curt.d.ſect. 4.num.43. & 83. & nos ſupr.hac ipſa concl.3. circa medium.

Quarta Concluſio. Non eſt neceſ-
39 ſe,†hanc conſuetudinem obtentam eſſe in contradictorio iudicio. Ita de qualibet conſuetudine(quicquid voluerint Gloſ.d.cap.fi.de conſuet. & in cap.Abbate,in verbo, contradictorio,de verb. ſignif.quas Gloſ. inter ceteros ſecutus eſt Alex. conſil. 136.col.pen.vol.2.)decidit Abb. & ante eum Butr.colum.9.& 10.optimè id comprobantes, Bart. d.l. de quibus,quæſt.2.princ.& poſt eum ibi Iaſ.col.12.eandem opinionem ſecuti ſunt de communi atteſtantes Corn.conſ.293.col.3.vol.5.Caſtr.d. l.de quibus,col.2.Barbat.d.cap. fin. col.28.Curt.d. ſect.4. num.34.Soc. conſ.99. col. 2. lib. 1. Turzan. opin. 153.Soarez.in theſaur. recept. ſent.

Digitized by Google

lit.C.num.281.& 282.&Viui.in com mun.opin. verbo, conſuetudo debet eſſe obtenta;qui tamen eam ita tem perat, vt ſolùm procedat in extra-iudicialibus,ſecus inquiens eſſe in iu dicialibus.Idem ergo erit in hac cõ-ſuetudine optandi,quę etiam extra-iudicialis eſt. Contraria tamen opi-nio fortè locum habere poſſet, vbi per vnicum actum velimus tam hanc, quàm alias conſuetudines in-duci;tunc enim requiritur,quòd ille actus in contradictorio iudicio ob-tentus ſit, per ea,quæ ſupr. tradidi-mus concl.præced.circa med.

Quinta Concluſio. Ad hoc, vt
40 poſſit induci talis conſuetudo,† de-bent eius iuris optãdi eſſe capaces, qui conſuetudinem inducere volũt: ita de quauis conſuetudine tradit Gloſ.in c.fin.verbo,præſcripta, vbi Barbat. col. 27.& ibi Abb. in 5. re-quiſito,ext.de conſuet.idem Abb.in c.quanto,vbi optimus text. eod.tit. Curt.d.cap.fin.ſect.4.nu.32.Fel.in cap.cauſam,& c.accedentes,de præ ſcrip.qui etiam omnes exemplificãt in præſcriptione,& conſuetudine lai corum quoad ius decimandi, & con cludunt,eo caſu non ſufficere etiam immemorabilem conſuetudinem,& præſcriptionem; de quo tamen nos latiùs in noſtro tract.de decim. c.5. quæſt.3.& 5.An verò ſaltem ſciente Principe poſſit induci conſuetudo da ta tali incapacitate, dubitarunt aliqui: puto tamen non poſſe; ita Abb.vbi ſupra Curt.d.ſect.4.nu.33. optimè Fel.d.cap.accedentes,& pa-tet ex ijs,quæ nos adducimus in d.c. 5.q.3.& 5.tract.de decim.idq; pro-pter incapacitatem poſſeſſionis,quę tamen requiritur ad præſcriptionẽ, iur. vulg. Ex quibus inferri poteſt, laicos non poſſe etiam per imme-morabile tempus conſuetudinem in ducere, aut præſcribere ius hoc op-tandi,cum eius,ſicut & beneficij ſint
41 incapaces,niſi † ex ſpeciali priuile-gio,& diſpenſatione Summi Ponti-ficis, prout de iure eligendi,& con-ferendi beneficia tradit Curt. d.c.fi. ſect.3.num.36.verſ.hæc tamen limi tatio procedit.quod verò poſſit Sũ-mus Pontifex priuilegiare etiam me rè laicos, vt retineant beneficia, poſt Innoc. & Abb. in cap. quanto, de conſuet.tradit Gig. d. tract. de penſ.q.21.nu.4.Poterunt tamen alij Clerici inferiores Canonicis, quos alij Manſionarios,alij Portionarios vocant,alij Aſſiſios,vt patet ex tex. iuncta Gloſ.in cap.pen. de cler. non reſid. in noſtra Eccleſia Mediolanen ſi Officiales nuncupantur;poterunt inquam iſti hanc conſuetudinem in-ducere,vt & inter ſe optent ſua be-neficia, & optent etiam præbendas Canonicorum,prout oſtendimus in fra hoc eod.tract.cap.3.quęſt.1.im-mo &competere poteſt conſuetudo, & ius optandi laicis Religioſis,pro-
42 ut ſunt† Milites,ſeu Equites Hiero ſolymitani S. Ioannis, quæ ſola, vt
43 præclariſſima eſt,†ac nobiliſſima inter ceteras Militias, ita inter eas ſola etiam proprium Religionis nomen habet, vt ſingulariter voluit Sot. lib.7.de iuſt. & iur.quæſt.5.art. 3.idque propter ſolemnia vota illi cum alijs Religionibus communia; ſatiſque patet cum ex D. Tho.2. 2. quæſt.186.art.4.ad 3.dum ait,illos viuendi modos,vbi eſt matrimonia lis vſus, non eſſe ſimpliciter, & ab-ſolutè loquendo Religiones, ſed ſe-cundùm

Digitized by Google

cundùm quid; tum ex tex. in c. cum ad Monaſterium,in fin. de ſtat.Monach.vbi inquit Innoc.3.abdicatio nem proprietatis, & cuſtodiam caſtitatis ita eſſe annexam regulæ Mo nachali,vt contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere. Ex quibus etiã,iũctis alijs,de quibus per Sot.loc. cit.apertè,ni fallor, liquet, ſolam Religionem militarem S.Ioannis inter militares proprio Religionis nomine dignam eſſe, quicquid in cõtrarium voluerit Nauar.conſ.9.nu.6. ſub tit. de his, quæ vi,metuſue cauſ.fi.& latiùs cõſil. 10. & 11.ſub tit.de regular. necnon in tract. de redit. Eccleſ.quæſt. 1. monuit.55.per totam,& quæſt.3. monit. 27.28.& 29.vbi probare contendit, omnes Religiones militares, etiam quę matrimonium contrahi permittunt Equitibus, veras Religiones eſſe:ſed quicquid ſit, illud ſanè non obſtabit,quòd hi Equites laicalem habitum induant; habitus enim(quod iam veteri prouerbio fertur,) Mo-
44 nachum, † aut Religioſum non facit,ſed profeſſio ipſa regularis, cap. conſuluit,qui Cleric.vel vouen.& c. porrectum,& c.ex parte,de regular.

Quodcunque ergo Collegium, ſiue regularium, ſiue ſecularium clericorum,ſiue etiam laicorum capax eſt ex ſpeciali ſaltem priuilegio Sũmi Pontificis beneficiorum,vel commendarum,poterit huiuſmodi conſuetudinem optandi inducere. Hinc videmus, in ampliſſimo Collegio Sanctæ Romanę Eccl. Cardinalium locum habere optionem titulorum, tam Epiſcopalium, quàm diaconalium,& presbyteralium; ita tamen, vt ſemper optio intra eundem ordinem fiat.Hinc etiam in militari Religione S.Ioannis inductã fuiſſe nouimus conſuetudinem optãdi commendas,per quam antiquiores, ſeu primùs Religionem ingreſſi,in eamque recepti pinguiores commẽdas, cùm vacuerint, optant; ſicut antiquiores Canonici meliores eligunt prębendas, quod etiam admonebimus inf.cap.ſeq.q. 1.

Sexta Concluſio. Si conſuetudo optandi ſimpliciter tolleretur ab aliqua Eccleſia,vel etiam ab omnibus Eccleſijs,per cõſtitutionem aliquam
45 Papæ, quàmuis non poſſet † ex eadem cauſa ſimilis conſuetudo induci, iuxta tradita per Abb.in cap.fin. num. 22.Butr. num. 53. de conſuet. & ibi Curt.ſect.7. num. 4. fol. mihi 43.Gloſ. in Clem.ſtatutũ, de elect. Bart.& alij,l.de quibus,nu. 4. in fin. ff. de leg. Alexan. poſt alios in l. ſi non ſpeciali,nu.4.C.de teſtam.ex no
46 ua tamen cauſa † poſſet,per ea,quę de quauis conſuetudine in his terminis tradunt Abb.d.c.fin.num.24.idẽ Abb.& alij in c.2.de probat.Gemin. & vterq;Card.in cap.fruſtra,8. diſt. communemq; aſſerit alios referens Viu. commun.opin.lib.1.verbô,con
47 ſuetudo ex noua cauſa. vel ſi † expreſſus conſenſus Principis interueniret in inducenda huiuſmodi conſuetudine:ita Butr. d.cap.fin.nu.53. Gemin.in ſumma, 11.diſtinct. Ioan. And. in addit. ad Specul. titu. de inſtrum.edit. num.14. dicentes, tunc valere talem conſuetudinem contra legem eidem conſuetudini etiam futurę derogantem. Quòdſi lex de futura conſuetudine mentionem nõ
48 facit,ſed ſimpliciter † tollit præteritam, vel introductam, tunc conſuetudo

tudo inducta poſt legem ipſam eidē legi derogaret, vt ſingulariter tradit Gloſ. pen. d. Clem. ſtatutum, de elect. Anchar. cap. 1. de conſtit. in 6. ad. id alia adducens: quod idem ſentire videtur Butr. d. num. 53. & alij plerique, quos refert Tiraq. de vtroq; retract. in præfat. num. 17. quàmuis contrarium tenere videatur Bal. in l. dudum, C. de contrah. empt. Bart. l. fin. ff. de leg. 2. Abb. d. c. 2. num. 7. de probat. & alij, quos refert Viui. d. lib. 1. commun. opin. verbo, conſuetudo etiam futura, & Tiraq. in d. præfat. num. 18. qui tamen intelligendi ſunt, vel, cùm fit abſolutè expreſſa reprobatio conſuetudinis, vel, quando præterita damnatur tanquam irrationabilis, & iniqua, prout intelligunt. inquit Tiraq. ſup. num. 19. fere omnes, qui de hac re loquuntur.

An verò hæc eadem conſuetudo optandi extendatur tanquam fauorabilis de vno ad alium caſum, deque vna ad aliam perſonam, dicemus Deo bene iuuante inf. cap. 4. q. 3. Nunc ad 3. & poſtremam huius capitis quæſtionem veniamus.

QVAERO TERTIO, An, & quomodo poſſit per ſtatutum induci ius optandi.

Et ſanè, quòd ſtatuto induci poſ-
49 ſit † ius hoc optandi, clarum eſt. Quāuis enim nullus de hoc textus reperiatur: eſt tamen de hoc, ni fallor, communis opinio; quam tenet Gloſ. d. c. fin. verbo, conſuetudo, in fin. & ibi ceteri communiter, de conſuet. in 6. Mil. in ſuo Repertor. in verbo, conſuetudo, & ſtatutum optandi, Nicol. Delphin. in trac. de iure patr. num. 157. Gig. de penſion. q. 63. nu. 8. per Butr. in c. fin. colum. 26. ext. de conſuet. neque aliquem in hoc reperio contradictorem: & ſatis colligitur ex tex. & ibi not. per Gloſ. & Doct. in c. 1. de conſtit. in 6. vbi ſtatuta, & conſuetudines particulares locorum exequantur: quem etiam text. ad hoc allegat Gloſ. d. cap. fin. verbo, conſuetudo, de conſuet. in 6. Poterit autem id facere Epiſcopus quoad beneficia ſpectantia ad eius
50 collationem: ſecus autem † in ſpectantibus ad alios, ne facto Epiſcopi aliorum ius lædatur, vt poſt Mil. loc. citat. optimè adnotauit Gig. d.
51 num. 5. Alij tamen † inferiores collatores non poterunt tale ſtatutum condere ex defectu poteſtatis, vt tradit ibid. Mil. cum, vt ſupra quoque admonuimus, ad ſtatuta condenda
52 † requiratur Epiſcopi auctoritas, in ijs præſertim, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ; quod etiā tradit Abb. in c. edoceri, col. 2. de reſcript. & Innoc. in c. cōſtitutus, nu. 1. de reſcript. & poſt eūdem Abb. latè probat Fel. in c. cum omnes, num. 7. 10. & 11. de conſtit. & tradunt etiam Doct. d. c. 1. de conſtit. in 6. Et licèt hæc vera ſint: duo tamen hac in re non modicam difficultatem faciunt. Primò, quia illud certum eſt, non poſſe Epiſcopum, ſeu alium inferiorem con-
53 tra Canones ſtatuere, † vt eſt textus in Clem. ne Romani, de elect. c. quod ſuper his, de maio. & obed. cū ſimil. quam regulam inter alios firmat Rom. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Fel. d. c. quod ſuper his, num. 2. Alber. de Roſat. in prima part. ſtatut. quæſt. 7. verſ. quòd ſi ſtatutum, Duen. reg. 250. & Henric. Bot. tract. de ſynod. Epiſcop. concluſ. 8. artic. 1. a num. 30. ad 90. Si ergo firma etiā

illa

Digitized by Google

illa concluſio eſt,quam ſupra probauimus,facultatem optandi eſſe contra ius,quod etiam voluit Cald.conſil. 3. & 7.in tit. de conſuet. quomodo validum erit ſtatutum hoc de optando? Rurſus, ſi illud etiam verum
54 eſt,† non poſſe Epiſcopum,ſeu Prę-latum præiudicare iuribus Eccleſiæ ſuę,vt inter ceteros tradit Gloſ.ſing. in §.fin.16.quæſt.6. Innoc. & alij in c.fraternitatem, de donat. Bal. in c. potuit, de loc. & eſt text.in d.c. fraternitatem, & in c.cum noſtris de conceſſ. præbend. cum ſimilib.quomodo poterit renuntiare huic iuri ſuo, nimirũ collationi præbẽdæ vacantis,atque adeo tam graue præiudicium menſæ,dignitati, & Eccleſiæ ſuæ inferre?

Breuiter ad primam difficultatem reſpondetur primò, eam locum habere non poſſe in optione, quæ fit, vbi prębendæ non ſint diſtinctæ: ea enim non eſt contra ius, vt ſuperiùs diximus ; vnde poterit de ea fieri ſtatutum per Epiſcopum. Secundò reſpondetur, Prælatum & Epiſcopum poſſe ſtatutum conde
55 re † contra Canonem, & Eccleſiæ ſuæ præiudicare,quando agitur ſolũ de iure quærendo, prout tradit Fel. d.c.quod ſuper his,num.5.& probari poteſt;tum ex cap. cum dilectus. de conſuet.vbi ius confirmandi Prę-latũ in Eccleſia ſubiecta, quod alio-
56 qui de iure ſpectat † ad Epiſcopum tanquam ſuperiorem,c.3.& c.ſuffraganeis,de elect.per ſtatutum Epiſcopi ad alium ſpectat:tum ex commu-
57 ni illa doctrina,quòd Prælatus† prę iudicare poteſt Eccleſiæ ſuæ in quærendis,non in quęſitis,quam latè inter alios probant, Fel. in c. quæ in Eccleſiarum,colum.17.de conſtit.& Barbat. in rubr. & in c.vt ſuper, de reb. Eccleſ. non alien. quod verò agatur hic de iure quærendo, patet tum ex exemplo d. c.cum dilectus, tum quia, quòd Epiſcopus conferat, pendet a futura vacatione. Reſpondetur tertiò, valere ſtatutum Epiſcopi,& Clericorum contra
58 Canones, † quando diſponit in materia, in qua induci poteſt conſuetudo, Canone ſpecialiter permittente, prout poſt Calder. voluit Alexan. conſil.106.incipien.perſpectis, verſ. nonò probatur, volum. 2. & Feder. de ſen. conſ. 17.num.10.verſ. non obſtat, quod quinto loco ; licèt eos aliter intellexerint, & malè Fel. d. cap. quod ſuper his,nu. 10. & Curt. d.cap.fin. ext. de conſuet.ſect. 3. nu. 24.id autem eſt in caſu noſtro ; nam tex. d. cap. fin. de conſuet. in 6. expreſsè approbat conſuetudinem optandi.

Ad alteram difficultatem reſpondeo primò,modicum id eſſe præiudicium; Epiſcopo namque non aufertur poteſtas conferendi præbendã : poterit enim conferre non optatã. Secundò, quòd poterit Epiſcopus
59 id ſtatuere † ſaltem ad tempus,hoc eſt ad vitam ſuam, iuxta not. per Gloſ.in c.2.de his,quæ fi. a Pręl. ſin. conſ.Cap.& Doct. in cap. dudum,de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. & in hac ſpecie ita tenet Mil. in Repert. verbo, conſuetudo, & ſtatutum op-
60 tandi : vbi id limitat, † niſi de conſenſu Capituli hoc ſtatuiſſet ; tunc enim ſtatutum hoc perpetuum erit.
61 Tertiò,poſſe Prælatum † etiam aliqua bona Eccleſiæ donare loco religioſo, vt eſt text. in cap.Apoſtolicę

de

de donat.multò verò magis † Capitulo ſuæ Eccleſiæ, Gloſ. in Clem. 2. de reb.Eccleſ. non alien. in verbo, Ec-
63 cleſiam, præſertim verò † ex cauſa remunerationis, vt poſt Lap.in c. 1. de reb.Eccleſ. non alien.in 6. voluit Mil. in Repert. verb. Prælatus etiã; & ver. Prælatus non poteſt, optimus tex.in c. cæterum, de donat.& ibi. Io. An. Gloſ. in c.2.eod.tit.

Quæri deniq; poteſt, An Priuile-
64 gio, vel indulto Apoſtolico † poſſit ius optandi induci.

Hac autẽ quæſtio, meo ſanè iudicio, omni plenè caret difficultate: tũ
65 quòd Papa † in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis cap. 2. de præb.in 6.& Clem.1.vt lit. pend. cũ alijs adductis inter ceteros per Gonzal. ad d. Reg. 8.Canc.§.1.proœm.à num. 32. ad 50. tum quòd id ſatis colligitur ex d. Reg. 8.ibi, ac conſuetudines, etiam immemorabiles, optandi maiores,& pinguiores prębendas, necnon priuilegia, & indulta Apoſtolica circa ea; hæc enim poſteriora verba de priuilegijs, & indultis Apoſtolicis loquẽtia ad ius optionis ſatis apertè referũtur, prout refert idẽ Gonzal.d. Reg.8. Gloſ. 34. n.1.6.& 8.& rurſus Gloſ.35. n. 1. &
66 multis ſeqq.vbi etiam docet † quid differant priuilegiũ,& Indultũ Apoſtolicum.& in noſtra ſpecie, priuilegium dicit eſſe propriam, & nouam contra iuris communis regulas ſpecialem conceſſionem; indultũ verò fore dũtaxat quandã remotionẽ, obſtaculi; ideoq; illud eſſe odioſum; ſed fortius, hoc fauorabile tamquam innitens iuri communi, ſed minus potens quem videas, ſi lubet: nos verò ad alia tranſeamus.

SVMMAE RERVM.

1 *Optio locum non habet regulariter vel non tam propriè in alijs beneficijs, quàm Canonicatibus.*

2 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*

3 *Præbendæ nomen propriè ſolùm locum habet in Eccleſiis Collegiatis; vel certè magis propriè.*

4 *Conſuetudo, vel ſtatutum optandi poteſt etiam locum habere in Collegio Manſionariorum.*

5 *Ius optandi poteſt locum habere in quouis ſacro Collegio in quo ſingulis prouidetur de beneficio aliquo, ſeu commenda, vt in Militia S. Ioannis Hieroſolymitani.*

6 *Clerici, & presbyteri ſimplices in aliqua Eccleſia, vt Manſionarij, an poſſint optare Canonicatus, & Canonici Dignitates.*

7 *Domus optari poſſunt ex communi opinione Doctorum.*

8 *Domus an & quomodo ſit annexa prabenpræbendæ.*

9 *Conſuetudo optandi domos inducitur ſpatio decem annorum. & cur; num. ſeq.*

10 *Domus Canonicalis ferè nihil habet ſpiritualitatis, ſicut habent præbendæ.*

11 *Aedes, ſeu domus Canonicales per ſe non conferuntur.*

12 *Conſuetudo optandi domos in Eccleſia Mediolanenſi antiquiſſima.*

13 *Optio locum non habet in præbendis apud Sedem, ſeu in Curia vacantibus.*

14 *Groſſi fructus, qui à præbenda, & diſtributionibus diſtinguuntur, ſi obtenti fuerint per Canonicum in Curia defunctum, optari co de-*

Digitized by Google

defuncto non poſſunt.

15 *Derogatio ſpecialis conſuetudinis, ſeu ſtatuti etiam iurati de optando non requiritur, vbi alicui prouideatur de prebenda in Curia vacante.*

16 *Vacare in Curia, & apud Sedem paria, immo idem ſunt.*

17 *Vacare in Curia, & eſſe reſeruatum beneficium idem non ſunt; ſed hoc habet ſe vt genus ad illud.*

18 *Vacare in Curia dicuntur beneficia ad Romanam Curiam accedentium, ab eaue recedentium, ſi in ea, vel prope eam ad duas diætas decedant.*

19 *Vacare in Curia beneficium dicitur, ſi duobus in Romana Curia ſuper beneficio ſibi collato litigantibus vterq; vel vtroq; moriente alter, qui eſt poſſeſſor, in Curia decedat. Idem ſi alter tantum ſiue poſſeſſor, ſiue petitor in Curia deceſſerit, cùm ad illum, ſuperſtite cauſam proſequente, declaratum fuerit pertinuiſſe beneficium; nu. 20. Immo idem erit, ſi eorum alter in Curia, alter extra neutro poſſidente deceſſit; num. 21. Aut etiam vtroque poſſidente ſimiliter deceſſerint; num. 22.*

23 *Beneficia Curialium, qui etiam Sede vacante ad locum per duas diætas Romanæ Curiæ proximum, vbi domicilium non habent, quauis de cauſa ſecedunt, ibiq; moriuntur, vacare dicuntur in Curia.*

24 *Vacare in Curia dicitur beneficiũ per obitum in Curia Curialis habentis ibidem originem, ibique morantis occaſione Curiæ. aut ibi habentis perpetuum domicilium, ſeu domum etiam conductam; num. 25.*

26 *Curialium nomine quinam comprehendantur.*

27 *Beneficia Curialium decedentium in itinere dum ſequuntur recedentem Curiam; Vel in loco, vnde receſſit Curia, quam ſequi propter infirmitatem non potuerunt; vacare dicuntur in Curia; cũ n. 28.*

29 *Vacare in Curia dicitur beneficiũ per obitum Legatorum, ac Nũtiorum Sedis Apoſtolicæ intra duas diætas a Curia diſtantes decedentium. Aut etiam vbicunq; durante legatione, ac negotij illius proſecutione; num. 30.*

31 *Beneficia qualibet S.R.E. Cardinalium, & quorumcunque Officialium vbicunq; decedentium vacare dicuntur in Curia. Idem dicendum de beneficijs Protbonotariorum Apoſtolorum; num. 32. necnon de beneficijs Collectorum, & Subcollectorum; num. 33. Idq; procedit, quàmuis officiales poſtea eſſe deſierint; num. 34.*

35 *Beneficium ſemel affectum ſemper manet affectum.*

36 *Vacare in Curia, ſeu apud Sedem dicitur beneficium, per priuationem, ſeu depoſitionem factam in Curia. Item per reſignationem ibidem factam; aut in quibus reſeruatus eſt alicui regreſſus; num. 37.*

38 *Beneficium vacat in Curia, vel potiùs eſt reſeruatum per adeptionem ſecundi incompatibilis; & num. 50.*

39 *Vacare in Curia dicitur beneficiũ per tranſlationem, conſecrationẽ, electionum, caſſationem, poſtula-*

Z tio-

tionum,repulſionem, & ſimilia in Curia facta.

40 Extrauag. ex debito, quæ eſt Ioan. 22.de elect. in commun. & Extrauag. Ad regimen,quę eſt Benedicti 12.de præben. in commun. expirarunt morte illorum Pontificum, ſed renouantur per Regulas Cancellariæ.

41 Optio locum non habet in beneficijs quomodocunque ſiue generaliter ſiue ſpecialiter reſeruatis. Quod tamen temperant aliqui,vt ſolum procedat,vbi ſpecialis reſeruato ſit motu proprio,non ad inſtantiam; nu. 42.item vbi ſpecialis reſeruatio ſit de beneficio certo, non autem incerto;num. 43.

44 Reſeruatio ſpecialis an afficiat eam præbendam,quam quis habet tempore reſeruationis, vel tempore mortis.

45 Optare poteſt habens præbendam reſeruatam.

46 Præbenda reſeruata generaliter optari poteſt ante obitum, non poſt.

47 Domus Canonicalis vacans in menſe reſeruato an poſſit optari.

48 Reſeruatio duplex eſt, altera generalis,ſpecialis altera.

49 Reſeruatio mentalis quid ſit,& an ſit in vſu. & quid de indiuidua, ſeu ſpecialiſſima;num. 50.

51 Reſeruatio ſpecialis à generali in quo differat.

52 Reſeruata ſunt quæuis beneficia in Curia vacantia.

53 Beneficia Cardinaliũ,& Officialiũ Curiæ potiùs dicũtur ſimpliciter reſeruata,quàm vacantia in Curia. Idem in vacantibus per adeptionem alterius incompatibilis; num. 54.

55 Manus appoſitio affectio dicitur. & inducit quandam reſeruationem,& quando.

56 Reſeruata ſunt beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum. & quando ea vacent de iure,ſeu etiam de ſtylo Romanæ Curiæ;num. 57.

58 Beneficia familiarum Papæ; nec non & familiarium S.R.E. Cardinalium ſunt reſeruata.

59 Dignitates omnes Pontificales; nec non & maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis ſunt reſeruatæ.

60 Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis ſunt reſeruata; & qui menſes illi ſint.

61 Alternatiua menſium, eiuſq; effectus, remiſſiuè.

62 Reſeruationis beneficiorum materia,remiſſiuè.

62 Optio locum non habet in præbendis vacantibus in Curia, licèt per alium, quàm Pontificem, ex eius facultate conferantur. Ex quo infertur ad habentes indultum;nu. 64.ſecus verò erit in vacantibus in menſibus Apoſtolicis,eaq;ſola ratione reſeruatis;num.63.

64 Dictio cum, poſita inter diuerſas orationes ſtat potiùs demonſtratiuè,quàm taxatiuè.

66 Indultum beneficiorum reſeruatorum non comprehendit vacantia in Curia,niſi id in ſpecie exprimatur.

68 Indulta beneficiorum maximè vacantium in menſibus reſeruatis, non ampliant gratiam. & num. 82.

69 Optio locum habere poteſt etiam in beneficijs reſeruatis,cùm a Papa, vel

Digitized by Google

vel habente indultum Clericis ea permittitur.

70 *Optio locum fortaſſe habere poteſt in beneficijs vacantibus in Curia, ſi intra menſem per Papam non conferantur.*

71 *Beneficia vacantia in Curia, ſi non conferantur intra menſem a Papa, poſſũt conferri per Ordinariũ collatorem. Secus in deuolutis ad Papam; num. 72. aut alias reſeruatis; num. 73.*

74 *Cap. ſtatutum, de præben. in 6. correctum fuit. cuius tamen contrarium aliqui tenent; num. 76.*

75 *Conſtitutio poſterior contraria tollit priorem, licèt de ea mentionem non faciat.*

77 *Tempus 20. dierum ad optandum præbendas vacantes in Curia non currit niſi poſt menſem a vacatione, data etiam ſcientia.*

78 *Beneficia reſeruata per alternatiuam optari nequeunt.*

79 *Alternatiua requirit veram reſidentiam, nec ſufficit ficta etiam in iure priuilegiata.*

80 *Beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium, & aliorũ quorumdam non ſunt reſeruata, licèt vacent in menſe Apoſtolico.*

81 *Optari poſſunt in quolibet menſe præbendæ vacantes, vbi Epiſcopus ſit Cardinalis; cum aliquot ſeqq.*

82 *Optari an poſſint beneficia vacantia extra Curiam quouis modo reſeruata, ſi Epiſcopus, aut alius habeat in ea Eccleſia indultum reſeruatorum.*

83 *Verba hæc (liberè diſponas) & (perinde, ac ſi,) quid importent.*

84 *Beneficia alternatiuæ, vbi ei locus ſit, non ſunt reſeruata, non obſtante prima parte Regulæ.*

85 *Tempus vacationis inſpicitur ad effectum reſeruationis menſis Apoſtolici.*

86 *Beneficia collationis Cardinalium Epiſcoporum etiam non reſidentium reſeruata non ſunt, ſiue ea ſpectet ratione Epiſcopatuum, ſiue ratione titulorum Cardinalatus.*

87 *Beneficia collationis Legatorum de latere Cardinalium vacantia in menſe Apoſtolico an ſint reſeruata.*

88 *Beneficia ſimultaneæ collationis Capituli, & Card. Epiſcopi vacantia in menſe Apoſt. non ſunt reſeruata. immo & quæuis reſeruata, de quibus in indulto; num. 89.*

90 *Beneficium non collatum ab Epiſcopo Card. intra ſex menſes, deuoluitur ad Archiepiſcopum etiam non Cardinalem.*

91 *Cardinalis Epiſc. ſuccedens non Card. non poteſt conferre beneficium, quod vacauit in menſe reſeruato tempore præceſſoris. quid in caſu conuerſo; num. 92.*

93 *Reſeruatio Reg. 8. an comprehendat Cardinales non reſidentes in Curia.*

94 *Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, ei non renuntiat obtinendo indultum.*

95 *Optans, qui vt actor ſe fundat in alternatiua Epiſcopi, quid debeat probare.*

96 *Optari an poſſit præbenda vacans de menſe Septembris, ad cuius finem a Maio abfuit Epiſcopus, qui alternatiuam acceptauit.*

97 *Menſis ordinarius an requirat integram reſidentiam Epiſcopi eo menſe, quo vacat beneficium.*

Digitized by Google

98 *Reſidere dicitur Epiſcopus ad effe-ctum alternatiuæ, ſi reſideat in loco exempto ſuæ* Diœceſis. *Item ſi per impios ſtet, quin reſideat; nu. 99. aut alias per vim, aut metum iuſtum detineatur; num. 100. aut abſit iuſſu Papæ, aliàs paratus reſidere; nu. 101. quid, ſi propter infirmitatem; num. 102.*

103 *Optio locum non habet in beneficijs reſignatis in Curia. quid ſi in manibus Legati; num. 104.*

105 *Beneficia reſeruata optari poſſũt ex ſpeciali conſuetudine ſuper hoc inducta.*

106 *Optio locum habet beneficijs deuolutis ad Papam ex negligentia inferiorum. & in ijs, quæ Papa ordinario iure confert; num. ſeqq.*

107 *Beneficia deuoluta quomodo dicantur conferri per Papam iure ordinario, vbi infertur ad beneficia degentium, ac decedentium in Curia, qui Curiales non erant, neque ibi occaſione Curiæ morabantur. & ibi, quòd beneficia per deuolutionem non vacant de nouo; & ſemel libera ſemper ſunt libera.*

108 *Tempus ſex menſium ad conferendum Ordinario currit a die ſcientiæ vacationis.*

109 *Scientia præſumpta ſufficit in caſu Clem. 1. de præbend. non autem in tempore optandi, aut conferendi beneficium.*

110 *Epiſcopus poteſt extra propriam diœceſim conſtitutus ſua beneficia conferre.*

111 *Præbenda alicuius ſi reſeruetur, & ille optet aliam, quæ nam cenſeatur reſeruata, remiſſiuè.*

112 *Beneficia iuris patronatus optari non poſſunt.*

113 *Reſeruatio non comprehendit beneficia iuris patronatus, maximè laicorum. etiam ſi adſint illa verba ad cuiuſcunque prouiſionem, præſentationem, diſpoſitionem, &c. aut motu proprio; num. 114. immo licèt beneficium ſit mixtim iuris patronatus Clericorum, & laicorum; num. 115. aut Clerico competentis ratione bonorum patrimonialium; num. 116.*

117 *Reſeruatio comprehendit beneficia iuris patronatus Eccleſiarum. aut etiam laicorum eis competentis ex priuilegio, vel præſcriptione; num. 118.*

119 *Beneficia iuris patronatus laicorum poſſunt ſpecialiter, & expreſsè reſeruari.*

120 *Iuri patronatus laicorum poteſt expreſsè derogari.*

121 *Beneficia iuris patronatus optari poſſunt accedente conſenſu patroni. vel ſi ſpecialis conſuetudo inducta ſit, vt ea quoq; optentur; nu. 122.*

123 *Iuri patronatus præſcribitur ſpatio 40. annorum contra Eccleſiam, 30. contra laicum.*

124 *Optio locum non habet in permutatione, ſeu beneficijs, quæ permutantur. niſi de hoc ſpecialis conſuetudo ſit inducta; nu. 127. vbi idem de reſignatione.*

125 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

126 *Præbenda reſignata, in permutatione alteri, quàm vni ex permutantibus, conferri non poteſt; & num. ſeq.*

128 *Præbenda Theologalis, Pœnitentiaria, vel alia ſimilis, onus habens an-*

annexum optari non poteſt. nam conferenda ſunt certis perſonis qualificatis; num. 129.

130 *Officium Theologi, & Pœnitentiarij an ſit annexum præbendæ, vel Canonicatui.*

131 *Præbenda habens aliquod onus annexum an aliquando poſſit optari, vt ab habente qualitates.*

132 *Iunior optãs vnã ex duabus præbendis æqualibus ſimul vacantibus an excludatur ab antiquiore eandem optare volente.*

133 *Optari an poſſit vbi eſt certus numerus Canonicatuum, ſed non eſt diſtinctio præbendarum; vel eæ ſunt æquales.*

134 *Præbendæ æquales inter ſe, & cũ præbendis optare volentium poſſunt optari.*

135 *Minor præbenda optari poteſt. quod latiùs probatur; nu. 142. & ſeqq. Contrarium alij tenent; nu. 136. quod confirmatur; num. 139. cum duob. ſeqq. Alij diſtinguunt; nu. 137. quæ diſtinctio refellitur; num. 138.*

139 *Præſcriptio non extenditur, niſi ad id, quod eſt poſſeſſum.*

140 *Conſuetudo non extenditur. quod declaratur; num. 146. & ſeq.*

141 *Aſcenſus ad maiorem dignitatem permittitur, non deſcenſus ad minorem. quod explicatur; nu. 150.*

142 *Fauore alicuius inductum non debet in eius odium retorqueri.*

143 *Minus licet, cui licet plus; & melius eſt, quod eſt magis gratum.*

144 *Reſtitutio in integrum etiam Eccleſiæ non datur, niſi ob magnam læſionem.*

145 *Reſtitutio in integrum conceditur ob amiſſum intereſſe veritatis, vel affectionis.*

146 *Conſuetudo faciliùs extenditur, quàm præſcriptio.*

147 *Præſcriptio, & conſuetudo extenduntur ad caſus omnino ſimiles.*

148 *Intellectus c. fi. de off. Archid. l. maioribus, C. quemad. ciuil. mun. indic. lib. 10. c. quanto, & c. licèt, de tranſlat. Epiſc. & c. cui de non ſacerdotali, de præb. in 6. & nu. 150.*

149 *Mandati fines ſunt diligenter cuſtodiendi.*

151 *Vacatio requiritur regulariter ad optionem.*

152 *Optari poteſt ex ſpeciali conſuetudine præbenda, vel domus a primæua erectione, vel conſtructione. Secus ex ſimplici conſuetudine, vel ſtatuto optandi; num. ſeqq.*

153 *Præbendæ, & domus in prima fundatione propriè non vacant; & num ſeqq.*

154 *Vacatio beneficij prærequirit alicuius poſſeſſionem.*

155 *Ratio diſpoſitionis Clem. fin. de reſcript. locum habet in optione nouarum præbendarum, ac domorum; & num. 156.*

157 *Domus, ac præbendæ nouę aſſignari debent ijs, qui nullas habent, ſeruata inter eos antiquitate.*

Quibus in rebus, ac beneficiis locum habeat Optio. Cap. III.

QVAERO PRIMO, An in alijs beneficijs, quã Canonicatibus, locũ habeat optio.

1 Reſpondeo breuiter, † quòd non ita propriè, ac principaliter tũ quia nulla de hoc eſt lex, aut communis doctrina Iuriſconſultorum; erube-

Digitized by Google

2 beſcimus autem † ſine lege loqui, §. optimum vtique, Auth. de non elig. ſec. nub. col. 1. & §. conſideremus, Auth. de trient. & ſemiſſ. col. 3. c. illa, ne ſed. vac. & c. 2. de ſuppl. neglig. Præl. in 6. cum ſimil. tum quia optio inter plures datur: plura autem ſimul beneficia ſolùm ſunt in Eccleſijs Collegiatis, vt ſupr. c. 1. quæſt. 1. adnotauimus: tum demum quia, cum text. d. cap. fin. de conſuet. in 6. ibique, & alibi Doct. de optione beneficiorum loquuntur, optari præbendam vacantem dicunt, optionemq; vocant prębendarum; nomen autem præbendæ, cùm de beneficijs
3 loquimur, propriè ſolùm † locum habet in Eccleſijs Collegiatis, vbi adſunt Canonicatus, Perſonatus, ac dignitates, vt patet ex toto fere tit. de præben. & conceſſ. præben. & ibi not. per Doct. in rubr. & per aliquos in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. Non negauerim tamen, hãc conſuetudinem, ſeu ſtatutum optandi
4 poſſe etiam locum habere † in Collegio aliquo Manſionariorum, vel aliorũ portionẽ beneficialẽ obtinentiũ in Collegiali Eccleſia, vt in ſpecie voluit Alb. conſil. 159. num. 9. 19. & 20. eo quòd eadem ſi ratio, & tex. d. cap. fin. loquendo de Canonicis non diſponit, ſed ſupponit in illis hanc conſuetudinem. Quin etiã
5 poterit locum habere † in ſacro aliquo Collegio, piaue vniuerſitate, vbi ſingulis prouidetur de beneficio, vel cõmenda, vt in militijs equitum; ſic videmus, in Religione Hieroſol. S. Ioannis antiquiores in receptione optare pinguiores commendas vacantes: ita etiam nouimus in Ampliſſimo Collegio S.R.E. Cardinalium antiquiores in eodem ordine optare vacantem titulum. An verò etiam induci poſſet conſuetudo, vt Clerici, & Presbyteri ſimplices, qui quodammodo ſunt de corpore alicuius Eccleſiæ, optent Canonicatus vacantes, & Canonici Di
6 gnitates; Probabile videtur † quòd ſic, cum nihil repugnet eorum, quæ ſupra adduximus: ſemper enim optatur præbenda ab ijs, qui ſunt de Eccleſia Collegiata; & ita in terminis tenet Thom. Zerol. in Prax. Epiſc. verbo Canonia, verſic. ad ſeptimũ, Gemin. conſ. 30. n. 1. & trib. ſequent. & Alb. d. conſ. 159. num. 18. & 19. Quibus etiam addi poſſunt, quæ dicimus infr. cap. 5. quæſt. 2. concl. 1. & vlt.

QVAERO SECVNDO, An poſſit optari domus Canonicalis.

7 Reſpondeo, certum eſſe, † quòd ſic. Quàmuis enim de hoc nõ ſit textus expreſſus; id tamen apertè tenet Gloſ. d. cap. fin. in verbo, conſuetudo, & ibi Archid. Gem. Butr. & alij, de conſuetud. in 6. Bellam. deciſ. 63. num. 4. Compoſt. c. vlt. Gloſ. 1. ext. de conſuet. Prob. ad Io. Mon. d. c. fi. num. 28. eod. tit. in 6. Alb. d. conſil. 159. num. 18. & 21. Rebuf. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 140. Licèt enim domus præbenda non ſit; tamen vel
8 eſt † annexa præbendæ, vt aliquibus in locis, & in Eccleſia Mediolanenſi ædes ſunt annexæ Dignitatibus ex fundatione, & inſtitutione æt. memo. S. Caroli Cardinalis Borromæi; vel certè hæ domus ſunt acceſſoriæ ad præbendas; quare ſequi debent earum naturam, iur. vulg. vt colligitur ex Card. conſ. 16. num. 1. & 2. vbi etiam cum nu. ſeqq. ſupponit,

Digitized by Google

ponit, quòd, ſecluſa reſeruatione, & contraria conſtitutione, præbenda optata, cenſeatur etiam optata domus; vbi autem præbenda ſit reſeruata, & per Papam conferatur, cenſeatur etiam collata domus, neque locum habeat optio.

9 Ea verò conſuetudo inducitur † ſpatio decem annorum, cum non ſit contra ius, neque domus aliquid ha

10 beat † ſpiritualitatis, ſicut habent præbendæ diſtinctæ, quod inf. cap. 7. quæſt. 1. meliùs demonſtrabitur: neque præiudicatur iuri Epiſcopali, ſeu alterius collatoris, cum ædes

11 † per ſe non conferantur, iuxta deducta ſuperiùs cap. præceden. q. 2. concl. 1. ad fin. idq; in ſpecie tradit Bellam. deciſ. 63. num. 4. ex mente Compoſt. d. c. vlt. in Gloſ. 1. ext. de conſuetud. referentis, ſummum Pontificem aliquando declaraſſe, conſue

12 tudinem † optandi domos in Eccleſia Mediolanenſi per 25. annos obtentam valuiſſe, quod & nos ſemel, d. quæſt. 2. admonuimus. Ex quo patet, conſuetudinem optandi domos in hac noſtra Eccleſia Mediolanenſi antiquiſſimam eſſe: ſicut etiam antiquiſſima eſt, & immemorabilis conſuetudo optandi præbendas. An verò in optione domorum attendatur diſtinctio ordinum, aliquid dicimus infr. cap. 5. quæſt. 2. concl. vlt. Et an optari poſſit domus vacans in menſe reſeruato, dicemus q. ſeq. concl. 2. ad finem; vbi etiã quod paulò ante attigimus, fuſiùs explicabimus.

QVAERO TERTIO, An optio locum habeat in beneficijs vacantibus apud Sedem, vel aliàs quomodocumque reſeruatis.

12 Prima Concluſio. Optio † locum non habet in beneficijs, ſeu præbendis in Curia, ſeu apud Sedem vacantibus, text. eſt d. cap. fin. verſ. in præbendis verò, vbi Gloſ. & Doct. de conſuet. in 6. idemq; notauit Gig. d. tract. de penſion. q. 63. Rot. deciſ. 4. tit. de conſuet. in no. Caputaq. deciſ. 373. beneficia, lib. 1. Staphil. in trac. de lit. grat. & iuſt. tit. de vi, & effect. clauſ. in cap. quod incipit. inſuper derogatur, num. 3. fol. mihi 286. Iacob. Card. Simon. tract. de reſer. benef. quæſt. 45. num. 3. Aen. Falcon. ſimil. tract. quaſt. 4. effect. 1. Io. Azor. Inſt. Moral. par. 2. lib. 6. c. 26. quæſt. 13. eaq; poſtrema, & alij quotquot de optionibus aliquid ſcripſerunt. Id quoque habet locum

14 † in groſſis fructibus, (qui à diſtributionibus, & præbenda diſtinguuntur, vt patet ex Doct. in cap. vnico, de cler. non reſiden. in 6. Calder. conſ. 21. tit. de præben. & Pariſ. conſ. 32. volum. 4. Felin. in c. Iacobus, de Simon.) illi enim ſi obtenti fuerint per Canonicum in Curia defunctum, optari non poſſunt, quàmuis redirent ad Capitulum, vt tradit Rot. d. deciſ. 4. de conſuet. in nou. dicẽs, ita fuiſſe declaratũ per Greg. XI. quam ſequitur Franc. d. cap. fin. verſic. in præbendis, num. 3. de conſuet. in 6. Staphil. loco mox citan. Mil. in ſuo Repert. verb. conſuetudo optandi, ſicut non poteſt, poſt Rom. conſ. 289. Gig. dict. quæſt. 63. num. 10. Franc. Marc. dec. Delphin. 1268 1. par. Neque tunc, vbi nimirum de huiuſmodi prębenda in curia vacante alicui prouideatur, opus erit ſpe

15 cialiter derogare conſuetudini † de optando, ſed ſufficiet generalis deroga-

rogatio ſtatutorum, & conſuetudinem, cum earum præbendarum libera diſpoſitio ſpectet ad Summum Pontificem,c.licèt,de præbend.in 6. & d.cap.fin.eodem lib.cum ſimil. & ita in ſpecie tradit Staphil. loc. cit. Talis enim derogatio extẽdetur ad quæuis ſtatuta etiam iurata, vt poſt Rot.deciſ.12.de reſcrip.incip.nota ſi aliquod,in antiq.docet Staphil.ibid. Paria verò immo idem ſunt vacare
16 † in Curia,& apud Sedem, vt patet ex cap. 2. iuncto cap.ſtatutum, de præben. in 6. & not. Gloſ. & Doct. ibid. & d. cap. fin. de conſuet. in 6. Put.deciſ.36.lib.2.Simon.d tract.q. 30 nu. 2.& alij paſſim: licèt Couar. pract. quæſt. c.36.nu. 3. & Gomez. reg.de triienn. poſſeſſ.q.31. in 1. art. latiùs diſtinguat,quem etiam ſequitur, ac latè defendit Hier. Gonzal. d.Reg.8. Gloſ.3.à num.48. ad 53.

Vt autẽ ſcire poſſimus,quibus in præbendis locum habeat optio, videndum eſt hic breuiter, quænam beneficia dicantur vacare in Curia: in ſequenti verò concluſ. recenſebimus alios præcipuos reſeruationis modos:neque enim idem eſt,be-
17 neficium † eſſe reſeruatum, & vacare in Curia, vt malè, & abſque fundamento voluit Calder.conſil.9.tit. de præben.ad fin. ſed reſeruatio habet ſe ad vacationem in Curia, ſicut genus ad ſpeciem, vt patet ex Frãc. cap.ſtatutum, num. 5. de præb. lib. 6. Bellam. deciſ. 654. Rot. deciſ. 4. num. 1. de præben. in nou. Simon. d.q. 30.poſt Lap. alleg. 84. niſi largo modo ſumere velimus vacationẽ in Curia,ſeu apud Sedẽ, quaſi vtrũq; idem ſit,atque ita vacare, quod eorum beneficiorum diſpoſitio ad Romanam Sedem pertineat.

Primus ergo vacationis modus
18 in Curia eſt per obitum † cuiuſuis beneficiati ad Romanam Curiam venientis, ab eaue recedentis, ſi in decedat, vel prope eam intra duas dietas legales, vt diſponit tex. in c. præſenti. de præben. in 6. hoc eſt, per 20.leucas, ſeu 40. milliaria, vt exponit ibi Gloſ.& Doct. per tex. in l.vicena millia,ff.ſi quis caution.Idẽ diſponitur in Extrau. ad regimen, Bened.xii.& eſt 13. tit. de præbend. & dig. inter commun. verſ. nec non quomodolibet. Idem quoq; dicendũ
19 eſt, ſi duobus † in Romana Curia ſuper beneficio ſibi collato litigantibus, vterque, vel vtroque moriente alter, qui eſt poſſeſſor, in Curia decedat;idem ſi alter tantùm ſiue poſſeſſor, ſiue petitor, in Curia deceſſe-
20 rit, cum ad illum † ſuperſtite cauſam proſequente, declaratum fuerit pertinuiſſe:his enim caſibus tale beneficium collationi Summi Pontificis reſeruatur,& in Curia vacare dicitur,Clem.vnica, & ibi Gloſ. & Doct. vt lit. pend. immo idem erit,
21 † ſi eorum alter in Curia, alter extra deceſſit, neutro poſſidente: erit enim tunc Romanus Pontifex propter auctoritatis prærogatiuam in collatione præferendus,vt ibid.dicitur,verſ.neutro autem:quod ibi extẽdit Gloſ.& Doct. vbi vterque poſ-
22 ſideret, † ſed propter mortem declarari non potuit, ad quem de iure beneficium pertineret.

Secundus eſt in beneficijs Curia-
23 lium, † qui etiam Romana Sede vacante, quauis de cauſa ad locum per duas dietas vicinùm ſecedunt, ibiq; moriuntur; dummodo eo in

loco

Digitized by Google

loco(etiamſi erãt ad ipſam Curiam reuerſuri,) eorum domicilium, ſeu domus propria non exiſtat. Ita etiã diſponitur d.cap.præſenti, ferèque idem habetur in d.Extrauag. ad regimen, verſ.ac etiam ſimili modo.

24 Tertius eſt per obitum† in Curia Curialis habentis ibidem originem, ibique morantis occaſione Curiæ, vt dicitur in d.c. præſenti,verſic. ſa-
25 nè ſi quis.quod idem erit, † ſi non originem, ſed perpetuum domicilium,ſeu domum etiam conductam in Curia habeat, vt ibi probat Glo. in verbo,originis.Quis autem com
26 prehendatur nomine† Curialium, quod ad reſeruationem ſpectat, vide Mandoſ. Reg.5. Cancel.quæſt.1. Gonzal.d.Reg.8.Glo.13.§.1.nu 19.

27 Quartus per obitum† Curialium decedentium in itinere,dum ſequuntur
28 recedentem Curiam,vel†in loco,vnde receſſit Curia, quam ſequi propter infirmitatem non potuerunt;& hoc quantumcunque locus, vbi decedunt, remotus ſit ab ipſa Curia:ita habetur in d. c. præſenti, verſ.porrò,& in Reg.5.Cancell.

29 Quintus per obitũ† Legatorum, ac Nuntiorum Sedis Apoſtolicę,intra duas dietas legales ab ipſa Curia diſtantes decedentium: ita diſponit tex.d.c.præſenti,in princip. Im-
30 mo etiam idem erit† ſi dicti Nũtij, ac Legati vbilibet decedant ante ipſorum ad Curiam reditum, durante Legatione,& proſecutione negotiorum illis a Sede Apoſtolica demandatorum, prout additum fuit in Extrauag.Io.22. ex debito. verſ. rurſus huius noſtræ, quæ eſt 4. ſub tit.de elect.in comm.& in d.Extrau. ad regimen,in verſ.ac perobitũ, vbi etiam id extenditur ad Rectores, & Theſaurarios in terris Rom. Eccl.

31 Sextus eſt in beneficijs†quibuslibet S.R.E.Cardinalium, & Officialium,vt Camerarij, vel Cancellarij, Notariorum, Abbreuiatorum,Correctorum,& aliorum quorumcunq; Sedis Apoſtolicæ vbicunque decedentium.ita habetur in d.Extrauag. ad regimen,d.verſ. ac per obitum.
32 de Protonotarijs † latè Simon. d. tract.quæſt. fin. Mandoſ. ad 1. Reg. Cancell.quęſt.7.& 8.De Collectori-
33 bus, & Subcollectoribus † eſt Reg. 4. Cancell. vbi inter alios Gloſſat. optimè Mandoſ. Bellenz. tract. de charit.ſubſid.quæſt.115. & ſeqq. Simon. & Add.loc.infr. citando. Idq;
34 procedit,licèt† Officiales poſtea eſſe deſierint, vt in d.Reg.1. habetur.
35 cũ beneficiũ ſemel affectum†ſemper duret affectum, vt tradunt Do. de Rot.deciſ.11.13.14.15. de præb. in ant.20.in antiquior.Anch.cõſ.138. prope fin.Sim.d.tract.q.33.nu. 4. & 5.Secus verò erit in acquiſitis poſt dimiſſionẽ officij:ita poſt Bellam.in c.cum in diſtribuẽdis,de temp. ord. tradit Rebuf.in Prax.benef.tit.de reſer.nu.25.vbi alias quoq; limitationes affert ad hũc caſum; & patet ex Reg.1.Cãc.vbi Mandoſ.&alij.Verũ S.D.N.Paul.V. poſtquã in ſua Reg. 1.Cancell.Extrauag. illam,ad regimen,quam ibi innouat,locum habere voluit, etiamſi Officiales in eadem conſtitutione expreſsi Apoſtolicę Sedis Officiales ante obitum eſſe deſierint,quoad beneficia, quæ tempore,quo Officiales erant,obtinebãt,in ead.Reg expreſsè declarauit comprehendi etiam beneficia, quę dimiſſis officijs,& quandocunq;

aſſecuti fuerint Apoſtolicæ Sedis Officiales,qui ratione huiuſmodi officiorum ſuorum dictæ Sedis Notarij erãt.Quoad Collectores tamẽ,& Subcollectores idem Sãctiſſimus d. Reg.4.voluit, ea ſolùm beneficia eſſe reſeruata,quæ illi obtinebant durante officio; atq; adeo non includuntur illa, quæ poſtea acquiſiuerunt.quod idem dicendum erit de alijs Officialibus Papæ, qui non ſunt ratione officiorum ſuorum Notarij Sedis Apoſtolicæ, ſumpto argumento a contrario ſenſu ex d. Reg.1.

36 Septimus eſt per priuationẽ,ſeu depoſitionem† factam in Curia; id ipſum habetur d.Extrauag.ex debito, verſ.huiuſmodi autem,& d.Extrau. ad regimen, verſic. necnon;& not. Rot. de re iudic. deciſ. vlt. in antiquior. & late tradit Simon. d. tract. de reſeru.benef.c.37.poſt Fran. d.c. præſenti, §.ſanè, & alios. Et ratio eſt, quoniam eo in loco dicitur vacare beneficium,vbi fit priuatio, vt poſt Rot. deciſ.35. de præbend. in antiq.& alios fusè proſequitur Cranut. in Addit. ad Simon. vbi ſupr. Gonzal.d. Reg.8.Gl.15.§.2.ex n.8.

37 Octauus per reſignationem† in Curia factam; vt diſponitur in dd. Extrauag. loc. cit. idque, licèt reſignatio ibidem fiat in manibus Ordinarij, vel conſtitutio procuratoris ad reſignandam alibi facta ſit,vt tenet Rot.de rer.permut. deciſ.1. nu. 5.in nou.probatq; Simon.d.tract.c. 28. quem videre poteris cum ibi Add.Flam.Pariſ. trac.de reſ. benef. lib.2.q.20.num.7. Huic modo ſimilis eſt vacatio beneficiorum,in quibus reſeruatus eſt regreſſus; nam ea vacare dicuntur in Curia,vt poſt Archid.Ioan.And.& alios d. cap. 2. de præben.in ſexto.docet Pariſ.d.q. 20. num. 11. atque adeo,quòd in ijs locum non habeat optio in ſpecie tradit Pariſ.ead.q.20. n. 12.dicens, ita fuiſſe reſolutum in duab.deciſionib.Ro.Rom.ſecus verò dicendum, vbi membra aliqua ſint ſeparata ab ipſo Canonicatu,& præbenda: tunc enim ſuper ijs non cenſetur reſeruatus regreſſus,atque adeo optari poſſunt,vt decidit bis Rot. Rom. teſte Caputaq,deciſ.281.par.2.niſi membra ipſa vacent per reſignationem præcipuè factam in manibus Papæ: tunc enim illa membra,licèt ſeparata,optari non poterunt, vt per eundem Caputaq. deciſ. 282. Quòdſi fiat locus regreſſui, qui regreditur cum recuperet locum ſuum, vt cap. 4.q. 4. oſtendemus poterit cũ eadẽ prærogatiua antiquitatis optare.

38 Nonus modus eſt per adeptionẽ† ſecũdi incompatibilis,vt patet ex ijſdẽ Extrauag. necnon ex Ioan. 22.in Extrauag.execrabilis,de præben. in comm.Simon.d.tract. quæſt.26. nu. 1.vbi etiam dicit,fuiſſe ſuis temporibus Regulam Cancell. 64. ſed nũc eſt Reg. 1. in qua renouantur omnes reſeruationes, de quibus in d. Extrauag.execrabilis, & Extrauag. ad regimen,de præben.in commun. & num.5. ſubdit,id procedere,ſiue ex iuris diſpoſitione vacent, ſiue ex decreto Papæ: ſed hic modus vacationis inducit potiùs ſimplicem reſeruationem,ſi propriè loqui velimus,quàm vacationem in Curia, vt infra dicemus;licèt Rot.largè loquendo in deciſ.65. de reſcript. in antiq.dicat,ea beneficia vacare in

Curia

Curia: de qua vacatione per incompatibilitatem plura agemus cap. 6. q. vlt. per tot. poſt Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 15. in 3. vacationis modo, & alios. Ceterum circa dd. Extrauag. quod ad hunc reſeruationis modum attinet, illud eſt adnotandum, non omnia beneficia vacantia per incõpatibilitatem eſſe reſeruata, ſed ſolùm illa, quæ vacant per translationem, aut muneris cõſecrationis impenſionem a Papa, vel eius auctoritate factam; necnon per aſſecutionẽ pacificam beneficiorum collatorũ a Papa, vel auctoritate litterarum eiuſdem, vt liquet ex d. Extrauag. ad regimen innouata in d. Reg. 1. item illa, quæ ipſo iure vacant ex diſpoſitione d. Extrauag. execrabilis, nimirũ dimiſſa ab eo, qui plura beneficia aut officia, quę aliàs absq; diſpẽſatione obtinere nequibat, etiam cum diſpẽſatione obtinet, facta intra menſem electione vnius cum cura, & alterius ſine cura, ſi ad dimiſſa ſine noua collatione redierit. item non electa, vel non dimiſſa, vt in §. ſtatuimus, item obtenta abſq; diſpẽſatione legitima, quæ dimittuntur intra menſẽ, retento vltimo rite collato: & hic etiam, ſi illa non dimittantur, vt in §. porrò. Deniq; ſecundum beneficium curatum, vel officiũ Perſonatus, aut Dignitas, niſi primum intra menſem dimittatur; vt in §. qui verò. Illa verò, quæ vacant ipſo iure aliàs, quàm per d. Extrauag. non ſunt per eam reſeruata, vt inter cæteros adnotauit ibid. Gl. in verbo, vacatura, cum duob. ſeqq. & communis praxis obſeruat.

Decimus eſt per translationẽ,
39 † conſecrationem, ſeu benedictionem, electionum caſſationem, poſtulationum repulſionem, & ſimilia facta in Curia, vt in præcit. Extrau. ex debito, & Extrau. ad regimen latè Simon. d. trac. q. 26. & 32. De quib. Ex-
40 trau. præcipuè verò † de Extrau. ad regimen, quæ eſt Benedicti XII. illud aduertendũ eſt, morte illius Pontificis expiraſſe, cum ad vitam ſuam durare voluerit, ſed eam nunc per Summ. Pontif. innouari, & inter Regul. Cancell. Apoſt. collocari, vt de d. Extrau. ex debito, tradit Gemin. in c. ſtatutum, col. 2. de præb. in 6. de altera verò Caſſad. deciſ. 3. de conſtit. Simon. d. tract. quęſt. 26. nu. 4. & q. 32. nu. 2. ibiq; Add. adnotarunt, Rebuf. tit. de reſeruat. Mandoſ. & alij ad 1. Reg. Cancell. q. 1. & 2. Apud quos etiam, & apud Aene. Falcon. ac Gaſpar. de Peruſ. in conſimili tract. de reſeruat. necnon & Dd. in d. Extrau. & c. 2. & 3. & cap. præſenti, de præben. in 6. videre poteris alios, ſi qui ſunt, in Curia, ſeu apud Sedem vacationis modos, ac nouiſſimè apud Gonz. d. Reg. 8. Gl. 13. a n. 3. ad 47. vbi inter alia ponit beneficiorũ conſiſtẽtiũ in Vrbe vacationẽ itẽ Gl. 15. §. 2. a n. 8. ad 30. male aũt d. n. 47. quælibet beneficia reſeruata dicit vacare in Curia; & nu. ſeqq. vacare in Curia, & apud Sedem differre contendit, vt conſtat ex ijs, quæ initio huius concluſ. docuimus.

Secunda Concluſio. Optio locũ
41 non habet † in beneficijs quomodocunque reſeruatis ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, vt voluit Rot. deciſ. 1. de rer. permut. in nou. num. 4. Mohedan. deciſ. 267. Pute. deciſ. 4. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. Delphi. 1271. nu. 2. part. 1. Flam. Pariſ. de reſign. be-

Digitized by Google

neſ.libr.2.quęſt.20.num.3.Io.Azor. Inſtit.Moral.par.2.lib.6.cap. 26. q. 13.Hier.Gonzal.d.Gloſ.34.num. 2. vbi plurimos allegat, quorum aliquos referemus inf.cap. 8. quæſt. 1. concl. 2. circa finem Anaſtaſ. Germon. in moderno tract. de indul. Apoſt.§.etiam ex eo,num.12.Mandoſ. ad Lap. alleg. 84. in verbo, optio.Aene. Falcon.in d.tract.de reſer uat. benef. 4.q.princip.effect.5. in princip. & ferè per tot. Gaſpar de Peruſ.in ſimil. tract.quęſt.2.num. 1.in princip. Gig. de penſion.quęſt. 63.num.9.Simon.d.tract.quæſt. 45. num. 3. & ibi Add.in verbo, ſuperfluum.idemq; voluit Archid. in cap. fin. de conſuetud. in 6. Collect. in c. ex tenore,col.1.quæſt.6. de conceſſ. præbend. & poſt Roman. conſ. 24. tradit Mil.in Repert.verbo, conſuetudo optandi non habet locum,il 1. horum pleroſq; itemq; alios recenſet Rot. in vna Bononien. optionis, cuius tenorē refert,ac ſequitur Nic. Garz.tract.de benef.quem poſt hæc ſcripta vidi,par.5.cap.1.§.10. num. 452.alios ipſemet Garz. recēſet nu. 450. Et quāmuis hæc opinio ſic indiſtinctè loquens ſatis probabilis ſit propter tantorum patrum auctoritatem: aliqui tamen eam dupliciter temperant. Primò, vt non proce-
42 dat,† vbi reſeruatio ſpecialis fit ad inſtantiā patris:ita Gemin.& Franc. poſt alios,d.cap.fin.§. in præbendis, Card.conſ.16.ad fi. Caſſador. deciſ. 4.num.7.de conceſſ.prębén.Staphil. loco ſupra in princ.1.concluſ.alleg. num.4.Et eam rationem hi omnes afferunt,quia tunc ambitioſa eſt reſeruatio,atque adeo reſtringenda, iuxta cap. quāmuis, & c. ſi propter de reſcrip. in 6. Secundò, vbi reſeruatio ſpecialis,(in gratiam nimi
43 rum alicuius,) fit † non de certo beneficio,ſed de incerto,vt puta, quod quis duxerit acceptandum :ita poſt Gemin.conſ.104. iuxta fi. & Franc. d.cap.fin.in principio, verſ.vltimo, voluit Simon.d.q.45.n.6.& 8. ac tenere etiam videtur Rot.deciſ.5. de conſuet.in nou. Aliter quoq; alij diſtinguunt,vt videre eſt apud Falcon. d.effect.5.& Gaſp.de Peruſ. d. tract. de reſer. benef.quæſt.2.

Illam tamen diſtinctionem prętermittere non debemus, quam de reſeruatione ſpeciali poſt eundem Falcon.d.quæſt.4.princip.effect.37. facit Gonzal.d.Commentar. reg.8.
44 Gloſ.34.num.40.& ſeq.quòd† ſi Papa reſeruat ſpecialiter præbendam Titij, qui poſtea dimiſſa prima aliā optauit,vltima optata, quam tempore mortis habet, non autē prima reſeruata cenſetur: quod etiam tradit Card.conſ.126.num.7.Rebuſ.ad Reg.3.Cancell.verbo,obtinet,Simonet.d.trac.de reſeruat.benef.q.35.n. 42. iuncta additione Grauat. ibid. Prob.ad Io.Monac.d.c.fin.n.28. ſub littera B.de cōſuet.in 6. Secus vero, ſi Papa reſeruaſſet præbēdā Titij,cū primum per ceſſum, aut deceſſum, aut aliam dimiſſionem vacauerit ; tunc enim fortè dicendum eſſet, primam præbendam cadere in reſeruatione,quia vacauit vno de expreſſis modis, & reſeruatio capit vacationem per optionem; (quia per hanc dimittitur præbēda,& vacat, vt conſtat ex adductis per nos ſup. cap. 1. huius tract. quæſt. 2. & alibi ſæpe.) quare ſupradicti Doct. ſunt intelligendi, quando ſimpliciter reſeruatur

tur

tur præbenda Titij, vt notauit Gonzal.d.num.41. Qui etiam nu. ſeq. ex
45 hoc infert, quòd † nemo impeditur optare, licèt habeat reſeruatum beneficium ratione optionis dimittendum, puta ex eo, quòd fuerit Subcollector, aut familiaris Papæ, & illud durante officio, aut familiaritate obtinuerit, aut ex alia quacunque cauſa, poſt Card.d.conſ.126.incipit, vacauerunt, num.fin.& Rot.Rom.in vna Salamantina integræ portionis, 18.Octobris 1584.coram bo.mem. Vicecomite.

Id autem ita accipiendum, eſt,
46 vt † poſſit hæc præbenda generaliter reſeruata optari, antequam vacet per obitum, non autem cùm ſic vacauit; tunc enim omnino eius diſpoſitio ſpectat ad Papam, per ea, quæ de reſeruata ſpecialiter paulò ante diximus. qua ratione idem erit dicendum de ijs præbendis, quæ tūc ſolùm incipiunt eſſe reſeruatæ, cùm eas optinentes decedunt, cuiuſmodi ſunt præbendæ, ac beneficia morientium in Curia, vel intra duas dietas legales, iuxta cap.2.& cap.præſenti, de præben.in 6. hæc enim ideo tunc nō poſſunt optari, quoniam ſtatim, ac reſeruatæ ſunt, earum diſpoſitio per collationem facienda eſt ſimul cum Canonicatu, quæ conferri nequeunt niſi per Romanum Pontificem, dd. iuribus. In alijs etiam, quarum reſeruatio incipit ante obitum, vt ſunt beneficia Officialiū Papæ, perficitur autem in obitu; (nam reſeruantur vacantia per obitum eorundem quoad obtenta tempore officij, licèt Officiales eſſe deſierint, & obtenta quandocumq; ſi ratione officij, Sedis Apoſtolicæ Notarij erant, vt in Extrauag.de regimen, de præb. in commun. iuncta Reg. 1. Cancell.quæ illam Extrauag. innouat, & ſic extendit;) poterit cadere optio ante obitum; cum præſertim ab optāte retineatur Canonicatus, qui deinde tempore obitus ſimul cū præbenda, quam tunc habebit Officialis, erit in Papę diſpoſitione, ex dictis, iunctis traditis per Doct.d.c.fi. & tradendis per nos infr. concluſ. 5.ad fi. & cap.7.quæſt.1. Vide Gonzal.Gloſ.53.num.41.

Illud quoq; præteriri non debet, quod ad optionem pertinet, ſtante reſeruatione præſertim menſium Apoſtolicorum, quodq; in fi.q.præced. huic loco reſeruauimus; quid
47 † dicendum ſit, ſi domus, aut camera Canonicalis, vel Portionalis, quā aliquis Canonicus, vel Portionarius ſimul cum Canonicatu, aut portione obtinebat, vacauerit in menſe reſeruato, an tunc poſſit optari.

Et quidem, ſi domus, aut camera perpetuò annexa ſit præbendæ, vel Dignitati, Canonicatui, aut Portioni, tunc nulla eſt difficultas, quòd nequeat optari, quando optari nequit ipſa præbēda, ſed trāſire debet ad eū ad quē per collationē tranſit Dignitas, Canonicatus, aut Portio: nam connexorum idem eſt iudiciū, cap.translato, de conſtit, cap. 3. de iudic. cum traditis per Doct. vtrobiq; & alibi ſæpe; cumq; tunc domus vel camera ſit quid acceſſorinm, & quidem inſeparabile, ſequi debet naturam ſui principalis, reg. acceſſorium, cum ibi adnot.& ſuis concord.

Si verò ea domus, aut Camera non ſit perpetuò annexa Dignitati, Canonicatui, aut Portioni, quia de-

fun-

Digitized by Google

functus illam poſſidebat iure optionis ad ſolam ſuam vitam, vt plerũq; fieri debet, tunc ait Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 35. & duob. ſeqq. poſt Caputaq. deciſ. 283. num. 1. par. 2. poterit optari, quia, inquit, quoad iſtam domum temporalem non intrat reſeruatio Regulæ per vacationem in menſe Apoſtolico; nam licèt vacet beneficium, tamen domus hæc non vacat, cum beneficio vacanti non ſit annexa, ſed ad ſequentem in gradu iure optionis ſpectat, nec in iſtis domibus temporalibus intrat reſeruatio, vt de ſimilibus prębendis tradit idem Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 5. §. 1. num. 7. iuncto num. 25. cum ſeqq. eandem diſtinctionem approbat Nicol. Garz. tract. de benef. par. 5. cap. 1. n. 456. cũ duob. ſeqq. ſicq; ambo intelligũt Card. cõſ. 16. incipiente, Dominus Papa, nu. 3. dum abſolutè ait, domum huiuſmodi, aut cameram ſic vacantem optari non poſſe, verùm ſpectare ad prouiſum Apoſtolicum de beneficio reſeruato, tamquã enim acceſſoriam præbendæ venire in reſeruatione; quem ſequitur Aene. de Falcon. de reſeruat. quæſt. 4. princ. effect. 39. dicens, quòd, licèt in ſtallo, & Choro debeat eſſe vltimus, Rot. deciſ. 9. de conſuet. in antiq. & deciſ. 4. eod. tit. in antiquior. tamen ſecus eſt quoad d. cameram, ſeu domum, quam habebat defunctus, quia illam habere debet, cum inter in locum defuncti. intelligitnr inquam Card. & Aene. vt verũ dicant, quando talis domus, ſeu Camera vnita eſt, & annexa perpetuò præbendæ, ſiue beneficio vacanti; ſecus ſi erant ſeparata. quomodo etiã intelligendum eſt, quod poſt Rot. deciſ. 4. de conſuet. in nou. & alios, quos etiam nos allegauimus concl. 1. circa initium, tradit Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 33. non eſſe locum optioni quoad groſſos fructus per Canonicum obtentos in Curia defunctum, ſicut nec in eius beneficio locum habet; nam accipiendum id eſt ex mente Gonzal. & alijs adductis ſup. vbi fructus hi perpetuò annexi ſint præbendæ, vel beneficio.

Iam verò videamus nunc, vt ſuperiùs polliciti ſumus, aliquos alios præcipuos reſeruationis modos: ſeu quænam præcipuè beneficia dicantur reſeruata.

Verùm illud præmittendum eſt,
48 duplicem † eſſe reſeruationem; altera enim eſt generalis, altera ſpecialis, vt docet, & latè probat Rebuf. in Gloſ. ad. 2. reg. Cancell. in fin. Mandoſ. 4. quæſt. proœm. Reg. & Falcon. d. tract. de reſeruat. quęſt. 2. princip. Simon. eod. tract. quęſt. 4. Flam. Pariſ. tract. de reſign. benef. lib. 2. q. 16. num. 16. conſultò enim omitto
49 † mentalem reſeruationẽ, per quã Papa reſeruabat aliquod beneficiũ in ſpecie, vel in genere, vt perſonæ ſibi gratæ, nomine nõ expreſſo, prouideret, de qua per Simon. loco cita. num. 2. ibiq; Add. & Mandoſ. in 11. Reg. Cancell. q. 3. & 4. & alios: tum quia ampliùs ea non eſt in vſu; immo illam ſimul cum quibuſcunque gratijs ad vacatura, mandatiſue de prouidendo, & expectatiuis ſuſtulit Cõcil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 19. de reform. tum quia non diſtinguuntur a generali, ſeu ſpeciali. Omitto etiam tertiam illam ſpeciem, quã aliqui con-
50 ſtituunt, † indiuiduæ, ſeu ſpecialiſſimæ, de qua per eundem Simon. d.

q. 4.

Digitized by Google

q.4.num.4.& quæſt.15.num.1. cum ea non niſi ſecundùm magis, & minùs a ſpeciali diſtinguatur. Differt
51 autem generalis † reſeruatio a ſpeciali beneficiorum reſeruatione, vel quia generalis ea ſit,quę per ius cõmune introducta fuit, quàmuis de ea mentio fiat in Extrauag. aliqua conformi iuri communi: ſpecialis verò,quæ per Regulas Cancellariæ, vel etiam Extrauag. vltra ius commune diſponentes,vt voluit Caſſad. deciſ. 3. de reſeruat. num. 7. Gamba.de offic.Leg.lib.3.nu.121.& probare videtur Simon.d.quæſt.4.num. 4.11. & ſeqq. Vel potiùs,quòd illa generalis ſit, quæ de aliquo genere beneficiorum,ac perſonarum fit, puta ſi reſeruãtur Dignitates cuiuſuis Eccleſiæ, vel omnia beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ,aut certis menſibus vacantia; ſpecialis verò, quæ fit de certo beneficio, aut ad fauorem certæ perſonæ; & hoc non cõſiderato,quòd per ius commune, vel per Extrauag.aut Regulas Cancellarię,ſeu etiã per aliquod decretũ Pontificis ea reſeruatio fiat,vt patet ex deciſ. Rot.28.de præben. in antiq.& 3.de reſt.ſpol.Gemin. conſ. 3.& 12. Aegid. conſil. 29. & Rebuf. in Prax. Benefi,tit. de reſeruat. num. 1. vſque ad 11. & rationibus, quas d. quæſt.4. num. 5. & quatuor ſeqq. affert: neque ſatis illi facit Simon. qui tandem num. 14. in hanc diſtinctionem inclinat, dum concludit,reſeruationes, quę generaliter inducũtur in Regulis Cãcell. ab Innocẽtio citra editis,generales eſſe, non autem ſpeciales: qua de re videre poteris latiùs tractantem Aen. Falcon. d.tract.de reſer.benef. quæſt.2. Nunc autem deſcendamus ad caſus, ſeu modos præcipuos reſeruationis beneficiorum.

Primus ergo modus eſt per vaca-
52 tionem † iu Curia,ſeu apud Sedem. Beneficia enim omnia vacãtia apud Curiam ſunt reſeruata, vt patet ex tex.d.c.2.de præben. in ſexto. & ibi omnes Simon.d.tract.q.30. num. 1. & includit omnes illos decem, quos ſuperiori concluſione recenſuimus. ex ijs tamen duos puto nõ propriè vacationem in Curia,ſed ſimplicem reſeruationem inducere, qnorum al
53 ter eſt ſextus in ordine, † de beueficijs S.R.E.Card.& quorũ cumq; Sedis Apoſtolicę Officialiũ, vbi in loco a Curia diſtante vltra duas dietas eos decedere contingat, vt ſatis patet ex Rebuf. d. tit. de reſeru. nu. 25.iuncto nu. 2. vbi diſtinctos caſus ponit reſeruationis beneficiorũ Officialiũ Curiæ a vacatione in Curia. Alter eſt nonus, de vacatione per adeptionem ſecundi incõpatibilis, de qua per Ioan.22.in Extranag.execrabilis, tit. de præben. & eſt vnica ſub eo tit.inter eius proprias Extrauagan. & 4.inter cõmun.quæ etiam per 1. Regul. Cancell.innouata eſt, & aliquid etiam,habetur in d.Extrauag.ex debito,de elect.& Extrau. ad Regimen,de pręb.in cõmun.ꝙ verò
54 hęc nõ ſit propriè vacatio † in Curia,colligere eſt ex Paul.Barchin. in prax.Reg.Cãcell.tit.de benef.reſer. gener. vbi & ipſe diſtinguit tã vacationẽ beneficiorũ Cardinaliũ,& Officialiũ,quàm per aſſecutionẽ alterius ſeu per Extrauag. execrabilis. Sed me magis mouet illa ratio,quòd, cũ argumentum a vi vocabuli valeat, vt in hac ſpecie in materia reſerua-

tio·

tionum tradit Mandoſ. ad Reg. 2. Cancell.quæſt.5. num. 5. proculdubio beneficia propriè in Curia, vel apud Sedem vacare non dicentur, niſi, vel quis in Romana Curia, vel prope eam decedat, vel aliquid circa beneficium in ea fiat,vel per beneficiatum,reſignando, vel per Romanam Sedem,puta priuando, electiones caſſando, poſtulationes repellendo; ſicque dicere poſſumus, nec forſan malè, ſolos quinque primos,ſimul cum octauo, ac decimo ex ſupra poſitis modis eſſe proprios vacationis in Curia;quibus ob ean-
55 dem rationem addere poſſumus† reſeruationem illam, quæ ſit per appoſitionem manus Summi Pontificis,& aliqui,vt Rot. deciſ. 10. num. 1,de pręben.in nou.& deciſ.25.nu.4. de conceſſ. præbend. in antiq. affectionem vocant;vt,cùm Papa beneficium aliquod contulit inhabili,vel ſimiles caſus,de quib.tex.& Doct.in cap.vt noſtrum,de appell. cap. ſi eo tempore, de elect.in 6. & in Extrau. ad Romani,de præben.in commun. Falcon.de reſeru.benef. in Pręlud.3. & quæſt.4.effect.26. Gaſpar de Peruſ.quæſt.10.Simon.quæſt.58.63.& 64.Gonzal.in Comment.Reg.8.Gl. 52.ferè per tot. Mandoſ. in proœm. Reg.Cancell.q.5.Rebuf.d.tit.de reſeru.num. 30.& ſequen. vbi etiam oſtendunt, affectionem à reſeruatione quid differat. niſi velimus cũ Mandoſ.ad Reg.5.Cancell.in princ. ſolum caſum mortis in Curia, vel prope Curiam includere;(a quo tamen in præſenti cum cõmuniori diſſetimus;)Sicq;ſoli priores illi quinque proprij erunt modi vacationis in Curia. Sed quicquid ſit,illud nobis ſat eſſe debet,per eos omnes ita reſeruari,& affici beneficia, vt regulariter non niſi per Summum Pontificem conferri queant. Pari ratione ſimpliciter reſeruata ſunt beneficia, quæ quis adeptus eſt per ſimoniam confidentialem.hęc enim eo ipſo vacant,& Sedi Apoſt.reſeruantur per Extrauag. 108. Pij IV. quæ incipit, Romanum Pontificem,& Extrauag. 87.Pij V.quæ incipit, Intolerabilis.

Secundus reſeruationis modus, ſeu caſus eſt eorum beneficiorum,
56 † quæ vacant per promotionem ad Epiſcopatum,de qua in d.Extrauag.ad regimen,c.cum in cunctis,§. cum verò,de elect.cap.cum noſtris, & cap. poſt electionem de conceſſ. præben.& ibi Doct. & per Mandoſ. ad 1.Reg.Canc.q.15. & Rebu.ibid. & Falcon.d. tract. de reſer.benef.q. 2.princ. & Simon quæſt. 22. & ibi Add. vbi etiam inter cęteros tra-
57 dunt,quando† beneficia hęc vacent de iure,ſeu de ſtylo Romanę Curię.
58 Tertius eſt in beneficijs† familiarium Papę,& Cardinalium,de quibus Extrauag. ad Romani, quæ eſt Paul.2.& vlt.ſub tit.de præbend.in commun. & Regul. 3. Cancellar. vbi Rebuf. & alij Gloſat.&Mandoſ. quęſt.17.18.& 19.Simon.d. tract.q. 35.ibique Add.& Gomeſ.ad Reg.de impetr. benefic. vac. per obit. fam. Card.quæ eſt 31.cum ſeq.vbi etiam Mandoſ. & ceteri adnotarunt, qui aliquid de beneficiorum reſeruatione ſcripſerunt.
59 Quartus eſt in omnibus † dignitatibus Pontificalibus,nec non maioribus poſt Pontificalem in Cathedralibus,ac principalibus in Collegiatis, valorem decem florenorum auri

auri excedentibus, necnon Prioratibus, Præpoſituris, atque alijs Dignitatibus Conuentualibus, & Præceptorijs generalibus Ordinum, quorumcunque, ſed non Militiarum, vt diſponitur in 2. & 3. Reg. Cancellariæ, vbi Rebuf. Mandoſ. & alij Gloſat. hanc rem optimè pertractant. Dubium autem maximum eſt, quid ſibi velint illa verba, quæ in fine d. Reg. 3. ponuntur; ac fel. rec. Pauli 2. Innoc. VIII. Adriani 6. & Pauli 3. Romanorum Pontific. prædeceſſorum ſuorum veſtigijs inhærendo, declarauit, Dignitates, quæ in Cathedralibus, vel Metropolitanis poſt Pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex Apoſtolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel aliàs quouis modo in Collegiatis Eccleſijs præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſeruatione prædicta comprehendi debere. quod idem quoq; ijſdem ferè verbis habetur in Reg. 3. fel. recor. Clementis VIII. videntur enim hæc parti primæ aduerſari, in qua ſolùm maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus reſeruantur: quoad Collegiatas verò vidētur idem continere. quam difficultatem Rebuf. ne mouit quidem, Mand. verò ad d. Reg. 3, quæſt. 16. optimè ſenſit, & ſatis congruè ſoluit, dicens, quòd hæc vltima pars ita veniat ampliatiue ad primam, quòd in ſecunda reſeruentur, non ſimpliciter, & abſolute omnes Dignitates non maiores in Cathedrali, ſed illæ, quæ aliquo ex illis, vel alijs modis præeminentiam habent in Collegiatis Eccleſijs, prout dicit eſſe aliquas Dignitates huiuſmodi in Alemania. Sed quicquid ſit, nunc ſaltem in Italia omnes Dignitates tamquam reſeruatæ regulariter per Papam, vel Apoſtolica auctoritate vt audio, conferuntur, idque fortè ſolùm ex ſtylo Curiæ, cum eæ dumtaxat Dignitates quarum antea meminimus ēt in nouis Regulis Inno. IX. Cle. VIII. & Pauli V. reſeruatę ſint, & ē ibi quoq; hæc de re Reg. 3. vt iam diximus.

60 Quintus eſt de vacantibus † in menſibus reſeruatis, qui quidem iuxta Regul. 8. Cancel. antiquam, & nouam erant, & ſunt, Ianuarius, & Februarius, Aprilis, & Maius, Iulius, & Auguſtus, October, & Nouember; reliqui verò ita Ordinarijs cōcedebātur in Reg. Pauli III. vt in ijs poſſint de quibuſuis beneficijs, nō tñ generaliter, aut ſpecialiter reſeruatis diſponere; & hæc reſeruatio ſolum effectū habebat extātibus expectatiuis, prout ex ipſa regula videre eſt, & notauit inter alios Staphil. de lit. grat. & iuſt. in prælud. Nūc aūt nō ſolū fit reſeruatio, ſed ēt ordinarijs collatoribus cōceditur; & vtrūq. alternatiua mēſiū ſiue extātibus, ſiue nō extātibus expectatiuis, prout inter Reg. fel. rec. Innoc. IX. nec non Clementis VIII. & S. D. N. Pauli V. videre eſt in Regul. 8. vbi Summo Pontifici reſeruantur quæcunque beneficia pertinentia ad collationē, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunq; collatorum (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut comprehenſorum ſub Concordatis) quæ vacauerint alias quam per reſignationem in prædictis octo menſibus ſuperius nominatis, quamuis ea aliàs reſeruata, vel affecta non ſint. Quòd ſi Epiſcopi verè, ac perſonali-

ter in Eccleſijs ſuis reſederint, tunc reſeruantur dumtaxat vacantia in menſibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, etiã ſi aliàs affecta, vel reſeruata nõ ſint; de vacantibus verò in alijs ſex menſibus extra Curiam, dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta non fuerint, & ad eorum dumtaxat, non aliorum cum eis diſpoſitionem pertineant, Epiſcopis reſidentibus liberè diſponendi facultas conceditur; modò tamen huiuſmodi alternatiuam acceptent per litteras manu propria ſubſignatas, ſuoq; ſigillo munitas, quas Romam ad Datarium tranſmittant.

De quibus omnibus alternatiuis,
61 † & earum effectu, videndi ſunt Staphil. in d. prælud. Mandoſ. ad Reg. 11. Cancel. quæſt. 11. & ad Reg. 27. q. 16. Pute. deciſ. 492. lib. 2. & 88. lib. 5. Caſſad. de reſt. ſpol. deciſ. 2. Pauin. de poteſt. Cap. ſed. vacant. q. 10. Add. ad Simon. d. tract. de reſer. ben. q. 47. & 71. Fuſc. lib. 2. de Viſit. c. 18. Anaſt. Germ. trac. de Indult. Card. §. alioquin, & §. volumus aũt latiſſimè, quẽ poſt ſecundam huius operis editionem vidi, Hier. Gonzal. in Commen. d. Reg. 8. Cancell. per totum maximè verò Gloſ. 11. 24. 41. 42. 43. 45. 50. 53. 54. 56. 58. & 65. ex quibus pleraq; magis vtilia inf. concl. 5. huius quæſt. afferemus, & alij paſſim.
62 De alijs verò caſibus † reſeruationis beneficiorum, eiuſque materia, præter Regulas Cancellariæ, quas edunt ſinguli pro tempore Summi Pontifices, atq; adeo diligenter legendas; inter quas illa nunc eſt ſingularis reſeruatio vltra prædictas, quam induxit Clem. VIII. & Paul. V. in Reg. 1. Cancel. in fine, nimirum ſolorum omnium beneficiorum, de quibus Ordinarij, & alij collatores contra Concilij Tridentini decreta diſponunt: præter Regulas inquam Cancellariç, pleniùs videas, ſi lubet, Simon. Falcon. & Gaſpar. de Peruſ. dd. tract. de reſer. benef. per tot. Rebuf. in Prax. benef. tit. de reſeru. & ad 20. priores Reg. Cancell. vbi etiam latiſſimè Mandoſ. Caſſad. tit. de Reg. Cancel. dec. 9. 34. 37. & tot. tit. de reſer. & ſæpius tit. de prçb. eãdẽ Rot. tum alibi, tum tit. de præb. in antiq. ferè per totum, Gomes. ad reg. de trien. poſſeſſ. q. 32. & Doct. in cap. vt noſtrum, de app. cap. 2. cap. ſtatutum, & cap. præſenti, de præb. in 6. & in Extrauag. ſupr. alleg. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſ. 201. a num. 110. ad 128. Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 16. num. 16. & multis ſeqq. Gonzal. d. Commentar. §. 3. 4. & 5. proẽm. & Gloſ. 15. 31. 51. & alibi ſæpe. Cucc. Inſtit. canon. lib. 2. tit. 7. qui eſt de præben. Mil. & Bertach. in ſuis Repertor. verbo, reſeruatio, & alios paſſim. Hic enim aliquid de hac reſeruationis materia attigiſſe ſufficiat, ne omnino ieiuni eam pertranſire videremur, cùm de optione, ad cuius cognitionem ea valde vtilis eſt, ageremus; neque pro quauis, quç de reſeruatione incideret quæſtio, tot alij auctores tibi euoluendi eſſent.

Nunc verò propiùs ad rem accedendo, ad ſequentes concluſiones veniamus, ex quibus etiam duæ priores clariores fient.

Tertia Concluſio. Optio nequa-
63 quam locum † habet in beneficijs, ac præbendis vacantibus in Curia, ſeu

Digitized by Google

ſeu apud Sedē Apoſtolicam, quàmuis per Summum Pontificem non conferantur, ſed ab alio, cui commiſſa ſit facultas diſponendi de vacantibus in Curia. Prior pars concluſ. probatur ex tex. d. cap. fin. in ijs verbis; In præbendis verò apud Sedem Apoſtolicam vacantibus, cùm de ipſis per Rom. Pont. ordinatur, locus prædictæ conſuetudini non exiſtit: idq; adnotarunt ibi Doct. communiter. Poſteriorem autem partem tenet Gloſ. d. cap. fin. in verbo, ordinatur, & ibi Gem. Franc. & alij omnes, de conſuetud. in 6. Franc. Marc. deciſ. Delph. 1258. n. 4 1. par. pro qua etiam facit tex. in cap. hi, qui in 2. reſpon. de præb. in 6. vbi dicitur, quòd, qui ad mandatum Legati, vel alteriùs auctoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter in hac parte conceſſa fungentis recipitur, auctoritate Apoſtolica receptum eſſe, dubium non exiſtit. Neque obſtabit tunc, quod in textu dicitur, locum non eſſe huic cōſuetudini in præbēdis apud Sedē Apoſtolicam vacantibus, cùm de ipſis per Roman. Pontif. ordinatur, quaſi vtrumque requiratur, & hoc poſtremum pro conditione ponatur, & taxatiuè adiectum ſit. Reſpon. enim primò cum Gloſ. hic, ſatis cenſeri, per Romanum Pontificem aliquid fieri, ſi per alium faciat, vulg. reg. qui per alium. deinde dici poſſe, illud cum, adiectum eſſe potiùs demonſtrationis gratia, quàm taxatio
64 nis, ex eo, quod ſint † diuerſæ orationes, iuxta not. per Caſtr. conſ. 339. vol. 1. in nou. impreſſ. late per Fel. in cap. ſuper litteris, in prin. lim. 4. & in cap. ad audientiam, il 2. concl. 6. de reſcript. Tertiò, quòd vbi etiam taxatiuè adiecta ſit illa dictio, & conditionem importet, id fit ad excludendum caſum, de quo in ſequenti concluſione, vt optimè Gloſ. hic, & cæteri adnotarunt. Ex hac verò concluſione inferri poteſt per prædicta,
65 † Epiſcopum habentem indultum Pontificium collationis beneficiorū reſeruatorum (dum tamen in ſpecie
66 comprehendat etiam vacantia in Curia, vt per tex. qui apertiſſimus eſt, in cap. 2. de præben. in 6. docet Glo. & omnes d. cap. fin.) ita poſſe conferre præbendam vacantem, vt nullo modo locus ſit optioni, ſeu conſuetudini, ac ſtatuto optandi: Germon. tamen in moder. tract. de indul. Card. §. etiam ex eo, nu. 22.
67 contrarium tenet † in beneficijs vacātibus in menſibus reſeruatis, ſtante immemorabili conſuetudine optandi, ſpeciali ratione, quoniam immemorialis conſuetudo vim habet & ipſa priuilegij; & quia huiuſmodi
68 indulta † non ampliant facultatem conferendi beneficia, ſed ſolùm remouent impedimenta, vt inf. concl. 5. ante medium latiùs oſtendemus; item quia aliàs de iure communi poſſunt Epiſcopi quæcunque beneficia non reſeruata in corpore iuris conferre: ſecus verò erit in reſeruatis huiuſmodi reſeruatione clauſa in corpore iuris. Illud ſanè indubitatum mihi eſt, quòd vbi etiam indultum impediat optionem, de quo latiùs infra hac ead. q. concl. 5. circa
69 medium, poterit † Epiſcopus, vel Cardinalis illud habens permittere, vt fiat optio; cū enim ad eorū fauore inductum ſit, vt optionem impedire poſſint, illi fauori facilè renuntiare poterunt, iur. vulg. cum maximè

Digitized by Google

mè ius Pontificis ſeruetur illęsũ, ex eo, quòd tunc Clerici optẽt, nõ iure proprio, ſed precario; neq; ex his actibus vllam poſſeſſionem acquiſitam, aut conſuetudinem inductam fuiſſe vllo vnquam tempore præten dere poſſint, tot. fere tit. vtriuſq; iur. de precar. cum ibi trad. per Doct. dicentur autem tunc Clerici alioqui capaces iuris optandi optare iure quodam extraordinario, ſicut etiam cùm a Papa idem permittitur.

Quarta Concluſio. Optio poteſt
70 fortaſſe habere † locum in beneficijs vacantibus in Curia, ſi intra menſem a die ſcientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur; ita Gloſ. d. cap. fin. verbo, ordinatur, ibi, poſt mẽſem, vbi Fran. Gemin. & ceteri; alia Gloſ. in cap. præſenti, in figuratione caſus, de præben. in 6. idem etiam tenet Gig. d. tract. de penſion. quæſt. 63. nu. 11. & Zerol. in prax. Epiſc. verbo, Canonia, ver. ad ſeptimũ, concl. 6 & Aen. Falcon. de reſer. ben. q. 4. effect. 6. n.
71 2. Ratio illa eſt, quia beneficia † vacantia in Curia, ſi per Summum Pontificem intra menſem non conferantur a die ſcientiæ, vt volunt ibi antiqui Doct. vel vt Archid. a die vacationis, quod etiam voluit Gem. poſt Gloſ. conferri poſſunt per Ordinarium collatorem, prout diſponitur in cap. ſtatutum, de præben. in 6. & not. Gloſ. & Doct. ibi, & d. cap. fin. Aen. de Falcon. d. tract. de reſer. benef. 4. quæſt. princ. effect. 20. Gaſp. de Peruſ. in ſimili tract. q. 5. Paul. Gran. in addit. ad Simon. in eod. tract. q. 47. num. 14. Rebuf. ad 9. Reg. Canc. & in for. nou. prouiſ. verſ. dummodo tempore datæ, num. 14. vbi etiam oſtendit Ordinarium ſede vacante ſimplicia beneficia ante menſem conferre non poſſe, poſtea verò recte. Quam quidem diſpoſitionem d. cap. ſtatutum, limitant ibi Doct.
72 vt non procedat † in deuolutis ad Papam. Franc. verò, n. 6. & Arch. nu. 3. dicit, habere locum ſolùm in va-
73 cantibus in Curia, non autem † in ijs, quæ alio modo reſeruata ſunt. Rurſus Gl. in Extrau. execrabilis, in verbo, quoq; q̃uo, de pręb. in com. in cit, ceſſare illins prouiſionẽ in reſeruatione, de qua in d. Extrau. execrabilis, in qua reſeruantur beneficia vacantia per adeptionem ſecundi incompatibilis cum primo; & item hoc ſecundum quo ipſo iure ſunt priuati, niſi illud primum intra mẽſem reſignauerint in manibus Superioris. Sed quicquid ſit de iure communi ſaltem antiquo, communis eſt opinio Doct. quod hodie illius diſpoſitio locum non habeat, quia illud c.
74 ſtatutum † reuocatum ſit per Extrauag. ex debito, de elect. vel per Extrauag. ad regimen, de præben. in comm. vel demum per Extrau. piæ ſollicitudinis, quæ eſt 1. de præben. in commun. vt patet ex Glo. 1. d. Extrau. piæ ſollicitudinis, Io. An. Gem. & alijs, præter Archid. d. cap. ſtatutum; idem voluit Lap. alleg. 96. in princip. Gomes. ad reg. de trienn. poſſeſſ. q. 31. verſ. & ideo pro clariori, & Simon. d. tract. de reſer. benef. q. 30. nu. 2. ſed dum ille alleg. Doct. in c. 2. iſti eoſdem in c. præſenti, de præben. in 6. quod etiam dixerunt correctum fuiſſe per d. Extrauag. piæ ſollicitudinis, voluerunt ſemper allegare d. cap. ſtatutum. Puto autem correctã illam diſpoſitionẽ c. ſta-

ſtatutum, non quia in aliqua ex dict. Extrauag. mentio fiat de mẽſe, quod ad rem faciat, vt aliqui ex cit. Doct. voluiſſe videntur; cum mẽſis, de quo in d. Extrauag. piæ. apertè, ponatur pro tempore, intra quod voluit Bonifac. viij. ſuam illam conſtitutionem obliegare; inquit enim, intra vnum menſem a data præſentium: ſed potiùs, quia memores Summi Pontifices earum Extrauag. conditores illius conſtitutionis, ſeu can. ſtatutum, qui iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſentur habere; con-
75 ſtitutiones condendo † poſteriores, priorem, quàmuis de ipſa mentionem non faciant, reuocaſſe noſcantur, vt verbis vtar eiuſdem Bonifacij in c. 1. de conſtit. in 6. Quàmuis
76 non deſint etiam, qui velint, † d. c. ſtatutum, non eſſe reuocatum, vt patet ex ijs, quos refert, & ſequitur Aen. Falcon. d. quæſt. 4. effect. 6. num. 1. & 3. in tract. de reſer. benef. cuius ſententia probabilitate non caret, cum nuſquam in illis Extrauag. neque de d. cap. ſtatutum, neq; de menſe vlla mentio fiat; & iurium correctio, quantum fieri poteſt, ſit vitanda, c. cum expediat, de elect. in 6. l. ſi quando, C. de inoff. teſt. cum ſimil. de quibus Gloſ. & Doct. ibi, & alibi paſſim. Qua opinione retenta, tempus 20. dierum datum ad optandũ, de quo latiùs infra cap. 6. diſſeremus, non
77 curret, † niſi poſt lapſum dictum menſem; regula enim eſt, quòd non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1. C. de annal. except. l. vlt. §. donec, C. de iur. delib. cum alijs, de quibus nos d. cap. 6. quæſt. 9. initio.

Quinta Concluſio, quæ etiam ex 2. concluſ. cum ibi deductis, maximè verò in 5. reſeruationis modo
78 colligitur. Optio † locum non habet in menſibus Apoſtolicis, ſeu beneficijs reſeruatis per Regulam 8. de alternatiua. ita in ſpecie tradit Paul. Granut. in addit. ad Iacob. Simonet. d. tract. de reſeruat. benef. q. 45. Verbo, ſuperfluum, & Hier. Gonzal. ad d. Reg. 8. Canc. Gloſ. 34. à nu. 1. ad 9. Maximè autem verum id erit, vbi reſeruationes motu proprio fiant, ad latè tradita per Gonzal. Simon. & Granut. loco cit. & per nos adducta ſup. concl. 2. Multò verò magis, cum per Summos Pontifices in Regulis Cancellariæ, quas pro tempore edunt, tollantur, atq; irritentur ad hunc affectum conſuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguiores præbendas, cum ampliſſimis clauſulis derogatorijs, prout de hac Regula iam à Xiſto V. edita teſtatur Granut. vbi ſup. & vidim⁹ in Reg. Clem. viii. & nũc videre licet in Regulis initio ſui Põtificatus à S. D. N. Paulo V. editis. verùm de hac derogatione aliquid etiam dicemus inf. hac ead. quæſt. concluſ. 7. & cap. vlt. huius tract. quæſt. 1.

Interim verò illud hoc loco nequaquam pretermittendum cenſui,
79 quòd, † cum in eadem Reg. 8. Cancell. ad effectum, vt Epiſcopus gaudeat alternatiua, requiratur, vt is verè, ac perſonaliter apud Eccleſiam, vel Diœceſim reſideat, non poterit Epiſcopus abſens etiam propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, aut propè diœceſim ſuam moram trahens, ſtatim etiam ad ſuam diœceſim reuerſurus, alternatiua vti: quia licèt abſens propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ

pre-

Digitized by Google

præſens cenſeatur, cap. ex parte il 2. de cleric. non reſid. cap. vnic. eod. tit. in 6. & cap. cum non deceat, de elect. eod. lib. cū ſimil. & qui prope diœceſim eſt, apud eam eſſe dicitur, l. penes te, & l. id apud ſe, ff. de verb. ſignif. & beneficium dicitur vacare in Curia, ſeu apud Sedem ad effectū reſeruationis, ſi vacat in locis diſtā- tibus à Curia per duas dietas, cap. præſenti, de præben. in 6. cum alijs pro hac parte adductis per Hier. Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 43. num. 2. 3. 10. 44. vſque ad 82. iunctis ijs, quæ de caſualiter abſente, vt abeſſe non dicatur, adducit num. 4. ex l. quæſitum, §. fin. ff. de leg. 3. l. heres abſens, ff. de iudic. & alijs iurib. quod idem de eo, qui ſtatim eſt reuerſurus, probat num. 7. cum duobus ſeqq. inter cetera, ex l. 3. ff. de diuort. c. diuortium, de pæn. diſt. 1. & Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. ibi, quoniam autem, qui aliquantiſper tantùm abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt; hoc autem tempus declarat eſſe poſſe trium menſium in anno; & Congregatio Cōc. ſemel dicitur declaraſſe, Epiſcopum abſentem cauſa reip. gaudere alternatiua, quia abſens ex iuſta cauſa, abeſſe non dicitur, Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. queſt. 10. num. 58. & 59. ſentitq; Mandoſ. conſ. 18. num. 11. Tamen, quia hi fictè tantùm adeſſe dicuntur, Regula verò alternatiuā tribuit Epiſcopis, quamdiu apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint dumtaxat; prædictis quoq; & ſimilibus caſibus fictis non eſt locus alternatiuæ, ſed reſeruationi, vt pluribus ſatis oſtendit idem Gonzal. d. Gloſ. 43. num. 12. vſque ad 43. & rurſus num. 83. cum trib. ſeqq. vbi etiam dicit, quoad caſum loci vicini ita fuiſſe reſolutum à Rot. ſub die 26. Martij 1604. coram Iuſto; & à Clem. viij. denegatum fuerint indultum gaudendi alternatiua cuidam Epiſcopo Hiſpaniæ, qui tamquam Inquiſitor generalis abeſſe volebat à diœceſi ſua in Curia Regis Catholici, vbi generalis Inquiſitor cum ſuo Tribunali reſidere ſolet. Ad declarationem verò Congregationis, vbi adſit, reſpondet, eam procedere de tempore Gregorij xiij. quo in eius Regula non aderant ea verba, verè, ac perſonaliter, quæ poſtea ab alijs Pontificibus ſunt adiecta; vnde ſe ait audiuiſſe, poſtmodū cōtrariū ab eadē Sacra Congregatione fuiſſe declaratū. Quare in prędictis caſibus fictæ reſidentiæ, ceſſante alternatiua, intrabit alia pars eiuſdem Regulæ 8. vt tunc habeat Epiſcopus ſolùm quatuor menſes, nimirum Martiū, Iunium, Septembrem, ac Decembrem; cum, vbi verè, ac perſonaliter reſideat Epiſcopus, intrat alternatiua; vnde habebit Februarium, Aprilem, Iunium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem. Aliquibus tamen caſibus ad agendū alternatiua non requiritur vera reſidentia, quos in fine huius concluſ. referemus.

Sed quoniam eadem Reg. 8. exci-
80 pit à reſeruatione † beneficia ſpectantia ad quamuis diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium, & aliorum ſub Concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare,

&

Digitized by Google

& obſeruare debuerant, acceptatis, & obſeruatis, quæ lædere non intendit, comprehenſorum; quoad comprehenſos ſub Concordatis, quia id locale eſt, ac de raró contingentibus, ſufficiat Lectorem remiſiſſe ad Gonzal. d.reg.8.Gloſ.25. cũ trib. ſeqq. & Rebuf. in Concord. Gall. quod tamen de Cardinalibus dicemus, idem proportionabiliter de ijſdem comprehenſis ſub Concordatis, etiam quoad hoc, vt locus ſit optioni, dictum intelligatur.

Quoad Cardinales igitur in d. Reg. 8. Canc. exceptos, tenendum puto, quòd, vbi Cardinalis Ordinarius, & Epiſcopus ſit alicuius ciuitatis, ac diœceſis, in cuius Eccleſijs adſit ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut etiam priuilegio Apoſtolico, de cuius hac in re poteſtate dubitari
81 non poteſt, ius optandi; poterit † optio fieri de beneficijs, ac debendis vacantibus in quibuſcunque menſibus, modò alias reſeruata, aut affecta non ſint, aliudue canonicum impedjmentum non obſtet. Probatur; quia tunc ceſſat reſeruatio; ita, vt quoad illos reſeruatio huius Regulæ ligatas habeat manus, nihilq; adimat iuris Cardinalibus ordinarijs collatoribus, vt in ſpecie docet Gonzal. d. Reg 8. Gloſ. 24. num. 1. ad id allegans Rot. deciſ. 137. num. 10. lib. 3. par. 3. diuerſor. Rip. in terminis reſpon. 6. ſub tit. de conſtitut. dicensq; ita fuiſſe dictum in vna Hiſpalen. portionis, 19. Ianuarij 1594. coram Pamphilio, & in alia Hiſpalen. beneficij de Xerez, 12. Maij, 1603. coram Litta. facit & Creſcent. deciſ. 217. aliàs 20. num. 4. & 5. ſub tit. de præben. faciunt & alia per eundem Gonzal. adducta ibid. à nu. 2. ad 12. & à Garz. d. cap. 1. §. 10. maximè num. 452. ad fin. dum refert verba deciſ. Rot. in vna Bonon. optionis coram Lancellotto, quæ hac in re ſatis clara ſunt. Sed idem à fortiori confirmatur primò, quo-
82 niã valde probabile eſt, quòd † ſtante Indulto conceſſo alicui conferendi beneficia alicuius Eccleſiæ, etiam reſeruata, præter vacantia in Curia, & alia excipi conſueta, non obſtante aliqua reſeruatione, & cum alijs clauſulis ſolitis apponi in Indultis Cardinalium Epiſcoporum; tunc poterit in ea Eccleſia, in qua alias eſt ius optandi, fieri optio, non modò in menſibus reſeruatis vi huius Regulæ 8. ſed etiam de beneficijs Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum quouis alio modo reſeruatis, quàm per vacationem in Curia, aut alios modos exceptos in ipſis indultis, quos ex Germon. de indult. Card. ad §. prçterquã, cum ſeqq. & §. etiãſi ſecularia, refert Gõzal. d Gloſ. 24. num. 72. & ſeq. prout de vacantibus in mẽſibus reſeruatis in ſpecie tenet Germon. d. tract. de Indul. num. 16. 17. & 22. & Garz. d. §. 10. num. 452. cum ſeq. poſt Rot. in d. Bononien. optionis 9. Ianuarij 1579. corã Lancellotto, dũmodo adſit conſuetudo immemorabilis optandi etiam reſeruata: tum quòd immemorabilis cõſuetudo ſufficit ad acquirendum etiam ſpecialiter reſeruata Principi, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif. Abb. c. cum nobis, de præſcript. cum alijs, de quibus per Germon. d. num. 16. & Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1. num. 3. &

4. ha-

Digitized by Google

4. habetq; vim priuilegij legitimè tract. de Sacror. immunit. lib. 3. cap. mo & legis, latè idem Germon. Gabr. d. concl. 1. num. 1. & 2. im- obtenti; vt plurimis relectis tradit 12. num. 33. cum ſeqq. & de Indult. Card. §. in quibuscumq; tum quòd Indulta conferendi reſeruata Ordinarijs conceſſa non augent facultatem, ſed ſolùm remouent obſtacula reſeruationum, vt idemmet Germon. probat d. tract. de Indult. ex Put. deciſ. 220. num. 2. lib. 1. & deciſ. 93. lib. 3. Caputaq. deciſ. 214. nu. 6. & 7. par. 2. Creſcent. deciſ. 11. de priuil. & Lancell. in d. Bononien. optionis; quibus Gōzal. d. Gloſ. 24. nu. 24. & 25. addit Caſſad. deciſ. 8. nu. 6. & 10. de præb. & deciſ. 3. & 4. de priuil. eundem Put. deciſ. 206. lib. 1. & deciſ. 190. lib. 3. Mohed. deciſ. 12. de præb. & deciſ. 1. & 8. de priuil. eandem Rot. deciſ. 537. num. 7. 8. & 9. lib. 3. par. 3. diuerſ. & ſubdit, fuiſſe latè reſolutū in vna Hiſpalen. portionis, 19. Ianuarij 1594. coram Pamphilio, Romana beneficiatus S. Petri, 8. Aprilis, 1595. & 5. Nouembris 1496. coram Gypſio, & in eadem 5. Nouembris 1595. corā Corduba, Thom. Triuiſ. deciſ. Venet. 54. num. 13. lib. 2. inter criminal. & colligitur ex proœmio ipſorum Indultorum, ibi, per quæ ſublatis impedimentis quibuslibet, poſſis de beneficijs tuæ diſpoſitioni commiſſis ſalubriter prouidere: immo ex his contendit Gonzal. ſup. nihil aliud operari hæc indulta, neq; ad aliud ſuſtineri, quamuis habeant prægnantiſſimas facultates. qua in re videndum eſt, quod in ſpecie Indulti quoad optionem dicemus cap. vlt. q. 1. concl. 6. vt ei non derogetur per clauſulam, non obſtantibus conſuetudinibus, & ſtatutis Eccleſiæ, appoſitam Indulto conceſſo etiam cum clauſula, quorum tenores, ac ſimilibus. Et, cum hæc poſterior ratio, (quicquid ſit de priori, maximè quia immemorabili cōſuetudini optandi in ipſa Reg. 8. nunc ſolet derogari, vt inf. concl. 7. videbimus,) procedat etiam nulla exiſtente huiuſmodi immemorabili conſuetudine optandi, locum quoq; habebit, quod de optione diximus, ſtante Indulto conferendi beneficia reſeruata conceſſo proprio Ordinario, vbi conſuetudine quadragenaria, vel ſtatuto, aliàſue legitimè inductū ſit ius optandi in illa Eccleſia. ad quod optimè facit, quod poſt eundem Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 24. à nu. 66. ad 70. nos inf. dicemus hac ipſa concluſ. dub. 3. ſaltem vbi hic Ordinarius habens Indultorum ſit Cardinalis. Immo etiam fortè idem verum erit, vbi conceſſum fuerit Indultum illud alicui, qui non ſit Ordinarius illius Eccleſię, quod Indultum extraordinarium eſt, & odioſum, eiq; faciliùs derogatur, vt ſatis oſtēdit Germon. d. tract. de Indult. ad §. per quæ ſublatis, num. 92. cum aliquot ſeqq. & Gonzal. d. Gloſ. 24. num. 42. & ſeq. nam negari non poteſt, quin tollatur tunc reſeruatio beneficiorum in eadem Eccleſia vacantium, præter excepta in ipſo Indulto; atq; adeo etiam tollatur eiuſdem reſeruationis effectus, qui eſt impedire optionem, vt in ſimili arguit Germon. d. num. 22. maximè ſi adſit in Indulto clauſula prædicta, per quæ ſublatis impedimentis, &c.

quoniã remouet oĩa obſtacula:ſicut & illa clauſula; de prædictis beneficijs ẽt reſeruatis liberè diſponas,perinde,ac ſi Cãcell.Apoſtolicæ regulæ, ceteræq; cõſtitutiones,&c. ſeu aliàs quouis modo reſeruationes generales,ſeu ſpeciales continentes, ſeu inducentes,vel aliàs quomodolibet affectiones facientes, nõ apparerẽt; quæ clauſula habetur in Indulto, de quo Germon.d.tract.de indult.§. commendare:idq; propter vim tum illorum verborum(liberè diſponas)
83 quæ eſt † vt nulla cenſeatur facta reſeruatio, prout de verbis illis d. Reg.8. (liberè diſponendi facultatem conceſſit,)probat Gonzal. ſup. Gloſ.53.eodẽ per tot.per ea ſublatã fuiſſe, quoad Epiſcopos gaudentes alternatiua, reſeruationem menſiũ in priori parte eiuſdem Regulæ 8. factam; quod tamen nos paulò poſt explicabimus:tum illorum, (perinde,ac ſi,)quę eſt,vt retrò ſingat actũ validum, ac ſi illud impedimentum non fuiſſet,vt nõ ſtat ex Bart.&alijs in l.ſi is,qui pro emptore, ff. de vſucap. & latè traditis inter ceteros per Rebuf.in Prax.benef. tit. de reſcript.etiam, & perinde valere, per tot.Quod ſi hæ clauſulæ non adſint in hoc Indulto, pro contraria ſententia faciunt adducta per Gonzal. d.Glo.24.n.42.43.& 46. Confirmatur ſecũdo principaliter quod diximus,optionem fieri poſſe in quibuſcunque menſibus,ſi Ordinarius collator ſit Cardinalis,cum ceſſetreſeruatio; confirmatur inquam ex eo, quod docet Gonzal.d.Gloſ. 53. nu.
84 26. cum multis ſeqq. † facultatem datam per Regulam 8.Epiſcopis alternatiuam acceptantibus,& verè, ac perſonaliter reſidentibus, vt loco menſium Martij, & Septembris, quos tunc diſpoſitioni Summi Pontificis dimittere tenentur, liberè poſſint prouidere in menſibus Februarij,Aprilis,Augusti,& Octobris in prima parte regulæ reſeruatis; intelligi perinde, ac ſi nulla facta eſſet reſeruatio, ſeu conferre tunc Epiſcopum beneficia in his menſibus vacantia tamquam libera ab omni reſeruatione;tum quia alternatiua eſt remotio obſtaculi reſeruationis, & Epiſcopus, qui gaudet alternatiua,vtitur iure communi, Creſcent. dec.11.de priuil.Put.deciſ.215. lib. 1.Caputaq.deciſ.88.par.2.Mandoſ. reg.11. quæſt.11. per tot.tum quia data negligentia conferendi intrat in his beneficijs deuolutio ad Capitulum, Archiepiſcopum, & ſimiles,ad quos de iure communi collatio deuoluitur,Rot.deciſ.774.lib.3. par.3. diuerſ. latè Gonzal. d. Gloſ. 24. ex num. 78. tum quia hoc caſu dici poteſt,nullam intraſſe reſeruationem,cum ſit eadem regula, quæ reſeruat,& modificat,& vnico contextu conficitur,Rot.deciſ.756. nu. 7.& 8.p.1.diuerſ. & ad effectum re-
85 ſeruationis huius regulæ † tempus vacationis inſpicitur, Caſſad. deciſ. 8.nu.9.de præb.Ro.d.deciſ.774.nu. 10.ad eandem verò deciſ.8.Caſſad. num.1.& 10. de præb. vbi fuit concluſum, quòd Indultum Cardinaliũ liberè conferendi reſeruata non tollit reſeruationem,nec eius vinculũ, quia beneficium ſemel affectum remanet ſemper affectum, ſed aperit facultatem de reſeruatis;reſpondet idem Gonzal.d. Gloſ. 53. num. 38. cum duob.ſeqq.contra eam eſſe de-

Digitized by Google

ciſ.tum eiuſdem,tum alias cit. ſup. ac etiam Hiſpalen.beneficij, de Xerez, 12.Maij 1603.coram Litta.deinde exponi eam poſſe quoad effectum, vt deuoluatur ad ſolum Papam, vt colligitur ex d.deciſ.8. nu. 4.7.& 12.& clariùs deciſ. 2. num.1. de reſeruat.tandem procedere, vbi orta iam ſit reſeruatio,quod non eſt in caſu noſtro quoad Cardinales,ſicut nec quoad menſes ordinarios vigore alternatiuæ, quia tunc vacant libera,& manent ſemper libera, vt ſcribit ipſe Caſſad.d.deciſ.8. ſub nu. 8. Sed exponi etiam poteſt de beneficijs vacantibus ante conceſſum Indultum. Quod autem dictum eſt in hoc poſtremo caſu de Epiſcopo reſidente quoad alternatiuæ menſes in prima parte Reg.8. reſeruatos,vt non intret reſeruatio,ſed ab ea pręſeruentur,quia eadem regula fiat reſeruatio,& modificatio;vel ſaltem
86 ceſſet reſeruatio; id † multò magis dicendum eſt in Cardinalibus (etiã non reſidentibus, vt ſentit Gonzal. d. Gloſ.24. num. 121. cum regula quoad eos non diſtinguat de reſidentibus,aut non reſidẽtibus,ſicut mox de ſimplicibus Epiſcopis facit;qua etiam ratione illa pars Regulæ de Cardinalibus erit accipienda tam quoad beneficia ſuorum Epiſcopatuum,quàm titulorum, vt intelligit Gonzal.d.Gloſ.24.num.32.) nam non modò d.exceptio Cardinalium fit in eadem regula reſeruante;ſed, ſi pars a parte eſt ſecernenda,priùs excipiuntur Cardinales, quàm beneficia,quorum ij ſunt ordinarij collatores,reſeruentur, vt ex contextu patet; atq;ea præſeruantur potiùs, quàm curentur a vulnere, vt ita dicam,reſeruationis: atq; adeo, cum omnino poſſit fieri optio in menſibus alternatiuæ, quando ei locus eſt,& ita communis praxis habeat fundata in prædicta ratione, quæ militat etiam in omnibus menſibus quoad Cardinales Epiſcopos; in ijs quoq; omnibus ſine dubio poterit optari.

Dubitari pręterea hic opportunè de nõnullis poteſt cum Gonz.d.Gl. 24.ex num.32.& Gloſ. 53. ex num. 44.quæ quia proximè deſeruire poſſunt materiæ optionis, quòd ad hãc concl.attinet,omittenda non putaui; quia tamen eandem materiã ea in ſpecie non attingunt, proſequar breuiſſimè.

Ad Primũ ergo,An Reg.8. dũ excipit Cardinales,comprehendat omnes etiam Legatos de latere,qui ſolent eſſe Cardinales, iuxta Gloſ. receptam, cap. 1. de offic.Leg. in 6.& ſunt ordinarij,cap.2.eod.tit. & lib. Reſpondeo cum Gonzal.d.Gloſ.24.
87 num.38.† non comprehendere Legatos etiam de latere quoad ſuas Prouincias.Rot.apud Creſcent. deciſ.217.aliàs 20. de præben. quia in in Reg.8.Papa intendit præſeruare collationem ordinariam Cardinalium;facultas autem conferendi Legatorum eſt extraordinaria,accidẽtalis,& ſuperindicta, Gloſ.pen. in Clem.fin.de præben.idem ſentit Vitalin.Clem.1.num.67.de rer. perm. & tenuit Rip.reſponſ.6.num. 1. de conſuet.Rot.in vna Regien. Canonicatus, 17. Nouembris 1595. corã Pamphilio;& tradunt alij per Gonzal ſup. qui num. 39. cum quatuor ſeqq.& num.43.alias ad id rationes affert: nu. autem 46. idem docet de

Car-

Digitized by Google

Cardinalibus habentibus ius ſpeciale ad conferendũ beneficia diœceſum aliorum in menſibus reſeruatis, ex prædictis, & adductis per Rot.deciſ.537.lib.3.par.3.diuerſ.

Ad Secundum, An in beneficijs, quæ ſunt ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli, ſi vacant in menſe Apoſt.& Eps eſt Cardinalis, debeat hic ſolus facere collationẽ, an ſimul cum Capitulo. Reſpondeo cum eodem Gonzal.ſup.nu.52.vſq:
88 ad 60.†debere etiam Capitulum concurrere; ita, vt etiam ad fauorẽ Capituli non ſint reſeruata beneficia eo menſe vacantia; ad id præcipuè allegat tex. in l. ſi communem fundum,ff.quemad.ſeruit.amitt.cui adde l.1.C.ſi in commun.ead.ca.reſtitut. in integ. poſt. necnon Sfort. Odd. in ſuo tract.de reſtit.in integ. & Benintend. dec.4. Bonon.ex quibus conſtat,non priuilegiatum potiri priuilegio priuilegiati in cauſa cõmuni,& indiuidua. allegat quoq; Gonz.optimam deciſ.Put.88.lib.3. & in terminis eandẽ Rot. in vna Hiſpalen.portionis,19.Ianuarij 1594. coram Pamphilio.

Ad Tertium. Quid retento eodem themate dicendum ſit quoad alias reſeruationes ſublatas per Indultum Cardinalibus conceſſum. Reſpondeo cum eodem Gonz. ſup. num.66.& ſeq.& Rot.in d.Hiſpalen.
89 portionis † idem dicendum eſſe; quia,cum d.Indultum nihil conferat de nouo Epo Cardinali, ſed ſolùm remoueat obſtaculũ,vt ſup.oſtensũ eſt, ſicut ante reſeruationem debebat fieri collatio per Epiſcopum, & Capitulum,ita etiam poſt.trib.autẽ n.ſeqq.alias rationes affert,ac ſimul ſoluit contrarias, præcipuè tex. ex cap.cum in illis,§.fin.de præb.vt hę procedant in priuilegio conferendi dato aliàs non habenti facultatem ordinariam conferendi.& num.71. vtramq; hanc deciſionem ita limitat,vt Indultum datum Cardinali ad prouidendũ de oĩbus beneficijs ſpectantibus ad collationẽ ſui,& Capituli communiter,& diuiſim non procedat in beneficio ſpectante ad Epiſcopum tamquam Canonicum,& ad Capitulum,ex Mohed.deciſ.1.num. 1.& 2.de priuil.

Ad Quartum, An vbi Cardinalis Eps non contulit intra ſex menſes beneficium, quod vacauit in menſe Apoſtolico,deuoluatur collatio ad Archiepiſcopum non Cardinalẽ an verò ad ſolũ Papã. Reſpõdeo quòd, licèt pleraq; vrgeant quoad Papam,quę affert Gonzal. ſup. a num. 78. ad 88. tamen verius eſt, quòd
90 † deuoluatur ad Archiepm,per ea, quæ idem allegat a num.89. ad 97. præcipuè Rot.deciſ.774.lib.3. par. 3.diuerſ.& illam rationem,quòd ab initio excluſit Papa reſeruationem, & abdicauit a ſe ius conferendi priuatiuè: a num. autem 98.ad 107.ſatisfacit contrarijs.

Ad Quintum,An Cardinalis Eps Succedens Epiſcopo non Cardinali poſſit conferre beneficium,quod tẽpore præceſſoris vacauit in menſe reſeruato. Reſpondeo cum Gonz.
91 ſup.num.108.& ſeq.quòd † non poteſt,niſi habeat Indultum includens iam vacantia, quia beneficium ſemel reſeruatum ſemper manet reſeruatum,Rot.deciſ.14. de præb. in antiq.Caſſad.deciſ.9.num.3. de conceſſ.præb.Gom.reg.de infirm.q. 32.

Digitized by Google

num. 3. & ferè in terminis Rot. d. deciſ. 774. num. 9. & 10. ex quibus conſtat, idem dicendum, ſi ille Epiſcopus, qui non erat tempore vacationis, deinde intra ſex menſes fiat Cardinalis.

Ad Sextum, An Epiſcopus non Cardinalis ſuccedēs Cardinali poſſit conferre beneficium vacans in menſe reſeruato tempore Cardina-
92 lis. Reſpōdeo † poſſe, vt latè probat idem Gonzal. ſup. à nu. 114. ad 120. præcipuè, quia beneficiū vacauit tēpore congruo quando nulla aderat reſeruatio, & ſic beneficium ſemel poſt vacationem liberum ſemper debet manere liberum, Caſſad. deciſ. 8. num. 8. de præb. quia inſpicitur tempus vacationis, Caſſad. ibid. nu. 9. Rot. d. deciſ. 774. num. 3. & 10. facit etiam c. ſi Apoſtolica, verſ. idem volumus, cum ibi not. per Gemin. num. 3. & Franc. nu. 2. de præb. in 6.

Ad Septimum, An fauor d. Reg. 8. quòd eius reſeruatio non includat Cardinales, extendatur ad Cardinales abſentes à Curia, vel ſolùm includat in ea reſidentes, non obſtāte Reg. 7. Cancell. Reſpondeo cum Gonzal. ſup. nu. 142. vſque ad 152.
93 quòd † non extenditur ad abſentes à Curia reſpectu titulorum, & Epiſcopatuum, quos Romæ habent, vt innuit etiam Mandoſ. d. reg. 7. quęſt. 3. num. 3. & 9. & inſinuat ipſa Reg. 8. ibi, ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, aut ipſorum Cardinalium titulorum. extenditur autem ad abſentes à Curia quoad Epiſcopatus, quos habent aliunde, quàm ratione Cardinalatus; vt praxis obſeruat, & colligitur ex Caput. deciſ. 86. num. 2. par. 2. & deciſ. 537. num. 7. lib. 3. par. 3. diuerſor.

Ad Octauum, An Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, ſi obtineat indultū, vt poſſit cōferre in omnibus menſibus anni cēſeatur renū-
94 tiare alternatiuæ. Reſpōdeo † negatiuè. ita Gonzal. ſup. Gloſ. 53. nu. 44. & ſeqq. poſt Rot. apud Caputaq. deciſ. 88. num. 1. cum ſeqq. ac deciſ. 377. nu. 3. par. 2. & Anaſt. Germon. de indult. Card. §. volumus à nu. 11. ſunt enim cōpatibilia, vt Caputaq. ibi oſtendit: numquam verò amittitur primum priuilegium per ſecundum compatibile, l. hac ſaluberrima l. de præpoſ. agen. lib. 12. l. ſi Ruffinus, & ibi Doct. C. de teſtam. milit. c. 1. vbi Abb. & reliqui, de reſcript. allegat etiam Gonzal. ſup. alia, quæ breuitatis cauſa prætermitto.

Deniq; pro complemento huius concluſ. quædam neceſſariò ſunt adnotanda circa hanc Reg. 8. quoad Epiſcopos non Cardinales; quæ quia fusè à Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 43. ex num. 87. tractantur, ipſe leuiter, ſed deciſiuè tangam, ad materiam optionis applicando.

Not. igitur 1. optantem, qui, vt actor ſe fundat in alternatiua Epiſcopi, quia vacatio contigit in men-
95 ſe Ordinario, † debere probare nō modò acceptationem alternatiuæ ab Epiſcopo factā ad formā in Reg. 8. traditam; ſed etiam veram, & perſonalem reſidentiam Epiſcopi in ſua ciuitate, vel diœceſi tempore vacationis, ſaltem quoad menſem Februarij, Aprilis, Auguſti, & Octobris, vt de prouiſo late probat idē Gonzal. ſup. à num. 92. ad 100. dicens, ita fuiſſe reſolutum in vna Placētina Capellanię, 31. Maij 1604. coram

Digitized by Google

coram Pamphilio. ſicut etiam optans præbendam, vti aliquo de menſibus Martij, aut Septembris vacantem, qui, ceſſante alternatiua, ſunt Ordinarij, tenetur tamquam actor probare, quòd Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, reſidebat in menſibus Februarij, & Auguſti reſpectiuè, vel ſaltem in aliquo ex dictis menſibus Martij, aut Septembris, in quo contigit vacatio; vt pariter de prouiſo latè tradit à num. 106. ad 115. ob eam præcipuè rationem, quòd Epiſcopus acceptando alternatiuam facit cum Papa permutationem menſium Martij, & Septēbris cum Februario, Aprili, Auguſto, & Octobri; & eam acceptat cū ſuis oneribus, reſidendi nimirum, & quoad beneficia liberæ collationis dumtaxat. licèt pro contraria opinione dici poſſet, acceptationem hanc alternatiuæ, ac permutationē menſium fore conditionalem, & cū qualitatibus Regulæ, vt nimirum, ſi Epiſcopus reſideat, habeat ſex illos menſes, ſi non reſideat, ſuos quatuor dumtaxat; ſicq; abſentia ſuam pœnā habet. quæ opinio quoad hunc vltimum articulum prætentis Notab. ſi vera eſt, prout eam probabilem puto etiam ex adductis à Gōzal. eadem Gloſ. 43. à num. 102. ad 105. dubium quoq; reddit quod ex eod. Gonzal. in duob. ſeqq. Notab. dicturi ſumus, quæ ex hoc pendent; maximè ob fundamenta, quæ ipſemet Gonzal. ſibi obijcit, nec ſatis tollere videtur d. Gloſ. 43. nu. 133. & 136. cum quatuor ſeqq.

Not. 2. neceſſariò etiam probandam eſſe ab optante actore reſidentiam Epiſcopi in menſe Iunij, & Decembris, licèt ij ſemper ſint Ordinarij, ſiue locum habeat alternatiua, ſiue non; id enim pluribus de prouiſo oſtendit idem Gonzal. ſup. à nu. 122. ad 132.

96 Not. 3. quòd, † ſi Epiſcopus, qui acceptauit alternatiuam, fuit abſens a Maio ad finem Septembris, in quo vacauit præbenda cum Canonicatu, ea præbenda optari non poterit, vti vacans in menſe Apoſtolicos: ſic de prouiſo latè concludit Gonzal. ſup. num. 133. cum duobus ſeqq.

Not. 4. quòd ad hoc, vt menſis dicatur ordinarius vigore alternatiuę
97 acceptatæ † non requiritur integra reſidentia illius menſis, in quo vacat beneficium, ſed ſufficit maioris partis eiuſdem, vt in prouiſione ſatis probat Gonzal. ſup. à nu. 140. ad 160. quare idem in optione dicendū erit. debet tamen Epiſcopus vel per illum menſē ex ſuis cū animo reſidēdi in ciuitate, vel diœceſi ſua manere, licèt pro maiori parte anni ibidem moram non trahat, vt colligitur ex ijs, quæ fusè allegat in prouiſo idem Gonzal. ſup. à nu. 161. ad 179. quòd autem animus reſidendi requiratur, præter deciſ. Rot. mox citan. cum ibid. allegat. probatur ex l. nihil intereſt, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & alijs adductis per Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 23. num. 2. &, quòd ſufficiat menſis, vt in illo gaudeat alternatiua, colligitur ex ipſa Reg. 8. ibi, quamdiu reſederint, iunctis ijs, quæ in antea in menſibus Februarij, Aprilis, &c. quæ diſtributiuè ita ſæpe interpretata eſt Rot. Rom. vt patet ex deciſ. à Gonzal. relatis ſup. num. 135. 138. 174. & ſeq.

quòd

Digitized by Google

quòd verò pro alijs mēſibus, quibus non reſidet, non gaudeat alternatiua patet ex vi d.dictionis,quamdiu, quæ diuidit tempora, vt latè oſtendit idem Gonzal. ſup. num.14.138. 144.& 156.

98 Not. 5.adhuc † dici Epiſcopū nō Cardinalē reſidere in ſua Eccleſia, vel diœceſi tempore vocationis, ſi reſideat in eiuſdem loco exempto, vt pluribus docet Gonz.ſup.à num. 187.ad 192.

Not.6.Epiſcopū nō Cardinalē tū qui propter crudelitatem impiorū occupantium diœceſim, vel ciuita-
99 tem non poteſt in ea reſidere, † ita haberi pro reſidente,vt gaudeat alternatiua, modò aliàs paratus ſit inibi reſidere.vt in ſpecie quoad collationem docet Gonzal.ſup.nu.200. id probans, tum ex Clem. 1. de for. compet. tum quia tunc Epiſcopus voluntariè non abeſt,& impedimenta nequit remouere ſine magno vitę periculo;ad impoſſibile autem nemo tenetur, l.1 .§. ſi id quod, ff. de act.& obl.& l. impoſſibilium, ff. de reg.iur.quibus.adde,quòd,cùm non ſtat per implere debentem,conditio habetur pro impleta, c. cum non ſtet, de reg.iur. in 6.& alia, quibus tract.de diſtrib.quotid.par.2.quæſt. 5.concl.5.illat. 4. & 5.oſtendimus, in ſimili caſu Canonicum abſentem ita pro præſente haberi,vt iure percipiat diſtributiones quotidianas. qua ratione idē probabiliter dicerē
100 † in omnibus caſibus quibus Canonico abſēti propter vim,aut metum tribuēdas diſtributiones d. ead.
101 q.5.docuimus;immo & quoties † Epiſcopus aliàs omnino paratus reſidere, abeſt iuſſu Sūmi Pontificis aliqua ex cauſis,quibus iuſtè poteſt nō reſidere iuxta decretum Trid. Concil.ſeſſ.23.cap.1. de reform.ſecus verò,ſi aut ſponte quamuis ex iuſta cauſa,& cum licentia Summi Pontificis, aut mandato eius,qui iubere nequit, etiam ex iuſta cauſa,& inuitus, citra vim tamen, ac iuſtum metum, vt dictum eſt, ab Eccleſia ſua abeſſet.Quin etiam idem forſan dici
102 poſſet, † quando ille Epiſcopus pter corporis infirmitatem, per ea, quæ pariter de Clerico Eccleſiæ Collegiatæ propter eam abſente percipere eum iure debere quotidianas diſtributiones,cum per eum nō ſtet, quin diuinis interſit, ac reſideat,latè docuimus d.tract. quæſt. 6.per totam. Et de hac quinta concl. huius quæſt.iam ſatis:cætera enim,quæ circa hanc eandem concluſ.minùs neceſſaria dici adhuc poſſent,ſumenda ſunt ex Doctor.ſup.concl.2.in fi.cit.

Sexta Concluſio. Optio locum
103 † non habet in beneficijs reſignatis in Curia. patet hoc ex concl.1.in princ.& ex octauo modo vacationis in Curia, cum ibi latiùs deductis; & tenere videtur in terminis Mandoſ. ad reg. 34. Cancell. quæ eſt de annal. poſſeſſ.quæſt. 50. nu.7. Pariſ.trac.de reſign.beneſ.lib.1.q.4.
104 num. 55.ſecus tamen erit,† ſi reſignatio facta ſit in partibus in manibus Legati, vt optimè ibid. tradit Mandoſ. cum eadem non ſit Curia Legati, & Pontificis. Quid autem dicendum ſit de ijs, in quibus reſeruatus eſt regreſſus, diximus ſupr. num.37. in octauo modo vacationis in Curia.

Septima Concluſio. Poteſt indu-
105 ci † conſuetudo ſpecialis optandi etiam

Digitized by Google

etiam in beneficijs reſeruatis, & vacantibus in Curia: ita Cald. conſ. 3. de conſuet. per tot. vbi etiam contrarijs ſatisfacit; optima illa ratione, quòd, licèt conſuetudo ſit contra ius, tamen poteſt etiam contra ius introduci conſuetudo ſpatio ſaltem 40. annorum. Calder. ſequi videntur, dum ad illum ſe remittunt, Zerol. in Prax. Epiſc. verb. Canonia, verſ. ad ſeptimum, concl. 11. Staphil. tract. de lit. grat. tit. de vi, & effect. clauſul. verſic. inſuper derogatur, num. 5. & Addit. Rot. deciſ. 4. de conſuetud. in nou. Gonzal. quoq; d. Reg. 8. Gloſ. 34. num. 8. id etiam admittit in quadragenaria, ſecluſa derogatione contenta in d. Reg. 8. de qua mox dicemus. idem in immemorabili conſuetudine apertè tradit Germon. in alleg. tract. de Indult. Card. §. etiam ex eo, num. 15. poſt Rot. Rom. in vna Bonon. optionis die 9. Ianuarij 1579. corã Reu. P. D. Lancellotto, ſatiſque probat, num. 16. & ſeqq. vbi etiam oſtendit, non obſtare, quòd huiuſmodi conſuetudo interrumpi videatur per renouationem regularum de menſibus reſeruatis; quia nimirum ad interruptionem huiuſmodi conſuetudinis requiritur, quòd interueniat actus illi contrarius; quæ ratio fortè procederet, vbi in regulis Cancellariæ non adeſſet expreſſa derogatio, & ampliſſima harum conſuetudinum optandi, prout tamen eſt in modernis reg. Clementis viij. & S. D. N. Pauli V. iuxta latè, tradita per Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 6. & ſeqq. de quo etiam agemus cap. vlt. quæſt. 1. concl. 2. ad fin.

Octaua Concluſio. Optio locum
106 habet † in ijs præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes a die notitiæ vacationis, iuxta text. in c. nulla, & cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. ita in ſpecie voluit Franc. Marc. deciſ. Delphin. 1259. num. 2. 1. part. Archid. Gem. & Franc. poſt alios, d. c. fin. §. in præbendis, de conſuet. in 6. Greg. Tholoſ. tract. de benef. c. 39. num. 4. & Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 26. q. 13. quamuis contrarium hac in re voluerit Io. An. d. cap. fin. in verbo, vacantibus Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. n. 75. & Apoſtil. Rot. Rom. deciſ. 1. de rerum permut. in nou. nu. 8. vbi tamen perperam in contrarium allegauit Io. An. quod etiam Azor. & Tholoſ. fecit. Mouētur omnes illi nobiſcum ſentientes, quia tunc iure ordinario confert Pontifex: quam tamen rationem refellit quidam Alex. de Antil. apud Gemin. d. §. in præbendis, num. 4. quia ſic poſſet etiam fieri optio in vacantibus in Curia, quæ nunc iure ordinario Pontifex, non de plenitudine confert poteſtatis, cap. 2. & cap. ſtatutum, de præbend. in 6. in quibus tamen locũ non habet optio, vt ſupr. oſtendimus; ad quod nihil ibi Gemin. Replicari tamen poteſt, & de-
107 bet, † Doctores eos, cũ dicunt, Papam conferre iure ordinario, quando confert beneficia deuoluta, non ita intelligendos eſſe, quaſi velint, ea conferre de iure cõmuni; ſed quia in ijs Sũmus Pontifex eſt loco Ordinarij collatoris, & quaſi in eius locũ ſubrogatus, illius perſonam repræſentat; quod nõ accidit in beneficijs

in

in Curia vacantibus, aut aliàs reſeruatis. Accedit, & illa ratio, quia beneficia per deuolutionem non vacant de nouo, Caſſad. deciſ. 8. nu. 3. & 8. cum alijs allegatis per Gonzal. ſup. Gloſ. 15. §. 2. num. 21. quò fit, vt beneficium ſemel liberum a reſeruatione ſemper maneat liberum, latè Gonzal. ſup. Gloſ. 24. num. 91. & 115. Ex quo etiam incidenter infero, beneficia eorum, qui in Curia morantur, originem ibi, vel etiam domicilium habentes, non tamen Curiales ſunt, neque ibi occaſione Curiæ morantur, licèt ibi decedant, optari poſſe; neque enim ſunt reſeruata, vt patet ex cap. præſenti, §. ſanè, de pręben. in 6. vbi Gloſ. & Doct. ſed ea ordinario iure Papa, vel alius collator ordinarius confert; in menſibus tamen Apoſtolicis vacantia confert Papa tamquam reſeruata, ideoq; tunc locum non habebit optio, iuxta dicta ſuperiùs concl. 2. ad fin. Quod verò opponũt, (vt ad priorem quæſtionem redeamus,) ſibi ipſis Doctores illi, obijciunt etiam Add. ad Rot. loco cit. non poſſe hoc loco locum habere vllo modo optionem, quia ad optandum datur tempus 20 dierum, vt dicitur d. c. fin. §. ne autem, & nos inf cap. 6. q. 1. collatio autem non poteſt deuolui, niſi ad minus poſt ſex menſes, d. c. nulla, de conceſſ. præbend. Reſpondent autem, & optimè, Gem. & Fran. d. c. fin. §. in præbendis, quòd aũt ille, qui vult optare, fuit ſtatim certificatus de vacatione prębendæ, & non poterit optare, niſi infra 20. dies, ſicque procedit in hoc tantùm caſu obiectio; aut non fuit certificatus, ſed per multum temporis ignorauit, & tunc cum iſti 20. dies non currant, niſi a die ſcientiæ, vt dicit hic Gloſ. & omnes, & nos infr. d. c. 6. q. 2. latiùs oſtendemus; tunc bene poterit optare. Quòd ſi rurſus vrgeas cum Add. vbi ſupr. tempus optionis currere a die vacationis notę in Eccleſia, vt dicere videtur Gloſ. pen. iuncta antepen. in Clem. 1. de conceſſ. præb. & colligi ex tex. ibid. quo caſu, poſita ignorantia in Eccleſia de huiuſmodi vacatione, non videtur, poſſe eſſe locum deuolutioni, cum etiam tempus ſex men-
108 ſium † non currat, niſi a die notitię, d. cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. & cap. licèt, de ſupplen. neglig. Prælat. Reſpondeo, quòd tempus optandi non currit niſi a die veræ ſcientiæ, non autem fictæ, vt dicã inf d. quæſt. 2. & tenet etiam, ſi rectè aduertatur, d. Gloſ. penul. dum apertè dicit, & probat, diſpoſitionem illius Clem. de ſcientia præſumpta ex notitia publica, quæ habetur in loco beneficij, ſpecialiter procedere
109 in caſu illius tex. de impetrante beneficium, cui mandatur prouideri de eo, quod infra menſem a vacationis ipſius notitia duxerit acceptandum. Ex quo etiam patet, non habere locum in notitia, quæ requiritur ad hoc, vt currat tẽpus ſex menſium. Quod verò ibi dicit Gloſ. pen. de priuilegio optandi, intelligitur non de noſtro iure optandi, ſed de priuilegio eligẽdi intra decem dies alteram ex duabus ęqualibus præbendis, de quo in cap. ſi pluribus, de præb. in 6. vt ibi per eam. Sed ea etiã ficta notitia admiſſa in noſtra optione, adhuc caſus optandi in deuolutis põt cõtingere. Fingamus enim,

tam

Digitized by Google

tam præbendarum, quàm ordinariũ collatorem in eodem loco ab Eccleſia iuſta ex cauſa abeſſe, ibique illũ decedere, proculdubio ſtatim curret tempus ſex menſium collatori,
110 cum maximè etiam extra diœceſim conſtitutus poſſit ſua beneficia conferre, Gloſ. in cap. nouit, verbo, terminos, de off. Leg. per cap. poſt electionem, de conceſſ. præben. alia. Glo. cap. ſtatutum, verb remotis, de præb. in 6. latè Zerol. in Prax. Epiſc. verb. beneficia, verſic. ad Nonum, Gonz. d. Reg. 8. Canc. Gloſ. 62. num. 2. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 43. nu. 19. & ex eo patet, quòd ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt extra territorium exerceri, l. 2. ff. de off. proconſ. & Leg. quare ſecus erit, vbi collatio eſt actus iudicialis; quod quando eueniat, ponit Gonz. d. Reg. 8. Gloſ. 9. in annotat contra nullit. & attent. a num. 14. ad 19. poteſt autem tunc eſſe, vt non niſi poſt ſex menſes nota fiat in Eccleſia vacatio præbendæ, ſicque habebit locum optio. Quoad illam autem quæſtionem, quænam præ-
111 benda †cenſeatur reſeruata, quãdo reſeruatur præbenda alicuius, & ille optat aliam, quoniam eſt de rarò contingentibus, remitto te ad Aen. Falc. tract. de reſeruat. benef. effect. 37. de quo tamen aliquid dixi ſup. quæſt. 3. concl. 2. circa princ. An verò, & quomodo optio locum habeat in beneficijs, de quibus mandatur alicui prouideri, quæue ſpecialiter conferuntur per Papã, quæ duo reliqua videbantur pro complemento huius tertiç quæſtionis, quoniam derogationem requirunt, de ijs latiùs tractabimus in cap. vlt. vbi de derogationibus optionum agemus.

QVAERO QVARTO, An in beneficijs iuris patronatus locum habeat optio.

112 Reſpondeo †quòd nõ: ita in terminis voluerunt Fed. Sen. conſ. 62. nu. 1. & Mil. in Reper. verbo, conſuetudo optandi non habet locum, il 1. & miror, quòd de hoc nihil dixerint Lambert. & alij, qui de iure patron. ſcripſerunt. Rationem verò neuter illorum affert. Nos illam afferre poſſumus, quòd, ſi reſeruatio, quæ fortior eſt optione, cum illam vincat, iuxta ſuperiùs deducta. quæſt. præced. concl. 2. non comprehendit beneficia iuris patronatus, maximè laicorum, multò minùs in ijs locum habere poterit optio: quod verò re-
113 gulç reſeruatoriç †non habeant locum in beneficijs iuris patronatus laicorum, tenet Gemin. cap. 2. num. 11. de prçben. in 6. & ibi Franc. num. 8. Lap. alleg. ſua 96. ferè per totam. Rot. deciſ. 3. de iure patron. in antiq. Caſſad. eodem tit. deciſ. 6. Put. deciſ. 39. num. 2. lib. 1. Card. conſ. 117. num. 2. & in Clem. 1. quæſt. 7. Alex. conſil. 73. in princip. volum. 4. Gaſpar de Peruſ. in tract. de reſeruat. benefic. in quæſtione, quæ autem benefic. reſeruentur, Aene. Falcon. eod. tract. quæſt. 3. princ. 14. effect. num. 5. & quæſt. 4. princip. & alij, quos ad hoc latè referunt, & ſequuntur de magis communi atteſtantes Paul. Granut. in Addit. ad Simon. in ſimil. tract. quæſt. 9. Mandoſ. ad 1. Reg. Cancell. quæſt. 10. num. 1. & 2. Roch. Curt. tract. de iurepatron. verſic. honorificum, quæſt. 34. num. 22. & 23. Lambert. in ſimil. tract. quæſt. 6. primæ par. lib. 2. artic. 22. num. 4. & de

Digitized by Google

cõmuni Couar.pract.quæſt. c.36.n. 2.& 3.quicquid in contrariũ voluerit Zenzel. in Extrauag.execrabilis Ioan.xxij. in verbo diſponere de præben.& Gloſ. d.cap. 2. in verbo, collatio,eod.tit.in 6. Idemque pro-
114 cedit,† etiãſi in reſeruatione adſint illa verba,ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, electionem, præſentationem, & quamuis aliam diſpoſitionẽ pertineant,vt poſt Lap. alleg. 84. num. 6. & alios, tradunt Mandoſ.d.q.10.nu.2. Nicol. Delph. de iure patron. q. vlt. & Gig. tract. de penſ quæſt.19.num. 7. aut etiam ſi ad ſit clauſula, motu proprio, vt poſt Put.deciſ.319.lib.1. ex communi tradit D. Polydor. Rip. clariſsimus Iureconſultus iam multos ante annos in philoſophica facultate condiſcipulus meus longè cariſſimus,id quod non exiguæ felicitatis meæ loco ponam,is inquam in eruditiſſimis ſuis commentarijs quos poſt primam huius operis impreſſionem edidit de actis in mortis articulo,cap.54.quod eſt de iurepatr. num.22.vbi cum num.ſeqq.mox reperi omnes ferè noſtras ampliationes,& limitationes quas nunc ſubijcimus ab eodem Auctore afferri, ac breuiter, ſatis tamen comprobari.Secundò procedit quoque,
115 licèt beneficium ſit mixtim† iuris patronatus clericorum,&laicorum, vt poſt Roch.Curt.d.tract.de iurepatron.verſ. competens alicui, quæſt. 24.& alios,reſoluunt, latèque tradunt Simon.d.quæſt.9. num.3. ibiq; Add. num.7.Couar. d. cap.36. num. 4.Mandoſ.d. quæſt.10.nu.8.& Gambar.tract.de Leg.lib.3.nu.363.cum ſeq. dum tamen maior pars ſit laicorum,vt Gambar.& ijdem Add.ad Simon.loc.cit.voluerunt. Tertiò,idẽ eſſet in iurepatronatus competente
116 clericis † ratione bonorum patrimonialium,cum tamquam laicale cenſeatur,vt fusè oſtendit ibid.Mandoſ.num. 7. Limita verò primò, vt
117 non procedat† in iure patronatus clericis ratione Eccleſiæ ſpectante, vt latè per Mandoſ. num.5. & 6. Se-
118 cundò,vt non procedat etiam† in iure patronatus laicali, quando eis non competit ex fundatione, conſtructione,vel dotatione,ſed ex priuilegio,vel præſcriptione, vt voluit Archid.& Gemin.d.cap. 2. de præb. in 6.&fusè probat Couar.d.cap.36. num.6.& Mandoſ.d. quæſt.10. num.
119 3.Poſſe tamen Papam † reſeruare beneficia patronata etiam laicorũ, certum eſt, prout dicit idem Mandoſ.d. quæſt. 10.num.2.in fine,neque id negant præcitati Doct. ſed ſolùm dicunt, non præſumi voluiſſe reſer-
120 uare; poteſt enim Papa † expreſsè derogare iuri patronatus, vt patet ex Doct.in cap.cum dilectus,de iure patr. Couar.d.c. 36. pract.quæſt. cũ alijs,quos ad ſaturitatem congerit Petr.Cened.in collect.ad ius canon. 2.part collect. 79. & Couar. d. cap. 36.num.1.Nec non in vniuerſum de iure patronatus,ꝙ ad reſeruationẽ, vel derogationem ſpectat ,præter omnes ſupra citat.videndi ſunt etiã alij,quos cumulat Mandoſ.d.quæſt. 10.& Cened.d.collect. 79. 2. par. & collect.21.num.2.& 3.3.par.Aliam etiam rationem,& magis ſolidam addere poſſumus ad principalem noſtram concluſionem;quia nimirũ per optionem, vbi maximè diſtinctę ſunt præbendæ,acquiritur quodam-

modo

Digitized by Google

modo nouus titulus, vt iam ſemel admonuimus, & latiùs oſtendemus, inf. cap. 7. quæſt. 1. Non poteſt autē quis acquirere titulum, aut beneficium iuris patronatus ſine conſenſu patroni, vt toto fere tit. de iurepatr.

121 Ex quo tamen infertur † vna limitatio ad d. concluſionem, quòd ſi accedit patroni conſenſus, poterit fieri optio in præbenda, & beneficio iuris patronatus. Secundò limitatur,

122 poſſe † ſpeciali præſcriptione, ſeu conſuetudine induci, vt etiam in beneficijs, & præbendis iuris patronatus fiat optio; tum quia etiam poteſt talis conſuetudo induci in reſeruatis, vt ſupr. concl. 7. oſtendimus; tū quia contra ius tertij præſcribi poſſe, & conſuetudinem induci ſaltem ſpatio 40. annorum. ſuperius, cap. 2. quæſt. 2. demonſtrauimus, idq; quoad ius Eccleſiæ inferioris; nam quoad ius laici ſufficiunt 30. anni l. omnes, & l. ſicut, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. cum ſuis concord. ibiq; not. & in ſpecie etiam tanto tempore

123 † iuri patronatus præſcribi poſſe latè tradit Lamber. de iur. pat. par. 2. lib. 3. quæſt. 7. princip. nu. 7. & 8. & iuri quidem patronatus laicorum præſcribetur ſpatio 30. annorum Eccleſiaſtico verò, vel mixto ſpatio 40. annorū, Lambert. d. lib. 3. par. 2. quæſt. 2. art. 6. Soc. iun. conſ. 51. num. 8. lib. 2.

QVAERO QVINTO, An in beneficijs, & præbendis, quę permutantur & reſignantur ſiue in ipſa permutatione, & reſignatione locum habeat optio.

Reſpondeo, communiorem con-

124 cluſionem eſſe, † quod nō ita Paul. de Lig. in clem. vnic. de rer. permut. Gloſ. d. c. fin. in princip. de conſuet. in 6. dicens hanc eſſe communem opinionem & ibi Io. de Lign. poſt Io. An. in Addit. ad Specul. tit. de rer. permu. ita etiam Gam. in cap. licet. num. 41. de rer. permu. in 6. Bonif. de Vital. poſt. Paul. d. clem. vnic. nu. 60. de rer. permut. Petr. de Vbald. in tract. de benef. permut. quęſt. vlt. nu. 96. Fede. de Sen. eod. tract. quęſt. 28. & conſ. 62. per totum, vbi optimè eā comprobat, & a contrarijs defendit; eandem tuentur Nicol. Delphin. tract. de iure patr. num. 157. & ſeq. Gig. de penſion. quæſt. 63. num. 14. Mil. in Repertor. verbo, conſuetudo optandi non habet locum, il 2. Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. cap. final. num. 29. & 30. poſt Gemin. conſ. 39. Add. ad Rot. deciſ. 1. de rer. permut. in no. num. 7. Greg. Tholoſ. in tract. de benef. cap. 39. num. 4. Io. Coraſ. in ſimil. tract. cap. 9. num. 9. & Aen. Falcon. in tract. de reſer. benef. q. 3. princip. num. 5. & Aegid. Bellamer. in tract. de permutat. benef. par. 7. quæſt. 2. num. 3. & ſeqq. Io. Azor. Inſtit. Mor. par. 2. lib. 6. cap. 26. quæſt. 13. poſt Add. Rot. deciſ. 21. in nou. quę eſt 6. de conſuet. eadem compil. & latiùs idem Azor. d. par. 2. lib. 7. cap. 30. quæſt. 7. vbi alios adducit & hāc quoq; ſententiam ſatis confirmat; quam etiam tuetur poſt alios ex communiori Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 2. idque ſatis probatur ex tex. in cap. vnico, de rerum perm. in 6. & Clem. 1. eod. tit. Ex quibus duas rationes colligo; altera eſt, quòd cum actus agen-

125 tium † non operentur vltra intentionem eorum, l. non omnis, ff. ſi cert. pet. cum ſimilib. procul dubio

Digitized by Google

non debet habere locum optio, per quam permutans non acciperet præbendam, quam ille alter ideo reſignauit, vt ipſe haberet, nec aliter reſignaſſet, vt dicitur d. cap. vnico, ibi, quæ alias minimè reſignaſſent: altera, quòd præbenda reſignata alteri conferretur, quàm permutanti, contra expreſſam deciſionem d. Clem. Neque valet, quòd in optione non mutatur titulus, aut beneficium, ſed dumtaxat præbenda, vt latiùs oſtendemus infr. cap. 7. quæſt. 1. per totã; & quòd præbenda, quæ confertur; ſubrogatur in locum optatæ: nam textus d. Clemen. apertè requirit,
116 † quòd ipſamet præbenda, quæ reſignatur, alteri, quàm permutantibus non conferatur, ea autem ipſa alteri conferretur. Alias rationes videre poteris apud Doct. ſup. & maximè Feder. de Sen. loc. alleg. & Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 35. & ſeq. quem auctorem non niſi poſt hæc ſcripta vidi idem tenentem tam in permutatione, quàm in reſignatione ad fauorem, & ex Doct. cit. allegantem dumtaxat Rot. d. deciſ. 1. & Pariſ. d. q. 20 quibus tamen ipſe addit quoad reſignationem Caſſa d. deciſ. 4. nu. 1. & 7. de conceſſ. præb. & Caputaq. dec. 282. p. 2. illamq; optimam rationem, quòd, cum hæc reſignatio fieri debeat in Curia, ibi vacare dicitur beneficium, atq; adeo impedit optionem talis vacatio, per ſuperiùs a nobis quæſt. 3. concluſ. 1. in princip. & verſ. octauus modus, latiùs adducta.

Ex quibus patet, malè ſenſiſſe cõtrarium Io. An. d. c. fin. in verbo, cũ vacauit, & ibi Anchar. & Gemin. nu. 4. malè etiam Lap. Abb. d. c. fin. & in Addit. ad Feder. locis cita. aliter, & late diſtinguebat, prout etiam eius diſtinctionem refert, & reprobat idẽ Gemin. loc. citat, vt ibi per eos, quæ diſtinctio confunditur ex ſupra dictis; ſicut etiam illa, quã facit Imol. in c. fi. col. 20. de rer. permut. & refert, ac ſequitur Franc. d. c. fin. nu. 6. de conſuet. in 6. Andr. Barbat. conſ. 60. num. 20. vol. 4. & Bellam. d. tract. de reſer. benef. q. 2. num. 6. & multis ſeqq. quòd, aut permutatio fit propter vtilitatem permutantium, & habeat locum optio, ex quo talis permutatio ſit ambitioſa, & reſtringenda; aut fit propter vtilitatem Eccleſiarum, & tunc non habeat locum optio.

Hæc autem diſtinctio quàm ſit frigida, quis non videt? neque enim debet pendere vſus priuilegij, & conſuetudinis Capitularis ex facto, aut etiam animo vnius de Collegio, aut etiam collatoris, de quo nemo forſan tunc erit, qui iudicare velit; vixque dari poteſt permutatio beneficiorum quæ non fiat ſolùm ad vtilitatem ipſorum permutantium, maximè in Eccleſijs Collegiatis. Illud ſanè temperamẽtum, vt ita loquar, ad eam communem opinionem li-
127 benter adhiberem, quòd, ſi † conſuetudo ipſa optandi obtinuiſſet in omni vacatione, non autem ſolùm ſimplici, ita vt ab antiquo optatum fuerit etiam in vacatione ex cauſa permutationis, tunc ea opinio ceſſaret: & hoc eſt primum membrum diſtinctionis, quam faciebat Lap. Abb. loc. citat. & in ſe verum eſt, atque admittendum, niſi expreſſè Papa, aut etiam fortaſſe Legatus, clauſulam derogatoriam ſtatutorum, & conſuetu-

Digitized by Google

ſuetudinum Eccleſiæ de optando in prouiſione inſeruiſſet, vt optimè tradit Nicol. Delphin. d. tract. de iure patron. num. 158. quod ipſum etiam ex eo ſatis comprobari poteſt, quod ſupr. quæſt. 3. concluſ. 7. & quæſt. 4. ad finem oſtendimus, induci poſſe ſpecialem conſuetudinem optandi beneficia reſeruata, & quę ſunt de iure patronatus.

Quod autem dictum eſt de permutatione, idem proportionabiliter, & eaſdem ferè ob rationes dicendum eſt de reſignatione, vt nimirum in ea regulariter locum non habeat optio, niſi id ſpecialiter conſuetudo legitimè præſcripta induxerit. præcipuè verò id probatur ex tex. d. cap. vnico, vbi expectatiua primò vacatura non nocet reſignare volẽtibus cauſa permutationis: eadem verò planè ratio eſt in ſimplici reſignatione, vt ſatis conſtat ex vltimis verbis illius textus, permutationem beneficiorum huiuſmodi, quæ aliàs minime reſignaſſent, nullatenus impediri per expectatiuam proximè vacaturi beneficij. Idem quoque probatur ex ratione textus in d. Clem. vnic. de rer. permuta. ibi enim prohibetur, ne beneficia alteri conferantur, quàm permutare volentibus, ne conceſſione iuris vtentibus præſertim circa ſpiritualia illudatur: quæ certè ratio æquè militat in ſimplici reſignatione, ac in permutatione. Denique permutatio beneficiorum nõ aliud eſt, quàm reſignatio ex cauſa permutationis ex duabus partibus facta, vt conſtat ex d. cap. vnic. de rer. permut. in 6. necnon etiam ex d. Clem. vnic. cum ibi not. per Gloſ. & Doct. eod. tit. atque adeo diſpoſitum in vno debet habere locũ in alio. hanc verò concluſionem, quòd conſuetudo optandi locum non habeat, maximè cum reſignatio fit in Curia, etiam ad fauorem alicuius, latè tradũt, ac tuetur Petr. Paul. Pariſ. conſ. 10. nu. 1. vſque ad 10. vol. 4. & Flam. Pariſ. tractat. de reſignat. benefi. lib. 2. quæſt. 20. num. 1. vſque ad 7. Caputaq. deciſ. 282. par. 2. ſed idem ſtatuendum eſt in reſignatione in manibus Ordinarij facta, per rationes ſupra allatas, vbi ea fiat ad fauorem alicuius: quod tamen, (quicquid eſſet de iure communi antiquo,) nunc locum habere non poteſt propter ius nouum conſtitutionis 58. Pij Quinti, quæ incipit, quanta Eccleſię, verſic. caueant autem, vbi Ordinarij collatores cauere iubentur, ne à reſignantibus, alijſue ſucceſſor in beneficio quouis modo deſignetur. de qua reſignatione ad fauorem, ac permutatione beneficiorũ, præter citatos auctores, videri quoq; poteſt Hier. Gõza. latè de ijs tractãs, ac ſimul de ſimplici reſignatione in manibus Ordinarij, d. Reg. 8. Gloſ. 14. ferè per tot. vbi etiam multa affert ad explicationem d. Conſtitutionis Pij V. Quando igitur reſignatio beneficij fiet in manibus Ordinarij aliqua ex cauſis in ea Conſtitut. expreſſis, liberè, ac ſimpliciter, hoc eſt non ad fauorem alicuius, tunc nõ video, quomodo locum habere non poſſit, ac debeat optio, licèt fortè aliàs beneficium foret reſeruatum, modò ipſa reſignatio potuerit fieri in manibus Ordinarij, vt puta, ſi facienda ſit ratione incompatibilitatis duorum Canonicatuum, iuxta tex. in cap. re-

feccn-

Digitized by Google

ferente,& cap.præterea, de præben. & Extrauag.execrabilis,Io.22. eod. tit. cum ibi adnot. & alijs traditis per Alphonſ.Hoied.trac.de incõpatib.benef.1.par.cap.17.n.39. & ſeqq & nos inf.cap.6.quæſt.vlt. concl. 3. ferè per tot. poſt Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ.10.à num.32.ad 43.& Gloſ.15. num. 9. & multis ſeqq.ceſſant enim tunc rationes omnes,quas ſupra adduximus in caſu reſignationis ad fauorem in manibus Papæ. Licèt idẽ Gonzal. d.Gloſ. 14. num. 23. poſt Rot. deciſ.4. de renunt. in nou. Pariſ. conſ. 76. num.4.& conſ. 93. nu. 25. concl. 4.Mandoſ.reg. 30. quæſt. 7.Put.deciſ.468.lib. 2. & Flam. Pariſ. d. tract. de reſign. benef. lib. 1. quæſt.4.num.1. cum ſeqq. & nu. 64. ſentiat, non poſſe fieri reſignationẽ beneficij reſeruati in manibus Ordinarij; & Caputaq. loco cit. velle videatur, non poſſe optari beneficiũ reſignatum in manibus Ordinarij, dum ait, optionem non fieri,niſi de vacantibus per obitum; quod tamẽ non probat, neq; congruam habet rationem. tex. enim d. cap. fin. de conſuet. in 6.indiſtinctè loquitur de præbenda vacante non autem ſolũ de vacante per obitum: porrò certum eſt, præbendam,& beneficium, ſicut per obitum, ita etiam per renuntiationem propriè vacare, vt conſtat ex cap. periculoſum,7.q.1. & cap. ſuſceptum,cum ibi not.de reſcript. in 6.& cap. ſollicitè, de reſt. ſpol. lateq; probat Pariſ. d. quæſt. 4. num. 70. & 79. Et hęc de 5. quæſt.

QVAERO SEXTO, An poſſit optari præbenda habens onus annexum,puta Theologalis,Pœnitentialis,Doctoralis,Coadiutoralis in cura, & alia ſimilis.

128 Reſpondeo † non poſſe. ita in ſpecie Pœnitentialis voluit Nauar.conſil.14.de reb.Eccleſ. non alien.aliàs 22.de præb.num.4.& probatur;tum quia in eâ electa videtur induſtria perſonæ; tũ quia,vbi beneficiũ requirit certas qualitates, aut examen, ſi cui indulgetur, vt poſſit conſequi aliquam Dignitatem,aut beneficiũ, illud non venit, quod examen, aut qualitates illas requirit, vt eſt optimus tex.in cap. fin. de transl. Epiſc. & cap. is, cui,& c.ei,cui,de præb.in 6.pro quo etiam faciunt,quæ de pręben-

129 bendis qualificatis † non niſi certis perſonis graduatis,ac certa qualitate præditis omnino conferendis decreuit Concil. Trid.ſeſſ.5.cap. 1.ſeſſ.22. cap. 4.ſeſſ.23.cap. 18.ſeſſ. 24.cap. 8.& 12.& ſeſſ.25.cap.5.de reform. traditq; inter alios Couar. pract. quæſt.cap. 36.num.3. Rebuf. in Concord Gall. rubr. de Collat. §. 1.verbo, Theologalem, & verbo, alteri, Hoied.repet. c. de multa nu. 45.& ſeqq.de præb.Boer.deciſ. 226. num. 1. Io. Selu. tract. de benef. 3. par. quæſt. 21.& 54. in princip.latè Hier. Gonzal. quem non niſi poſt hæc ſcripta vidi, d. Reg. 8. Gloſ. 9. per totam. Tandem quòd præbenda Theologalis, & Pœnitentialis non poſſit optari poſtquam hæc ſcripſi reperi tenere Gonzal.ſup.Gloſ. 34.nu.79. & 81.audiuiq; declaratũ à Sacra Congregatione Card.interpretum Conc. Trident. Et quidem quoad Theologalem ad d. cap. 1. id declaraſſe dicitur in eum ſenſum, vt non poſſit optari præbenda,quę fuit erecta, & deputata in Theologalem

pro

pro Theologo, à ſequenti Canonico;quoad Pœnitentialem verò ad d. c.8. in illũ ſenſum, vt in Eccleſijs,in quibus ex conſuetudine optantur præbendæ, ſi ea,quæ primò vacauit, non fuit in Pœnitentialem erecta, poſſit optari poſtea vacans; ſed ſi ante optationem Epiſcopus erexit, erectio præualeat, etiamſi poſtea optaretur; cuius tamen declarationis non meminit Gonzal. loco cit. Sed quoad Theologalem, & Pœnitentialem adducit eam rationem,quòd quia officio Theologi, ſicut & Pœnitentiarij perpetuò eſt vnitus certus Canonicatus, & certa præbenda, ſeu eorum Canonicatui vna præbenda,non poſſunt mutari,ſed immobiles permanere debent cum tali officio; inde inferens, idem fore in Canonicatibus Doctoralibus,ſeu Magiſtralibus, ſi eiſdem certæ præbendæ perpetuò eſſent annexæ, aliàs ſecus. Sed, licèt concluſio vera ſit in Pœnitentiario,Theologo, & Magiſtro,aut ſimilibus, quorum officium annexum ſit certis præbendis,vt nimirum eæ nequeant optari,per fundamenta à nobis adducta; ratio tamen Gonzal.nõ eſt vadequaq; vera,
130 ſed ſuperflua:ſupponit enim, † officio Theologi,vel Pœnitentiarij vnitam perpetuò eſſe, præter certam præbendam, etiam certum Canonicatum; quod falſum eſſe, conſtat quoad Theologum ex Trid. Concil. ſeſſ. 5.cap. 1.de reform.ibi, præbenda quomodocunq; præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto conſtituta, & deputata intelligatur; quoad Pœnitentiarium verò, ex eod.Concil. ſeſſ.24.cap.8. de reform. ibi, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur; nulla enim vtrobiq;mentio fit vnionis, aut annexionis Canonicatus cum huiuſmodi officio, ſed tantùm præbendæ; Canonicatum autem, & præbendam inter ſe diſtingui,manifeſti iuris eſt,cap.dilecto, cap.dilectus il 1. & il 2.de præben. & in prouiſionibus Canonicorũ ſẽper vtrũq; ſeorſim exprimitur, dicendo, Canonicatuum, & præbendam, maximè cum copulã, &, regulariter poni inter diuerſa,vulgatum ſit;quòdſi voluiſſet Concilium, hæc officia annexa eſſe Canonicatibus, facilè exprimere potuiſſet, arg. cap. ad audientiam, de decim. cum ſimil. ſicut idẽ Concilium fecit quoad annexionem ordinum; nam.ſeſſ. 24.cap.12. de reform. dicitur,In omnibus verò Eccleſijs Cathedralibus omnes Canonicatus,ac Portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus: licèt fateatur aliquãdo in eodem Cõcilio, ſæpiùs autem in iure ſumi præbendam pro Canonicatu, immo etiam pro alijs beneficijs, vt in rubr. ac ſæpe in tit.de preben. ac de conceſſ. præb. & àlibi;ſed id tunc ex antecedentibus, vel conſequentibus colligitur, vel cogimur ita exponere, ne ſequatur abſurdum; quod in caſu noſtro non contingit. Ex his ergo patet, rationem allatam à Gonzal. veram non eſſe. quæ etiam ſuperflua eſt,cum ad hoc,vt præbenda optari non poſſit, ſaltem indiſtinctè, ſufficiat præbendæ ipſi annexum eſſe onus, licèt non ſit Canonicatui.

Digitized by Google

catui. Dixi autem, indiſtinctè, quo
131 niam probabile puto, † poſſe prębendas huiuſmodi oneratas optari: primùm quidem, vbi, non primò vacans, (niſi fuerit reſeruata; hæc enim non poterat erigi in Theologalem, aut Pœnitentialem, vt non ſemel declaraſſe dicitur ead. Sacra Congregatio;) ſed poſtmodum vacans erecta fuerit, vt quoad Pœnitentialem colligi videtur ex priori parte præcit. deciſionis ad d. capit. 8. niſi eam ita inteligamus, vt tunc erectio locũ nõ habeat, ſed ei præualeat optio; vel potiùs loquatur deciſio ſolum de primò vacante, vt ea poſſit optari, ſi iam non fuit erecta in Pœnitentialem, ſecus ſi præceſſit erectio. Quomodo etiam intelligo aliam deciſionem d. Congreg. per quam ad d. cap. 1. ſeſſ. 5. Conc. Trid. quoad Theologalem audio declaratum, quòd in præbenda primò vacatura poſt Concilium locum optio non habebit; ſi autem de ea, quæ primo vacauit, prouiſum non fuit pro Theologo, relictum eſt Ordinarij deciſioni iudicium. Secundò adhuc probabilius puto, huiuſmodi præbẽdas oneratas optari poſſe ab eo, qui habeat qualitates ad illud onus requiſitas, idq; ſaltẽ de conſenſu Papę, aut Epiſcopi, ad quem tunc ſpectaret collatio, vt is cognoſcat, an eæ qualitates adſint in volente illam præbendam optare.

QVAERO SEPTIMO, An poſſit optari præbenda æqualis, aut minor, quæ aliqua de cauſa ſit magis grata.

Quod æqualem, Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 28. poſt Rom. ſingul. 487. incipiente, legat teſtator, & Prob. in addit. ad Io. Monac. d. cap. fin. nu. 33. poſito caſu, quòd duo Canonici vnius Eccleſiæ, in qua ſtatutum, aut conſuetudo eſt, quòd antiquior poſſit optare, habentes præbendas omnino æquales ſimul perierunt; modò verò antiquus primò optauit vnam ex illis, poſtmodum autem antiquior, qui nondum optauerat,
132 dicit, † quòd vult optare eandem præbendam, quam antiquus optauerat; concludit, quòd iſte antiquior non ſit audiendus, ex eo, quòd data paritate præbendarum non eſt locus optioni; ſicut nec tali caſu valet legatum optionis, per tex. in l. cum aurum, §. ſed ſi argenti, iuncta Gloſ. verbo, optio, & Bart. ff. de aur. & arg. leg. Confirmat autem id ipſum Gonzal. ex eo, quod idem tradit d. Gloſ. 34. num. 124. in Eccleſijs, in quibus eſt certus numerus Canonicatuum, non tamen eſt diſtinctio
133 præbendarum, † non poſſe regulariter introduci conſuetudinem optandi poſt Mil. in Repert. Verb. conſuetudo optandi non poteſt introduci, & ſeq. quia vbi non datur maioritas præbendarum, optio intrare non poteſt quoad ipſas præbendas, licèt ſecus ſit quoad ſedem, locum, & ſimilia. Idem per eandem rationem tenet Rot. deciſ. 6. nu. 1. verſic. nam in aliquibus, de conſue tud. in nou. vbi præbendæ ſint indiſtinctæ, & æquales.

Verùm ſi in caſu poſito quis contendat, optioni locum non eſſe reſpectu illarum duarum præbendarum quæ vacauerunt; ita, vt etiam minùs antiquus ſtatim ſequens, ſi diligentior ſit proximo antiquiore, illi præferatur; admitti id poteſt, cum

& di-

& diligentiores in exigendo præfe- rantur, quando id faciunt ſine dãno magis priuilegiatorum, l. pupillus, ff. quę in frau.cred.cũ ibi not.& alijs adductis per Doct.ĩ c.dilecto,de ver bor. ſign. & Gomes. reg. de trienn. poſſ.q.28.ex §.hactenus vſq;ad fi.vt hic cõtingit;nam nullũ inde damnũ ſentit antiquior,cum poſſit optare aliam præbendam æqualem;&quod tibi non nocet,& mihi prodeſt æqui tate ſuadente,quæ de iure canonico maximè attenditur,facilè eſt admit tendum;& hoc dumtaxat probat d. l. cum aurum,ibiq; Gloſ. & Bart. & videtur velle Rom.& Prob. loc. cit.

Quòd ſi in eum ſenſum id accipia tur,quaſi neutra illarum optari poſ- ſit propter earum inter ſe, aut cum præbendis optare volentium æqua-
134 litatem;tunc†neq; id volunt præ- citati Doct.neq;tex.ille cum Glo.& Bart.id concludunt; præſertim cum diſſimilis ſit caſus illius leg. cum ibi non agatur de duobus,quibus com- petat ius optionis,ſeu electionis. ſi- cut nec obſtat quod de præbendis incertis,&indiſtinctis dictum fuit ex Mil.optari eas non poſſe; id enim non euenit,quia non detur in ijs ma ioritas, ſed ratione incertitudinis, quia nimirum tunc certum aliquid nõ eſt,quod optari poſſit. Ac deniq; contra prædictum ſenſum vrgent a fortiori quæ de minori præbenda nunc dicturi ſumus.

135 Circa quam, quòd † ea optari poſſit,tenet Gloſ.d.cap. fin.verbo, meliores,& ibi Butr.& Anch.de cõ- ſuet.in 6.eamq; Gloſ.ſequitur Fran. Marc.dec.Delph.1258.nu.4.1. p.& communiter,ac meritò receptam dicit Nauar.conſ.4.de reb.Eccl.non alien.vol. 1. a qua etiam opinione non diſcedit Rom.conſ.227. & Rot. deciſ.5.verſ.præterea,de conſuet. in
136 nou.Cõtraria ſententia†eſt Fran. d.c.fi.in princ. nu.8. cui ẽt accedere videtur ead.Rot.dec.3. eod. tit. in nou.& Fran.Marc.dec.1266.Delph. 1.p.necnon poſt Io.Mon.Mil.in ver. conſuetudo,per quam,il 1.Gem.ve- rò d.c.fi.nu.11. volens concordare
137 opiniones diſtinguit,† quòd, aut conſuetudo ſpecificè diſponit, quòd poſſint optari maiores præbendæ, & tunc non poſſunt minores:aut cõ- ſuetudo ſimpliciter diſponit, & tunc poſſit optari maior,& minor,ſicque procedat opinio Glo.eandem diſtin ctionem ſequitur Gonzal. d. Gloſ.
138 34.nu.23.&ſeq.Verùm†hoc eſt ni hil dicere,ſed vel priori,vel poſterio ri opinioni adhærere. ſecundũ enim membrum eſt ipſa expreſſa prima opinio: primum autem eſt ipſamet ſecunda opinio, ſi illud purè intelli- gatur,prout ſonat;ſi verò ſubintelli gatur dictio taxatiua, ſolùm, quaſi inducta ſit conſuetudo, quòd ſolùm maiores prębendę optentur,tunc ni hil mirabile dicit,ſed id,quod neque, qui ſunt in contraria ſententia,nega bunt.Mouentur autem, qui contra- rium ſentiũt,duplici ratione.Primò; quia,ex quo conſuetudo ſic eſt obtẽ- ta, vt optetur maior, non debet extendi ad minorem, quia præſcri-
139 ptio†nõ extẽditur,niſi ad id,quod eſt poſſeſſum,c.veniens,c.auditis, c. cum ex officij,de præſcr.de quo etiã latè per Rom. conſ.371. & Doct. in cap.tua il 1.de dec.neque conſuetu-
140 do†extendi debet,vt not. in c. fin. de off.Archid.Secundò,quia licitum
141 eſt aſcendere† ad maiorem digni- tatem,

tatem,ſed non deſcendere de maiori ad minorem,iuxta tradita in ſpecie per Fran.Mar.d.q. ſeu dec.1266. per tot.1.p. Rot. d. dec.3.& Gonz. d.Commen.Glo.5.§.9.nu.112. cum ſeq.& d.Glo.34.nu.19.& 20.ac tex. cum ibi not.in l.maioribus, C. quẽad.ciu.mun.indic.lib.10. nec non c. quanto,& c.licèt,quod eſt fin.de trãſlat.Epiſc.& c. cui de non ſacerdotali,de prę̄b.in 6.vbi non datur deſcẽſus etiam quo ad valorẽ præbendæ.

Quibus tamen, & ſimilibus non obſtãtibus priori opinioni adhęreo, quam in concluſione firmaui, quod indiſtinctè poſſit fieri optio etiam de minori præbenda, vbi ex aliqua cauſa ſit magis grata vel ob intereſſe veritatis,quia exempli gratia illa maior,ſeu melior, quam obtinet, ſit penſione grauata, vt ab ea ſe liberet,iuxta ea,quæ trademus inf. c.7. q.2.vel etiam ob intereſſe affectionis,puta,quia minoris præbendæ bona viciniora ſint ſuis patrimonialibus,quia ea præbẽda fuit ſui patrui, aut valde amici,vel ſimili de cauſa. Id autem probo & ipſe dupliciter. Primò rationibus Gloſ.d.c.fi.verbo, meliores, tum quia quod in fauorẽ
142 †alicuius inductum eſt, non debet in eius odiũ retorqueri, c.quod ob gratiam,de reg.iur.in 6.& l.nulla iuris ratio, C. de legi.tum quia cui li-
143 cet plus, licet † & minus,c. cui licet de reg.iur.in 6.cum ſimil.Secundò illa ratione quam tangit Rot. d. deciſ. 3. quia illud eſt melius quod eſt magis gratum, & plus placet, §. præterea,Inſtit. de action. & l. Sabinus,ff.de in diem addict.quod etiam ex eo confirmatur, quòd eſt ita conſiderabile intereſſe aliquod ſiue veritatis,ſiue etiam affectionis, vt, cum alioquin non niſi poſita magna læ-
144 ſione †detur etiam Eccleſiæ in integrum reſtitutio,c.1.de in integ.reſtit.l.ſcio,ff.eod.tit.cum ſuis concor.
145 tamen reſtitutio † conceditur non ſolùm propter intereſſe veritatis,vt ex tex.in l. minoribus, vbi Doct. ff. de minor.ſed etiam propter intereſſe affectionis,vt not.Bart.Bal. & alij in l.ſi in emptionem, ff. de minor. & poſt multos Odd. tract. de reſtit. in integ.q.4.ar.10.Alcia.de preſumpt. reg.1.præſum.20.& Menoch.in ſim. tract.lib.3.præſump.83.ferè per totam.idq; optimè probat tex.d.l.ſi in emptionem,vbi minor reſtituitur,ſi omiſit emere rem maiorum ſuorum in emptionem collocatam.

His poſitis, non obſtant in contrarium adducta. Non primum, quòd præſcriptio non extenditur niſi ad id,quod eſt poſſeſſum. Reſpondeo enim primò forte procedere id
146 in pręſcriptione, †nos verò loqui de conſuetudine,quicquid velit Gemin.d.c.fin.in prin.nu.9. & 11.dum contendit, conſuetudinem optandi magis propriè dici pręſcriptionem; id enim facilè refelli poteſt ex latè traditis per nos ſupr. c.2.q.2.Secũdò tam præſcriptionem,quàm con-
147 ſuetudinem † extendi poſſe ad caſus omnino ſimiles: immo ipſi Gem. & Franc.d.c.fin.in princ.nu.7.voluerunt, hanc conſuetudinem extendi de caſu vero ad fictum,de quo nos latiùs inf.c.4.q.4.in noſtra autem ſpecie caſus omnino ſimilis eſt, cum illud melius dici poſſit alicui, quod magis gratum eſt,vt diximus, & ſic
148 ſoluitur † ꝙ obijciebatur, ex not. in cap.fin.de off.Archid.conſuetudinem

nem non extendi,præterquam quòd ille tex. loquitur potiùs de præſcriptione,& quidem valde odioſa nimirum de præſcribenda per Archidiaconum iuriſdictione in Monaſterijs, quod magis Epiſcopo prȩiudiciale eſt,quam ius optandi, vt quique facilè poteſt intelligere.Similiter non obſtat d.l.maioribus; ibi enim ſolũ dicitur maioribus honoribus functos ad minores deuocari rationis non eſſe;ſicq;ſolum prohibetur ne quis ab alio,& quaſi inuitus deſcendere in honore cogatur,id quod hic non contingit,nam ſponte quis eligit minorem præbendam; & vt benè aduertit Rot. d. deciſ. 5.aliud eſt gradus in præbenda,aliud valor, de quo præcipuè agimus;&ſic optando quis minorem præbendam in valore non deſcendit in honore,ſicut nec aſcendit qui optat maiorem. Non obſtat etiam, quod obijciebatur ex d.c.quanto;nõ.n.prohibetur ibi deſcenſus, ſed ſolùm præmiſſo, quòd quis de facto relicta propria Eccleſia ad aliam ſe propria auctoritate tranſtulerat,ſubdit Summus Pontifex,quòd qui ſe ad maiorem plebem tranſtulit, a cathedra repelli debet aliena.Immo Gloſ.fin.ibi dicit, idẽ fore, ſi ad parem; vel minorem ſe tranſtuliſſet:at verò c.licèt,quod eſt fin.eod.tit.primùm loquitur de maioritate,& exceſſu in dignitate, non in reditu,ac prouentu, prout etiam loquebatur d.c.quanto.deinde diſpoſitio tam d.c. fin.quàm cit.c.cui de non Sacerdotali,de præb.in 6. procedit propter mandatum, cuius fi-
149 nes † ſunt diligenter cuſtodiendi, vt habetur in cap.cum dilecta,de reſcrip.& l.diligenter,ſ.mand.cum ſimil.idq; quoad diſpoſitionem d.cap. cui de non Sacerdotali, pro ratione affert ibid. Summus Pontifex in fi.& notat Gloſ.d.cap.fin. verbo, melio-
150 res de conſuet.in 6. Nam † in d. c. licèt, habetur,quòd conceſſerat ſolũ prædeceſſor Summus Pontifex cuidam Epiſcopo, quòd ſi ad maiorem vocaretur forſan dignitatem, eam ſibi liceret aſſumere; declarat autem ibid. Innoc. III. illius Canonis conditor,non potuiſſe illum Epiſcopum trãſire ad parem dignitatem, quia fuerat expreſſum de maiori; & quia etiam in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem de facili ſolet diſpenſari, vt ibi ait Pontifex, & notauit Gloſ.verbo,ad parem. In d.verò cap. cui de non Sacerdotali, ſtatuit Bonif. VIII.quòd,ſi cui mandetur prouideri de præbenda non Sacerdotali,integra, aut certi valoris,non poterit etiam volenti de Sacerdotali,dimidia, vel minoris valoris prouideri,propter certos fines mandati, vt inquit ibi tex & notat Gloſ. & Doct. noſq; mox admonuimus. Deniq; ex his facilè ſolui poſſunt alia in contrarium adducta per Fran.Marc.& Gonzal.locis cit.

QVAERO OCTAVO, & poſtremò in hoc 3.cap. An poſſit optari præbenda, vel domus in ipſa prima fundatione,vel conſtructione.

Ponamus enim in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, aut nullas adeſſe præbendas, domoſue Canonicales, aut certè non tot eas eſſe,vt numero Canonicorũ reſpondeant,ac ſingulis ſufficiant; exinde verò vel omnes, vel reliquas præbendas erigi,ac fundari, domoſue conſtrui, vt omnes, & ſinguli Cano-

nici ad Sacrorum Canonum præſcriptum prope ſuam Eccleſiam habitare queant. Locus tunc fit propoſitæ quæſtioni, an ex præbendæ nuper erectæ, domuſue conſtructæ optari poſſint; ita, vt ad eas acquirendas abſque noua collatione, ac prouiſione, Superiorisq; inſtitutione, vigore ſolius ſtatuti, vel conſuetudinis optandi in ea Eccleſia vigentis, priùs antiquiores, tum iuniores Canonici, vt in veterũ optionibus præbendarum, & domorum antiquarũ contingit, gradatim ſint admittendi.

Et quoniam tex. d. cap. cum in tua, ſeu fin. de conſuet. in 6. ad optionem ex ſimplici conſuetudine,
151 aut ſtatuto faciendam † expreſsè requirit vacationem, vt patet ex illis verbis, (poſſint, cùm vacant, per ſe, vel alios optare præbendas) & illis, (optare, cùm præbenda vacabit,) quod & nos pluribus oſtẽdimus cap. 1. quæſt. 2. circa medium; ita tamen, vt ex ſpeciali conſuetudine ſuper hoc inducta poſſit etiam præbenda non vacans optari, vt ibid. ex Gloſ. d. cap. fin. verbo, cùm vacant, & alijs docuimus. Ideo habi-
152 to pro conſtanti, † poſſe ſpecialem conſuetudinem induci, vt præbenda, & domus in prima fundatione, & conſtructione optetur, quod ex modo dictis à fortiori ſatis deducitur; Tota difficultas in eo reſidebit, an ex ſimplici conſuetudine, vel ſtatuto poſſint hæ præbendæ, ac domus optari, cuius reſponſio ex eo pendebit, an huiuſmodi præbendæ ſic de nouo erectæ, ac fundatæ, domuſq; Canonicales nunc exædificatæ vacare cenſeantur.

Ego autem in ea ſum ſententia, vt
153 exiſtimem, † præbendas, ac domos Canonicales in prima erectione, & conſtructione ſaltem propriè vacare dici non poſſe. nam & bona vacantia in iure dicuntur, quæ à defuncto iam poſſeſſa nullum exinde dominum, ac poſſeſſorem habent, vt conſtat ex l. 1. l. vacantia, & toto ferè tit. cũ ibi not. C. de bon. vacant. lib. 10. latè, & optimè Peregr. in tract. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 3. qui eſt de bon. vac. num. 2. & 29. ex hac ratione concludens, quòd cum aliàs bona vacantia ad fiſcum pertineant, l. 1. ff. de iu. fiſ. & d. l. 1. ac toto tit. C. de bon. vac. lib. 10. tamen, ſi quæ in nullius bonis fuerunt, ea non pertinent ad fiſcum tamquam vacantia, ſed cedunt occupanti, iuxta §. feræ igitur, Inſtit. de rer. diuiſ. cum ſimil. Idem etiam colligitur ex not. per Gloſ. & Doct. in l. cum quærebatur, C. vnde vi; ſed apertiùs ex cap. propoſuit, & c. cum noſtris, de conceſſ. præb. extr. & in 6. cap. 1. & toto tit. ne ſed. vac. Rebuf. in Prax. benef. tit. de requiſ. ad collat. bon. num. 48. & ſeqq. Staphil. de litter. grat. tit. de var. mod. vacat. benef. ferè per tot.
154 ex quibus elicitur, † quòd ad hoc, vt beneficium, ſeu præbenda ſaltem propriè loquendo vacare cẽſeatur, neceſſe eſt, vt priùs ab aliquo poſſideretur, vel obtineretur. Verùm in ſpecie id ipſum, quod nos dicimus, nimirum præbendas, & domos Canonicales, ac generaliter beneficia quæcumq; in prima ſua fundatione propriè ſaltem non vacare, apertè definiri videtur in Clem. fin. quæ incipit, litteras, de reſcript. vbi ſtatuitur, litteras Apoſtolicas ſuper con-

Digitized by Google

conferendo alicui beneficio vacaturo, ad beneficium poſt datam ipſarum creatum nō extendi. Et quàmuis Gloſ. ibid. Verbo, ſtatuimus, in princ. & verſic. ſicut ergo, quam ibi ſequitur Bonif. Vitalin. & alij relati pariter, ac probati à Gonzal. in d. Commentar. Reg. 8. Cancell. Gloſ. 9. §. 5. num. 50. & Gloſ. 15. in princip. num. 132. afferant, præbendam, ac beneficium de nouo creatum vacare. tamen, præterquam quòd Doctorum auctoritas non publica, & neceſſaria, ſed priuata dumtaxat, & probabilis eſt; & hac in re non magna, cum nihil, quod vrgeat, allegent, nã tex. d. Clem. quẽ adducit Vital. potiùs contrarium probat, cum velit Pontifex, beneficium creandum non includi in vacaturis; & ratio Gonzal. d. num. 132. quòd beneficia non naſcuntur, ſed creantur, & fiunt, ex Caſſad. deciſ. 7. nu. 6. & 8. de iurepatr. non video, quomodo concludat: adhuc dicere poſſumus, tam Gloſ. quàm alios Doct. cit. loqui, & intelligendos fore de qualiquali vacatione, ita, vt præbenda, & beneficium à primæua erectione, & fundatione aliquo modo, licèt impropriè, ac ſecundùm quid vacare dicatur; quod ſanè non inuiti dabimus, verùm non officiet noſtræ concluſ. quæ habet, quòd præbendæ, ac domus Canonicales à prima erectione, & conſtructione ſaltem propriè, ac ſimpliciter vacare non dicantur: porrò certum eſt, verba eſſe capienda in proprio, non autem improprio ſignificatu, l. non aliter, ff. de legat. 3. & l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil. l. fin. ff. ad Trebell. cum ſimil. & in dubio verba intelligenda ſunt ſimpliciter, & non ſecundùm quid, Bart. in l. Lucius §. quæſitum, ff. de legat. 3. cum alijs adductis Menoch. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 40. num. 2. Accedit, quòd, cũ Gloſ. d. Clem. fin. Verbo, ſtatuimus, circa medium, quam ibi Card. & alij ſequuntur, ob eam præcipuè rationem velit, † diſpoſitionem illius Clement. procedere, quia ſicut reſcripta ad lites tamquam odioſa, nõ sũt extendenda ad lites poſtea exortas, cap. fin. de reſcript. ita reſcripta ad beneficia non debent extendi ad beneficia poſtea creata, cum etiam reſcripta ad beneficia ſint odioſa, & reſtringenda, cap. quàmuis, de præben. in 6. nos quoq; ex mente d. Gloſ. & Doct. dicere poſſumus, eadem planè ratione conſuetudinem optandi, ſaltem vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, quoniam contra ius eſt, vt ſup. cap. 2. quæſt. 2. concl. 1. circa medium latiùs oſtendimus, ſi inducta dumtaxat ſit quoad præbendas iam creatas, non poſſe, aut debere ad eas extendi, quæ de nouo ceratæ, & erectæ ſunt; etenim quæ à iure communi exorbitant, non ſunt ad conſequentiam trahenda, cap. quæ à iure, de reg. iur. in 6. & l. quod contra, ff. eod. tit. cum ſuis concord. qua etiã ratione, cõſuetudinẽ optandi, quæ contra ius ſit, non extendi, fuſiùs oſtendemus cap. ſeq. quæſt. 3. concl. 2. paulò poſt initium. Ad idẽ facit, quod tradit Vital. d. Clem. fin. num. 15. & 23. Ferret. conſ. 2. nu. 5. vol. 1. facultatem cõferendi beneficia, de qua in cap. ſi cui nulla, de præb. in 6. non extendi ad beneficia poſtmodum creata; (de quo tamen videnda eſt Rot. deciſ. 17. num. 2. & 9. par.

155

9.par. 2.diuerſ.) cui ſimile eſt quod docet Rebuf. in Prax. benef.tit. de for. Vicariat. num. 124. Vicarium Epiſcopi habentem poteſtatem conferendi beneficia non poſſe conferre beneficium de nouo creatum. facit etiam quod poſt Gloſ. 1.cap.cũ Capella, de priuil. tradit Fel.cap.fin. num. 16.de conſtit. exemptionem conceſſam Capellis non extendi ad futuras, ſicut nec priuilegium quodlibet ad futura extenditur, cap. ex ore, de priuil. Put. deciſ. 254. num. 3. lib. 1. & reſeruatio non capit beneficia creata, & erecta poſt datam reſeruationis, Rot.deciſ.32. num. 7. de præb. in antiq. & Simonet. tract. de reſeruat. benef. q.12.faciunt deniq; alia pleraq; ſimilia, de quibus Gonzal. d. §.5.à num.1. ad 43. Menoch. de arbitr. iud. caſ.223.& Staphil. de litter. iuſt. §. eſt notandum num. 7. quorum omnium ea generalis ratio eſt, quòd id, de quo agendum eſt, primò in rerum natura debet eſſe, l.quidam referunt, ff. de iur. codicill. c. ad diſſoluendum, iuncta Gloſ. verbo, accuſari, de deſponſ. impub. alia Gloſ. d. cap. fin. verbo futuras, de reſcript. cum alijs adductis per Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 5. §. 7. à num. 68. ad 73. & Gloſ. 45. §. 1. à num. 44.ad 48.Ferret. conſ. 36. num. 6. latiſſimè per Menoch. conſ. 97. ex num.64. vol. 1.& tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 127. per tot. Licèt autem prædicta ratio, quòd conſuetudo contra ius non extendatur, locum non videatur habere in domib. Canonicalib. de nouo conſtructis, cum optio domorũ induatur ex conſuetudine decennali, vt ſup. d. cap. 2.quęſt. 2. concl. 1. ad fin. & cap. 3.quęſt. 3.circa mediũ; cum tamen conſuetudo contra ius requirat ſpatium 40. annorum, cap. fin.cum ibi not.extra de conſuet. Nihilominus, pręterquam quòd aliæ rationes adductæ per ſe ſufficiunt etiam quoad domos; adhuc dici po-
156 teſt† prędictam quoq; in domibus de nouo conſtructis procedere, a c vim ſuam habere. etenim non ideo domorum Canonicalium optio admittitur ex minori conſuetudine, quã quadragenaria, quia cõtra ius nõ ſit, cũ ea etiam conſuetudo quæ cõtra ius eſt aliquãdo minori ſpatio quàm 40. annorum, induci poſſit, vt patet ex allegatis inter ceteros per Roch. Curt. d. cap. fin. ſect. 3. num. 32. cum plurib. ſeqq. iuxta nouam impreſſ. extr. de conſuetud. ſed ob eam pręcipuè rationem, quia per optionem domorum non mutatur, aut acquiritur aliquod ius ſpirituale, quod in præbendis diſtinctis maximè accidit, vt ex Bellam. & alijs nos quoq; d. concl. 1. ad fin. & quæſt. 3.circa medium ſatis oſtendimus. Pręterea ex mente Gloſ. & Doct. d. Clem. fin. necnon Gonzal. d. Gloſ. 9. §. 5. num. 48.ideo extenſio non admittitur ad beneficium de nouo creatũ, iuxta d. Clem. quia reſcripta ad beneficia ſunt odioſa, ac reſtringenda, d.cap.quàmuis, de præb.in 6.Rot.deciſ.8. ante mediũ, de conceſſ. præb.in nou. Caſſad. deciſ. 8.num. 4. eod. tit. at verò ipſa quoq; optio domroum Canonicaliũ odioſa dici iure poteſt, cum agatur de aliquali ſaltem præiudicio tertij, iuxta cap.odia de reg.iur. in 6. cum ibi notat. & ſuis concord. paratur neq; præiudicium vel Ordinario collato-

Digitized by Google

latori, vel ei, cui alioqui conferri, ſeu aſſignari deberet domus Canonicalis, niſi ea ab antiquiore aliquo Canonico vigore ſtatuti, aut conſuetudinis optaretur. ponamus enim in menſe Ordinarij vacare Canonicatum, qui aliàs reſeruatus non ſit, ſimulq; vacare domum Canonicalem; niſi vi ſtatuti illius, ſeu conſuetudinis optio fieret, poſſet Ordinarius, ſicut Canonicatum, & præbendam cum eo vacantem conferre cui vult, ita etiam ædes Canonicales cuilibet Canonico tradere, vel aſſignare, & is, qui Canonicatum, & præbendam haberet ſimul etiam eam domum iure poſtularet tamquam de iuribus,& pertinentijs pro ea ſaltem vice illius Canonicatus, ad latè tradita per Ant.Gabr.commun. concluſ. lib. 6.tit. de verb. ſignif. concl. 10.vel ſaltem tamquam acceſſoriam eiuſdem Canonicatus, per ea,quæ in ſimili adduximus hoc eod.cap. 3.q.2.circa initium,ac vulgatam regulam, ac doctrinam acceſſoriorum.

Stet ergo ex ſupradictis firma concluſio, præbendas de nouo erectas,domosq; Canonicales nunc primùm conſtructas tamquam impropriè vacantes ex ſimplici conſuetudine, vel ſtatuto optandi vigente in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata ſtatim optari non poſſe, verùm expectandam eſſe primam veram vacationem per obitum, aliamue, quæ alioqui optioni locum faciat:
157 interim verò † huiuſmodi præbendas, & domos ijs fore aſſignandas, qui nullas habent; ſeruata tamen inter eos antiquitatis prærogatiua, quæ quoad hoc ſuam vim habere poterit propter illam canonicam æquitatem, de qua latiùs ſup. cap. 2. quæſt. 1. in princ. vnde præferendus erit Canonicus medio tempore receptus ei, qui cum priùs Canonicatum haberet poſtea in eadem Eccleſia hoc dimiſſo alium obtinuit; cùm enim prior Canonicatus vacauerit, nouus Canonicus fit, iuxta ea,quæ latiùs afferemus cap.5. q. 1. concl.1.not. 3. Interim verò iam finis ſit huic 3. cap.

SVMMAE RERVM.

1 *Canonici ſoli, ſeu beneficiati in aliqua Eccleſia Collegiata, regulariter optare poſſunt.*

2 *Conſuetudo optandi inter Canonicos inducta non extenditur ad Dignitates, ſeu Prælatos, vt poſſint optare Canonicales præbendas.*

3 *Conſuetudo non extenditur de perſona ad perſonam diuerſæ qualitatis: vbi etiã, quod Sacerdos nõ poteſt optare præbendã diaconalem.*

4 *Præbendam Pœnitentiarij, aut ſimilem obtinens non poteſt ſecundum aliquos aliam optare. Contrarium; num. 11.*

5 *Diuiſio beneficiorum vnitorum debet fieri ab habente auctoritatem ſeruata ſolemnitate, & ex iuſta cauſa, ſicut & vnio.*

6 *Beneficiarius non poteſt ſuum beneficium diminuere, aut damno afficere.*

7 *Canonicus an habeat ſucceſſorem, & an* Pœnitentiarius, *& num. 12.*

8 *Pœnitentiarius principaliter habet officium, præbendam per annexionem, & quaſi rem peremptam, ſe-*

Digitized by Google

ſecundùm Nauar. de quo num. 13.

9 Beneficiatus habens Eccleſiam Parochialem ſuo beneficio annexam, non dicitur ſimpliciter habere curam animarum.

10 Nauarri Doct. auctoritas.

12 Pœnitentiarius optando non diuidit, aut vnit officium a beneficio, aut cum illo, ſed dimittit præbendam cum onere, & officio.

13 Theologi, & Pœnitentiarij officium quomodo inſtituendum ſit.

14 Vnio non ſemper ita fit, vt, quod vnitur, alteri accedat.

15 Antiquiores Canonici priùs optant, antiquiores inquam non ætate, ſed receptione; num. 16. quod declaratur; num. ſeqq.

17 Canonicus, qui maior eſt ordine, poſterior tamen receptione, quomodo debeat præferri in portione percipienda.

18 Antiquiores ætate, vel maiores ordine poterunt ex conſuetudine ſpeciali præferri in optando. vel Doctores, aut perſonæ inſignes; num. ſeqq.

19 Doctorum ordo præcipuus eſt.

20 Excommunicatus poteſt optare. Contrarium alij; num. 21.

22 Excommunicatus priuatur fructibus beneficij,

23 Collatio beneficij facta excommunicato nulla eſt.

24 Optio non eſt collatio, neque collationem requirit.

25 Excommunicatus poteſt acceptare beneficium iam ſibi collatum. & retinere iam obtentum; num. 30.

26 Beneficij collationem excommunicato factam mero iure tenere, probabile eſt.

27 Excommunicatus æquiparatur deportato.

28 Deportatus poteſt eligere, & optare.

29 Excommunicatus poteſt ea, quæ ſunt facti, & per quæ ſolùm voluntas declaratur.

30 Excommunicatus nõ ammittit fructus beneficij, niſi per ſententiam eos expreſsè continentem.

31 Abſentes ab Eccleſia optare poſſunt.

32 Abſentes ob ſeruitium Papæ, vel Eccleſiæ optare poſſunt, licèt conſuetudo, vel ſtatutũ diſponat, quòd ſoli præſentes optent. Hi enim habentur pro præſentibus; num. 33. vbi idem dicitur de abſentibus cauſa ſtudij.

34 Conſuetudo contra ius non extenditur de caſu vero ad fictum, neque de loco ad locum, neq; de perſona ad perſonam. Idem in ſtatuto; num. 35. Quod tamen perpetuum non eſt, remiſſiuè; num. 36. præcipuè verò, vbi in caſu omiſſo militat eadem omnino ratio; nu. 37. vel vbi ea æquiparantur a lege; num. 38.

39 Statutum, vel conſuetudo diſponens de præſentibus in Eccleſia extenditur de caſu vero ad fictum.

40 Conſuetudo optandi, ſicut quæuis alia, inducta in vna Eccleſia non extenditur ad aliam Eccleſiam, quamuis illi ſubiectam.

41 Canonicus, qui ex conſuetudine optare non poteſt, niſi ſemel, ſi ſemel optauit præbendam, ſuper qua deinde moueatur ſibi lis, non poterit aliam optionem facere. poterit tamen redire ad ſuam, ſi ſuccumbat, eamque dimiſerit cum proteſtatione; num. 42.

43 Prior

Digitized by Google

43 *Prior in data, qui non fuit negligens, præfertur in optando priori in receptione, poſteriori tamen in data.*

44 *Conditio habetur pro impleta, cùm non ſtat per eum, qui illam implebet.*

45 *Abſentes in ſeruitijs Papæ, vel Eccleſiæ cur optare poſſint etiam ſtante conſuetudine, vel ſtatuto, quòd ſoli præſentes optare poſſint.*

46 *Abſentes quoq; in ſeruitijs Epiſcopi optare poſſunt. Quid in abſentibus cauſa ſtudij de licentia Papæ, vel Epiſcopi; num.47.*

48 *Abſentes cauſa ſtudij de licentia Prælati. vel Papæ percipiunt fructus ſuarum præbendarum.*

49 *Priuilegiati, vt percipiant fructus, ac ſi reſiderent, optare nõ ideo poſſũt; & gaudere alijs priuilegijs, quæ competunt præſentibus tam de iure communi. quàm ex conſuetudine, vel ſtatuto.*

50 *Conſuetudo contra ius quando extendatur ad caſum fictum.*

51 *Conſuetudo optandi non eſt improbata a iure, ſed immo permiſſa, & quodammodo approbata.*

52 *Optio fieri poteſt per procuratorẽ habentem ſpeciale mandatum. immo & per procuratorem cũ libera; num.55. quid in habente generale mandatum; num.58.*

53 *Poteſt per alium, qui poteſt per ſe ipſum; & qui per alium facit, per ſe ipſum facere cenſetur.*

54 *Procurator admittitur in quauis re, vbi non prohibetur.*

56 *Procurator cum libera æquiparatur habenti ſpeciale mandatum. Item poſt permutare; num.57.*

58 *Procurator habens generale mandatum, & negotiorum geſtor ſi nomine meo optet, & ego ratum habeam, optio valebit.*

59 *Dominium pecuniæ ſolutæ negotiorum geſtori acquiritur creditori ratihabitione ſecuta.*

60 *Optio per quemcunq; nomine meo facta fortè valet, ſi ratum habeam.*

61 *Beneficium poſt alicui conferri nomine abſentis.*

62 *Beneficium impetrari poteſt ſine mandato.*

63 *Coniuncta perſona ſine mandato admittitur ad optandum. ſicut etiam in beneficialibus; num. 64. requiritur tamen ratihabitio; num.69.*

65 *Coniunctæ perſonæ regulariter admittuntur, ſi caueant de rato; & quæ illæ ſint; num.66. & vſque ad quem gradum; num.67.*

68 *Canonicus, aut alias cõiunctus coniunctione ſpirituali non poteſt pro alio coniuncto impetrare, aut acceptare.*

69 *Ratihabitio requiritur vbi aliquis ſine mandato ſpeciali, aut ſine libera pro alio optauit. &, an ratihabitione huiuſmodi per antiquiores facienda pendente, poſſint iuniores interim optare; num.70.*

71 *Vocem in Capitulo habere non poteſt Clericus Eccleſiæ Collegiatæ, niſi ſaltem ſit Subdiaconus.*

72 *Subdiaconatus primus eſt ex Ordinibus Sacris.*

73 *Actus Clericorum Eccleſiæ Collegiatæ quidam ſunt Collegiales. & qui illi ſint; num.74. quidam non Collegiales; num.75. & qui ſint; num.76.*

77 *Clericus Eccleſiæ Collegiatæ, etiam*

non conſtitus in Sacris optare poteſt præbendam vacantem ; & num.ſeq.

78 *Optionis actus non eſt Collegialis, ſed ſingulis de Collegio competit ex canonia,& præbēda;& n.ſeqq.*

79 *Optare non competit,aut pendet ex voce in Capitulo actiua, ſed ad ſummum ex paſſiua.*

80 *Vox,ſeu electio paſſiua non requirit ordinem Subdiaconatus.*

81 *Cõſuetudine,& ſtatuto induci põt, vt,non niſi Subdiaconus optet.*

82 *Cõſuetudo magnam vim habet,& induci poteſt contra ius, modò ſit rationabilis, & legitimè præſcripta,neq; inferat grauamen Eccleſiis ; num.83.*

84 *Statutum Eccleſiæ exæquatur conſuetudini illius.& condi ab ea poteſt etiam contra ius, vbi agitur ſolùm de præiudicando iuri quærendo; num.85.*

86 *Rationabile eſt,vt non niſi Subdiaconus ad optionem admittatur.*

87 *Diſpenſatus per Papam,vt non teneatur intra annum ad ordinem requiſitum promoueri, poterit etiam poſt annum optare.*

88 *Optare non poteſt Clericus poſt annum,ſi intra annum ad ordinem requiſitum non promoueatur.*

89 *Corpore vitiati a Sacrorum Ordinum ſuſceptione, & executione regulariter repelluntur.*

90 *Deformitas repellens nunc hominē a Sacris Ordinibus quanā ſit .*

91 *Deformitas quoad ordinē ſuſceptū inducit tantùm irregularitatem in illo actu,qui ab eo corporis vitio impeditur.*

92 *Abſcindens ſibi membrum ex culpa efficitur irregularis ,licèt illa abſciſſio nullum ordini præſtet impedimentum,aut inſignem deformitatem inducat.*

93 *Deformitas iure impediens,aut nõ impediens ſuſceptionem ordinum, eorumue miniſterium quænam ſit.*

94 *Diſpenſare poteſt ſolus Papa ſuper irregularitate , qua inducitur ex corporis vitio.*

95 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*

96 *Diſpenſatus ad ordines minores non ideo cenſetur ad maiores,neq; diſpenſatus ad ordines cenſetur ad beneficium diſpenſatus.*

97 *Diſpenſatus in maiori cenſetur etiam diſpenſatus in minori, quod in illo maiori ineſt.*

98 *Argumentum a maiori ad minus qualiter admittatur in diſpenſatione.*

99 *Diſpenſandi facultas,& poteſtas fauorabilis eſt,& extendenda.*

100 *Diſpenſatio extenditur ad ea,quę neceſſariò , & naturaliter conſequuntur.*

101 *Diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorū diſpenſatus quoq; cenſetur ſuper reſidentia illis annexa.*

102 *Minor diſpenſatus ad curatum, diſpenſatus quoq; cenſetur,vt non teneatur intra annum promoueri.*

103 *Ordo aliquis annexusne ſit præbendis,& alijs beneficijs in Eccleſiis Cathedralibus,vel Collegiatis.*

104 *Ordines annexi præbēdis debent intra annum ſuſcipi.*

105 *Beneficium in Collegiata recepturus debet ſaltem poſſe intra annū ordinem requiſitum ſuſcipere.*

106 *Connexorum idem eſt iudicium.*

107 *Argumentum ab vno connexo-*

rum

Digitized by Google

rum ad aliud, vel à deſtructione conſequentis quando procedat.

108 Inhabilis ad ordines annexos aliquibus beneficijs inhabilis quoq; erit ad illa beneficia.

109 Optare non poteſt in aliqua Eccleſia, qui ob corporis vitium repellitur ab ordinibus annexis beneficijs illius Eccleſiæ.

110 Cæcus repellitur à beneficio obtinendo. Item ab optione; num. 111.

112 Mutus repellitur ab ordinibus, & ab optione. Item ſurdus; num. 113. Idem alijs corporis defectibus, qui ab ordinibus repellunt; num. 114.

115 Corpore vitiatus diſpenſatus ad ordines etiam maiores, optare non poterit.

116 Diſpenſatus, vt obtineat beneficiũ in Eccleſia Collegiata eo ipſo poterit optare vacantem præbendam. ſeu portionem.

117 Cæcus factus poſtquam beneficiũ obtinuit in Eccleſia Collegiata poterit eueniente caſu optare; & nu. ſeqq.

118 Cæcis miſerendum, & ſubueniendum eſt.

119 Inhabilitas ſuperueniens non debet aliquem priuare iure quæſito.

120 Priuari non debet Clericus etiam propter amentiam beneficijs, quæ tempore ſuperuenientis amentiæ obtinebat.

121 Cæcus capax eſt Dignitatis Eccleſiaſtica, ad quam ius aliquod habebat ante cæcitatem.

122 Cæcus in Papam eligi non poteſt, electus tamen in ſede manebit.

123 Cæci non poſſunt offerre panes Domino, ſeu eſſe Sacerdotes.

124 Sacerdos, qui celebrare non poteſt propter defectum palmæ, poteſt tamen fungi alijs Sacerdotalibus officijs.

125 Deciſio quædam Rot. Rom. explicata.

126 Surdus, mutus, & ſimiles corpore vitiati, qui vitium poſt obtentum beneficium contraxerunt, optare poſſunt.

127 Surdus non eſt eligendus in Summum Pontificem, electus tamen non erit à ſede remouendus.

128 Peccator etiam notorius regulariter vt ſic non eſt arcendus ab optione, cùm caſus euenerit; & num. ſeqq.

129 Peccator quantumuis criminoſus & notorius non debet in officijs euitari. excipitur notorius fornicator; num. 130.

131 Fornicator notorius non eſt ab optione repellendus.

132 Crimen inducens ſuſpenſionem ab ordine, vel eius executione non repellit ob id ab optione. Idem, licèt induceret irregularitatem; num. 133.

134 Crimen inducens priuationem beneficij, vel depoſitionem, aut ſuſpẽſionem ab illo, repellit ab optione. ſecus ſi reus appellauerit à ſententia; num. 135.

136 Irregularitas præcedens receptionem ordinis, aut beneficij impedit optionem.

137 Diſpenſatus ſuper irregularitate, vt obtineat beneficium in Collegiata, poterit optare.

138 Irregularitas ſequens receptionem beneficij non impedit optionem.

139 Coadiutorum plura ſunt genera.

140 Coadiutor non acquirit, nec Coadiutus amittit titulum beneficij; & n. 151. cum ſeq. 154. 158. & 163.

Digitized by Google

141 *Coadiutor, etiam cum futura ſucceſſione, ſedere ſemper debet poſt receptos Coadiutoria durante; & multis ſeqq.*

142 *Dignitate propria coruſcantes præferri debent coruſcantibus tantùm aliena.*

143 *Coadiutor ceſſante coadiuto datur in eius gratiam.*

144 *Coadiutor viuente coadiutoria procul dubio ponitur in vltimo loco inter clericos eiuſdem ordinis.*

145 *Obſeruantia eſt optima priuilegiorum Apoſtolicorum, & legum interpres.*

144 *Subrogatũ quãdo nõ ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

147 *Sedere in altiori loco competit Canonico ratione antiquitatis.*

148 *Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione ſunt odioſæ.*

149 *Reſignans cum regreſſu cur mortuo reſignatario ſedere debeat in loco antiquo.*

150 *Dignitas in Collegiata præcedit omnes Canonicos.*

151 *Coadiutus optare poteſt perinde, ac ſi coadiutorem ſine futura ſucceſſione haberet.*

152 *Coadiutor ſimplex optare non poteſt; & num. ſeq.*

153 *Coadiutoria ſimplex non vacat per mortem naturalem, vel ciuilẽ Coadiuti: ſed ceſſat, expirat, ſeu extinguitur ceſſante vita, vel impedimento Coadiuti.*

154 *Coadiutor ſimplex an ſit Prælatus; & an beneficia poſſit conferre, & reſignationes admittere.*

155 *Coadiutoria ſimplex requirit qualitates beneficiati. & item verificationem narratiuæ.* 156.

157 *Capellani Coadiutores an teneantur reſidere.*

158 *Coadiutus perinde optare poteſt, ac ſi non haberet Coadiutorem cum futura ſucceſſione. Alij tamen diſtinguunt; nu.* 159. *quæ diſtinctio fallitur; num.* 160.

161 *Gradatio aliquando ceſſat in optione.*

162 *Præbenda Coadiuti an poſſit optari, vel ſit reſeruata Coadiutori cum futura ſucceſſione.*

163 *Coadiutor cum futura ſucceſſione non poteſt optare. nec tenetur præcisè reſidere, ſed ſolùm cauſatiuè, ne de ſuo teneatur reſtituere fructus amiſſos Coadiuto; num.* 164.

165 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione non vacat per obitum vel ceſſionem coadiutoris, ſed per ceſſũ, vel deceſſum, aut aliam amiſſionem Coadiuti.*

166 *Verba ex nunc prout ex tunc, & è contra, quid importent.*

167 *Verba illa Coadiutoriæ, tamquam Canonicus Eccleſiæ inſeruire poſſit, ac debeat, non faciunt eum Canonicum.*

168 *Poſſeſſio ſimul cum titulo requiritur ad optionem.*

169 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione an ſit titulus ſufficiens ordinationis. & an habeat vim reſignationis; num.* 170.

171 *Concordata an obſtent conceſſioni Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione.*

172 *Coadiutor cum futura ſucceſſione an poſſit abeſſe tribus menſibus in anno aut impeditus percipere diſtributiones quotidianas in ijs caſibus, in quibus poterat is, cui datus eſt coadiutor.*

Qui-

Digitized by Google

Quinam optare poſſint præbendas. Cap. IV.

QVAERO PRIMO, An ſoli, & omnes antiquiores Canonici optare poſſint.

Prima Concluſio. Illud certum eſt, ſolos Canonicos, ſeu beneficiatos in aliqua Eccleſia Collegiata
1 † regulariter optare poſſe, vt ſatis patet ex iis, quæ adduximus ſupr. c. 1. quæſt. 3. & cap. 3. quæſt. 1. vbi etiã diximus, poſſe induci conſuetudinẽ, vt beneficiatus in aliqua Eccleſia, dummodo conſtituat aliqua ratione vnum corpus cũ Canonicis eueniente caſu poſſit optare Canonicatum, ſeu præbendam Canonicalem vacantem, vel eam, quę remanet inoptata; pro quo etiam optimè facit deciſ. Delphin. Franc. Marc. 1271. num. 4. & quod nos latiùs adducemus inf. hoc eod. tract. cap. 5. quæſt. 2. dum diſputabimus, an optio ſemper fiat intra eundem ordinem, & gradum. cum hoc tamen ſtat, quòd etiam Illuſtr. Cardinalibus, & Equitibus pręſertim Hieroſolymitanis aliqua ſaltem ratione cõpetat ius optandi ſuos titulos, & commendas, vt ſup. d. c. 1. q. 3. & c. 3. q. 1. docuimus.

Secunda Concluſio. Conſuetudo
2 optandi inducta, † quòd Canonici optent, non ita extenditur, vt Prelati, aut Dignitatem habentes poſſint optare Canonicales præbendas: ita Calder. conſ. 5. de conſuetud. quem etiam refert, & ſequi videtur Roch. Curt. cap. fi. de conſuet. ſect. 4. nu. 7. ad fin. omnino verò ſequitur Hier. Gonzal. in Commentar. Reg. 8. Cancel. Gl. 34. n. 91. ad id quoq; allegans Prob. ad Io. Monach. d. c. fi. n. 31. & 32. de conſuet. in 6. ratio eſt; tum quia
3 conſuetudo non extendatur † de perſona ad perſonam, maximè vbi ſunt diuerſæ qualitatis, & conditionis, iuxta not. per Dd. in cap. fin. de off. Archid. & cap. 2. de Capell. Monach. tum quòd in huiuſmodi, quæ ſunt ſtricti iuris, vno expreſſo non venit aliud, cap. ſuſceptum, de reſcr. in 6. & cap. quàmuis, de præben. eod. lib. Et hoc fortè voluit Franc. Marc. deciſ. Delphin. 1266. 1. p. dum dixit, in optione non admitti deſcenſum, ne ſit contraria deciſ. paulò ante poſitæ, quæ eſt 1258. num. 4. eadem 1. par. vbi apertè admittit, poſſe optari minorem prębendam: facit etiã optimè Rot. deciſ. 5. de conſuet. in no. verſic. aliam rationem, & verſic. præterea videtur, dum ipſa quoq; ait, quòd, vbi ſunt diſtincti gradus pręebendarum, non admittitur deſcenſus. Qua ratione idem quoq; dicendum eſt de præbendis inferioribus ordine, vt nimirum conſuetudo optandi in eodem ordine non operetur, vt clericus optare poſſit præbendam inferioris ordinis vacantem, puta clericus habens præbendam Sacerdotalem poſſit optare Diaconalem, habens Diaconalem poſſit optare Subdiaconalem; niſi fortè ea in re ſpecialis conſuetudo legitimè inducta ſit, per ea, quæ tradémus infr. c. 5. q. 2.

Tertia Concluſio. Probabile eſt,
4 † quòd vbi præbenda habet annexũ aliquod perpetuum officium, puta Pœnitentiarij, non poteſt, qui eam habet, alteram optare: ita in ſpecie tradit Nauar. conſ. 14. de rebus Eccleſ.

cleſ.non alien. aliâs 22. de præben. vol.1.per totum. Probat primò hāc
5 opinionem, quòd diuiſio† beneficiorum vnitorum requirit, vt diuidens habeat auctoritatem,& poteſtatem id faciendi, cap.ſicut vnire, cum ibi not.de exceſſ. prælat. & quòd ſeruetur ſolemnitas in modo diuidendi, & concurrat iuſta cauſa id faciendi, cap.1.de reb.Eccleſ.non alien. in 6. ſicut & vnio, vt probatur in d.c. ſicut vnire, iuncta Clem. 2. de rebus Eccleſ.non alien. quòdſi optaret Pœnitentiarius præbendam vacātem, diuideret præbendam ſuam a Pœnitentiarij officio; item vniret officiū alteri prębendæ, quæ eſt tertia Nauar.ratio, ſine vlla iuſta cauſa, aut ſolemnitate. Neq; veriſimile eſt, Concilium generale, & Romanam Eccleſiam voluiſſe priuatis hominibus facultatem concedere tam leuiter,& ſine ſolemnitate tot vniones, & diuiſiones;& hæc eſt 6.illius ratio ab hac prima dependens. Secundò
6 non poteſt beueficiarius † ſuum beneficium diminuere,aut damno, afficere,cap. delictum,de reg. iur. in 6. cum ibi adnot.& ſimilib.at verò Pœnitentinrius optando damnum afferet proprio officio; poſſet enim optare minorem præbendam, iuxta Gloſ.crebrius receptum in cap. fin. de conſuet.in 6.(vt etiam nos ſupra oſtēdimus,cap.3.queſt. vlt.)Quòdſi obijcias de alijs Canonicis, reſpondet,diſparem eſſe rationem, cū Ca-
7 nonicus † non habeat ſucceſſorem, iuxta Gloſ.ſingularem receptam in cap.quod ſicut,de elect. quod etiam notauit Franc.Marc.deciſ.Delphin. 1232.num.3.& 1261.num.3.1.part. vnde ſibi poteſt præiudicare; Pœnitentiarius verò habet ſucceſſorem, cui optando præiudicaret. Tertiò, quia quod operatur oppoſitum in oppoſito, debet & operari propoſitum in propoſito,cap. ſciendum,18. q.1.l. & ſi contra,ff. de vulg.& pup. ſed præbenda Pœnitentiarij optari non poteſt,quod tamen non probat Nau.nos breuiter oſtendimus ſupr. cap. 3. quæſt.6. ergo neque ipſe debet poſſe optare alterius præben-
8 dam.Quartò,quia Pœnitentiarius† habet principaliter officium Pœnitentiariæ,præbendam autem habet per annexionem, & quaſi rem peremptam; ſicut qui habet Eccleſiam Parochialem ſuæ præbendæ, vel alteri beneficio annexam, non cenſe-
9 tur†habere curam animarum, cap. ſuper eo,de præbend. in 6. quare cū non poſſit optare aliam præbendā ratione officij,quod eſt principale, & quoddā viuū, non poterit id facere ratione præbendę quę eſt quid acceſſorium, & quaſi quoddam mortuum,& extinctum. Hæ ſunt in ſumma rationes Nauarri, quibus contendit, Pœnitentiarium optare non poſſe;ex cuius ſententia idem dicendum eſſet de eo, qui habet præbendam Theologalem, vel Legalem, quam alij vocant Doctoralem ſeu Magiſtralem;necnon de Canonico coadiutore, cuius nimirum onus ſit ex fundatione Rectorem Parochialē in cura animarum adiuuare, aut etiam eam ipſam per ſe exercere,cuiuſmodi pleriq; ſunt in ciuitate, & Diœceſi Mediolanenſi. Propter cu-
10 ius Doctoris†auctoritatem concluſio hæc, vt dicebam, probabilis eſt; maxima enim fuit illius tum doctrina,tum vitæ integritas, vt patet ex

Co-

Couar.lib.1.var. reſol.c.1 n.2.Mandoſ.ad Reg.16.de infirm. Pineſ.l.1. C.de bon.mat. 3.p.nu.16.in fine Viual.in Candel.Aur.in princip.tit. de auctor.Doct. & alijs, quos videas ſi lubet apud Petr. Cened. in collect. ad ius canon. collect.12. num. 6. 2. p.Idem cum Nauar. tenet etiam Hier.Gonzal.d.Gloſ.34.num.78. & ſeqq. non ſolùm in Pœnitentiario, ſed etiã in Theologo,&Doctore,ſeu Magiſtro,vbi eius Canonicatui annexa ſit certa præbenda,aliàs ſecus. & quoad Pęnitentiarium adeſſe dicitur deciſ.Sacræ Congregationis interpretum Trident.Concil. in quòd Pœnitentiarius nec retento, nec dimiſſo officio poteſt optare aliam præbendam, cuius officio fuit vnitus vnus Canonicatus,& certa præbenda. quoad eũdem verò,& Theologum illam affert rationem,quia eorum officio vnitus eſt vnus Canonicatus,& vna præbenda; & ſic non poſſunt mutari,ſed immobiles remanere debent cum officio: & illam, quòd,cum hæ præbendæ nequeant optari, nec debent poſſe eas obtinentes poſſe optare,vt idem operetur oppoſitũ in oppoſito qđ propoſitũ in propoſito,vt dicebat Nauar.

Sed quoniam contraria ſenten-
11 tia † vt Pœnitentiarius, Theologus, & ſimiles poſſint optare. melioribus, ni fallor, nititur rationibus, ei libentiùs adhæreo, quam & ipſe Nauar. in ſcholis diſputando teneri poſſe fatetur d.conſil.14.nu.1.& ſeruatam quoq;audio Mediolani in Eccleſia S.Nazarij,in qua qui priùs Theologalem præbendam obtinebat,aliam optauit,ea ſimul cum onere,& officio legendi dimiſſa,quę deinde alteri collata fuit. Illud enim regulare eſt, vt inferius dicam,antiquiores Canonicos optare poſſe, vbi viget ſtatutũ,vel cõſuetudo optãdi;&patet ex ipſo tex.d.c. fi.de cõſuet.in 6.ergo omnes optare poterunt;nam &regulę ſtandum eſt, donec exceptio probetur, cap.2. in fin.de coniug.lepros. cum alijs traditis per Doct. in rub. de regul. iur. ac Couar.lib.2.var.reſol.cap.12.nu.
12 4.& indefinita æquipollet vniuerſali;& vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus,niſi manifeſta nos cogat ratio, iurib.vulg. in hoc autem caſu nulla nos cogit ratio,vt contrarium ſentiamus. Non prima Nauar.dicimus enim Pœnitentiariũ optando †non diuidere,aut vnire beneficia,de quo loquuntur illa iura; ſed neque etiam officium a beneficio diuidit,aut vnit cum beneficio; dimittit enim præbendam ſimul cũ officio,& onere annexo.Ex quo etiã patet ſolutio ſecundæ rationis a Nauar.in contrariam ſententiam allegatæ:quicquid enim ſit,an Canonicus ſimplex habeat ſucceſſorem, de quo per Dd.d.cap. quod ſicut, Ant. Burg.in c.cum omnes, num. 67. & ſeqq. vbi etiam Andr. ab Exe.num. 94.& Ferret.num.10. cum ſeqq. de conſtit.Fel.cap.quoniam Abbas,nu. 5.de off. deleg.Abb.in c. ex litteris, de probat.Imol. &Gemin.in cap.ſtatutum, de reſcript. in 6. ex quibus multi cenſent,Canonicum ſucceſſorem habere:certè in hoc caſu Pœnitentiarius nullum damnum affert aut præbendæ ſuę,aut ſucceſſori,ſed aliam optando ſiue maiorem, ſiue minorem, ille,cui confertur ea præbenda, quam ipſe obtinebat, habebit

Digitized by Google

bit onus,& officium Pœnitentiarij. Non obſtat tertia; diſpar enim eſt ratio,cum in eo, qui præbendam, quam Pœnitentialē vocant, vel etiam Theologalem,aut Legalem, obtinere vult, certæ qualitates requirantur,quæ diligenter examinandæ ſunt,iuxta ea,quæ ſupra cap.3.q.6. dicebamus.Neq; obſtat etiam illa regula, quòd operatur idem oppoſitum &c.nam accipienda eſt in eum ſenſū,vt, ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione, ita deſtructio cauſæ ad deſtructionem effectus. ſic Euer.loc.a contrar.nu.8. & ita procedunt iura cit.deinde locus a contrarijs non procedit vbi diſpar inter ea eſt ratio. vt Euer. probat vbi ſup.at ratio præcipua, cur hæ præbendæ qualificatæ optari nequeant, eſt ob onus annexum, quod non quilibet ſubire aptus eſt;quæ ratio non habet locum in Pœnitentiarij, & ſimilium optione; optant.n. præbendā ſine onere; de quo vide etiā quæ dictæ ſunt cap.3.quæſt.6.& cum ſint perſonæ qualificatæ non debent eſſe deterioris conditionis, quàm aliæ forſan imperitæ, arg. cap. de multa,de præb.& cap.eum,qui,eod. tit. in 6.& quod in alicuius gratiam inductum eſt, in eius, odium retorqueri non debet, cap. quod ob gratiam,de reg.iur.in 6. cum ſuis concord.

Non vrget demum quarta, & vltima ratio Nauar. nam officium potiùs ipſum,& onus Pœnitentiariæ habet ſe ſicut acceſſorium quoddam mortuum,& extinctum reſpectu prębēdę,cui illud annectitur,quàm contra.Neque huic rei obſtat,quod præcipit Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.8.de re

15 form.vt † Pœnitentiarius inſtituatur ab Epiſcopo in Cathedralibus Eccleſijs cum vnione præbendę proxime vacaturæ; ſicut antea ſeſſ.5.c.1.de refor. decreuerat in munere Theologali,ſeu lectionis ſacræ Scripturę, quòd in Cathedralibus inſignibus,vbi nulla præbenda, vel ſtipendium deputatū reperiretur pro ea lectione,præbenda primò vacatura quomodocunque,præterquam ex cauſa reſignationis,ad eum vſum ipſo facto conſtituta,& deputata intelligeretur:quibus verbis videtur priùs pręſupponi officium illud, & munus Pœnitentiarij,vel Theologi, cui deinde vniatur,& applicetur prębenda quaſi acceſſoria.Non obſtant inquam ea verba; nam illud ſolùm intendit Concilium,prębendam aliquam cum tali munere connectere; ita,vt,ſi non vacaret vlla prębenda ſtatim inſtitueretur officium:quòd ſi iam vacaret prębenda,proculdubio potuiſſet Epiſcopus iuxta mentem etiam Cōcilij prębendę vacanti officium ipſum vnire,& annectere;ne-
14 que ſemper vnio † ita fit,vt quod vnitur,alteri accedat, vt patet ex d. c.ſicut vnire,de exceſſ.prçlat.& cap. quod tranſlationem,off. leg.& not. Petrus de Peruſ.tract.de vnion.cap. 1.& Cucch.in Inſtit.canon.lib.2.tit. 9. verſ. diuerſis autem modis vnio fieri ſolet.Ad illā deniq; declarationē,vbi adſit;reſpōdetur,eā ſignāter loqui,vbi officio ſit vnitus Canonicatus, & prębenda: ſed a Concilio vnita cenſetur ſola præbenda, vt ex verbis citatis patet. Quare,cum titulus Canonicatus remaneat Pœnitentiario,ac ſimilibus optātibus,nil (neq; enim in optione mutatur titu-

lus

Digitized by Google

ius beneficij ſeu Canonicatus, ſed ſola præbēda, vt inf. ſuo loco dicemus) nil impedit, quin poſſit dimiſſa præbēda eo munere, & officio affecta alteri cōferri ſimul cum Canonicatu vacante, & ab ipſis optari præbenda vacans, aut ſequens. Sed de his ſatis.

Quarta Cōcluſio. Certū eſt, ius op-
15 tādi † priùs ſpectare ad antiquiores Canonicos, tū ad iuniores. tex. eſt d. c. fi. in verbo, antiquiores, vbi Gl. & cęteri, de cōſuet. in 6. & alij DD. omnes, quotquot aliquid de optionibus ſcripſerunt. Atq; hæc quidem concluſio ita procedit, vt huiuſmodi antiquiores vigore ſtatuti, aut conſuetudinis de optando, non ſemel dumtaxat, ſeu pro prima vice, ſed quoties caſus euenerit, modò aliud non obſtet, optare poſſint, cum hic actus ſua natura repetibilis, ſeu iterabilis ſit, vt in ſpecie decidit Rot. Rom. teſte Bellamer. deciſ. 229. per totam, cui non obſtabit regula ſumpta ex l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. vt diſpoſitio intelligatur de primo actu: illa enim regula, pręter alias reſtrictiones, de quibus ibi per Rebuf. & Tiraq. illam quoque patitur, vt non procedat in ordinationibus, & ſtatuis, neq; in conſuetudine, vt ſatis probat ibi Rebuf. verſ. idem in ordinationibus, & ſeq. Intelligitur
16 autem † de antiquioribus non ętate, ſed receptione: ita Gloſ. d. verbo, antiquiores, & ibi omnes, idemque colligitur ex Rot. deciſ. 2. & 3. ibiq; Add. de conſuet. in no. ſed clariùs id vult Rot. deciſ. 6. num. 2. de conſuet. in antiquior. & deciſ. 411. num. 2. 1. par. in nouiſſ. diuerſ. Falcon. in tract. de reſeruat. benef. effect. 49. Thom. Zerol. in Prax. Epiſc. verbo, canonia verſ. ad Septimū, cōcl. vlt. Mil. in Reper. verbo, cōſuetudo, per quā diſponitur, il. 1. poſt Rom. conſ. 227. & Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 26. quæſt. 13. quæ pars poſt ſecundam huius operis impreſſionem dumtaxat viſa a nobis fuit, ſicut & Gonzal. qui d. Reg. 8. §. 3. proœm. ſæpe, & præſertim num. 22. & multis ſeqq. plura pro hoc adducit, aliqua verò in Gloſ. 5. §. 9. num. 110. & Gloſ. 34. maximè num. 49. ex alijs verò mox citat. Doctor. Gemin. ad id allegat, tex. in c. quæris, de ætat. & qual. ſed nihil ad rem: allegat quoque ipſe, & alij cap. ſtatuimus, de maior. & obed. ſed potiùs facere videtur in contrarium, dum di-
17 ſponit, quòd † qui maior eſt ordine, licèt ſit poſtea receptus, in portione percipienda potior ſit, & alijs antecedat: cui tamen reſpondetur, prò cedere illum tex. in diſtributione facienda de fructibus, non autem in conceſſione ipſius prębendæ, vt ibi inter ceteros not. Gloſ. in verbo, potiorem, vbi etiam ſoluit alia iura, quę huic ipſi interpretationi de antiquioribus receptione, immo & toti concluſioni obſtare videbantur: deinde reſpondetur, non obſtare illum textum, cum non loquatur de antiquioribus, ſed de maioribus. demum, cum loquatur de maioribus ordine, & diſponat, vt pręferantur in portionibus, forſan locum habere poterit in ijs diſtributionibus, quæ inter omnes ordines Canonicorum diſtribuuntur: optatio autem regulariter fit inter eos, qui eiuſdem ordinis ſunt, vt dicam inf. cap. ſeq. q. 2. Meliùs ergo, & magis ad rem allegari

Digitized by Google

gari poſſunt ea iura, quibus Gloſ. d. cap.fin.verbo, antiquiores. & ibi ceteri, noſque ſup.cap.2.quæſt.1.oſtendimus, hanc conſuetudinem optandi eſſe rationabilem, & æquitati inniti; loquuntur enim ea iura de ijs, qui maiora ſeruitia in Eccleſia exhibuerunt. Ex quo infertur, quòd, vbi ſpeciali aliquo iure poſteriùs receptus ſedere debet in Choro, & Capitulo ante eum, qui priùs receptus eſt, ex eo, quòd poſteriùs receptus obtinuerit aliquam præbendam qualificatam prout in Eccleſia Metropolitana Mediolani ex erectione, & fundatione æt. mem. S. Caroli Cardinalis Borromæi Archiepiſcopi obtinens pro tempore præbendam Theologalem prope vltimam Dignitatem ſedere debet, eumq; ſtatim ſequitur Pœnitentiarius; hunc vero is, qui præbendam Legalem, quam Doctoralem vocãt, obtinet; eo inquam caſu huiuſmodi præbendam qualificatam poſſidẽs, qui quidem optare poteſt, vt præcedenti concluſ. latiùs docuimus, cum poſteriùs receptus fuerit, antiquiores autem receptione in optando præferantur, vt mox oſtendimus, licèt ſedeat ante eum, qui priùs receptus fuit, tamen in optione ei poſtponendus erit. Hanc porrò antiquitatem ratione temporis non perdit qui optat, ſed potiùs illam conſeruat, & auget, vt poſt Rot. deciſ. 411. in princ. & num.2.p.1.diuerſ. adnotauit Gonz.d.Gloſ.34. num.50. qui etiam num.100. illud tradit, quod ex concluſ. propoſita ſequitur, nimirũ, quòd in optione regulariter conſideranda eſt ſola antiquitas temporis, non autem prærogatiua perſonæ, quàmuis ſit Cardinalis; dicens, ita deciſum fuiſſe in vna Meſſanen. Prioratus ſub die 1.Iulij 1596.9. Iunij 1597.& 27.Octobris eiuſdem anni, & 15.Aprilis 1598. coram Litta, per tex.d.cap.fin.de conſuet.in 6. & Rot. deciſ. 6. de conſuetud. in nou. Non negauerim tamen, conſuetudi-

18 ne induci poſſe, vt in optione† præferantur antiquiores ætate, vel maiores ordine, vt tradit Glo.d.verbo, antiquiores, & ſequuntur ibi ceteri; & tunc pro maioribus ætate erit bonus tex.in cap. quanto, de translat. Epiſc.& l.ſemper, ff.de iur.immunit. & d.cap. quæris, de ætat.& qualit. cum alijs, quæ aſſert Iaſ. conſ. 192. colum.1.& 2.volum.2.Rol.conſ.93. nu.13.volum.4.& Prob.in addit. ad Io.Monach.d.c.fin.n.35.& ſeqq. Pro maioribus aũt ordine erit optimus tex.d.cap.ſtatuimus: idemq; de conſuetudine, quæ haberet aliam æquitatem, tradit Gl. & Doct.verbo, antiquiores, exemplificatq; ibi Io.Gemin. & Franc. ſi detur optio docto-

19 ribus, quorum† ordo eſt præcipuus, c.cum ex iniuncto, de hæret. cap.ſuper, de magiſt. c.de multa, de præb. vel filijs Principum, alijſq; inſignibus perſonis, d.c.de multa, c.ne aliqui, de priuil.in 6.Clem. præſenti, de baptiſ. Extrau. execrabilis, de præben & quoad prouiſionem a Papa, vel Legato obtentam, eſt optimus tex.in cap.ſi a Sede, de præben.in 6. Porrò iſtæ qualitates ordinis, dignitatis, ætatis, & ſimiles, etiam ſecluſa quauis ſpeciali conſuetudine omnino erunt attendendæ, vbi contingat duos ſimul, eodemq; actu in Canonicos, vel beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ cooptari.

Digitized by Google

ri,ad eiuſq; beneficij poſſeſſionem admitti,cum tunc conſiderari non poſſit in optando antiquitas, ſeu prioritas temporis in receptione. ſicut videmus hoc in caſu eaſdem qualitates attendi quoad tribuendũ priorem,ac digniorem locum, cum aliàs,qui vltimò eſt receptus,vltimum locum in Choro habere debeat, vt notatur per Doct. in c. ſtatuimus,de maior.& obed. necnon in cap.quoniam, & cap. ex inſinuatione,de ſimon. Præterea reſtringi poteſt principalis hæc concluſio per ea,quę dicemus infr.quæſt.3.concl. 2.illatione,3. necnon quęſt.8.huius cap.& quæſt.1.cap.ſeq. concl.1.

QVAERO SECVNDO, An Excommunicatus poſſit optare.

20 Reſpondeo † quòd ſic: ita voluerunt Dom.de Rot.deciſ.5.num.1.de conceſſ.præben. in nou. Caſſad. deciſ.17.num.5.de præben.Fran.Mar. deciſ. Delphin.1239. num.4.1.par. idem voluit Pariſ.cap.dilecti, col.1. de except.Gemin.d.c.fin.§.fin. num. 4.& ibi Franc.in princip. num.6.& Rebuf.in c.poſtulaſtis, num.132. de cler.excom.miniſtr.Aen. Falcon.in tract.de reſer.ben.q.1.in 5.effect. & Gig.de penſ.q.63.vbi hanc communem opinionem eſſe dicit, & ſequitur etiam Didac.Couar.qui nullum horum,pręter Rot.refert, in relect. cap.alma mater,1.p.§.7.num.4.de ſent. excom. in 6.modò optio nullã requirat nouam beneficij, & tituli collationem.Eandem quoq;opinionem tenet poſt alios Ant.Gab.com. concl.lib.1. tit. de probat. concl. 8. num. 4.Sayr.tract. de Cenſur.Eccl. lib.2.cap.6.num.13.licèt malè alleget Vgol.eod.tract.tab.2.cap.13.§. 2.num.15. nam contrarium ille ſenſit in terminis d.cap.fin.vbi de vera optione,de qua nos agimus; priori verò ſententiæ adhæret in caſu cap. referente,de præben.vbi de alterius generis optione, ſeu electione præbendæ,ac beneficij habetur, de quo nos aliquid in fi. huius quæſt. dicemus.Cũ Vgol.verò tenet Nic.Garz. tract.de benef. par.7. cap.13. num. 40.& aliquot ſequen.ac ſentit Suar. de cenſur.diſp.13.ſect.2.n.19.ſubdentes tamẽ,quod poſſet tũc antiquior Canonicus excõicatus optionẽ acceptare,differendo executionem, ſeu permutationem vſq; ad tempus obtentæ abſolutionis,quæ obtinenda eſt intra terminũ ſibi conceſſum ad optionem faciendam. Contrariũ

21 † aũt abſolutè tenere videntur Add. Rot.d.deciſ.5.poſt Petr. de Peruſ.in c. referente, de præben.quæ repet. eſt in eius tract.de permut.benef. & ipſamet Rot.deciſ.8. nu.10. de ſenten.excomm. in antiq. & Falcon. in d.tract.de reſer.benef.q.4. effect. 5. num.3.Pro qua opinione facit pri-

22 mò,quòd excommunicatus † non facit ſuos fructus præbendæ,iiſque priuatur,vt habetur in cap.paſtoralis, §.verùm,de appell.multò verò minùs poterit optare præbendam, cũ ſit res ſpiritualis,vel ſaltem ſpirituali annexa, vt not. Archid. in c. gratia,in princ.de reſcript.in 6. Secun-

23 dò,quia † collatio beneficij excommunicato facta nulla eſt, c.poſtulaſtis, cũ ibi not.per Doct. de cler.excomm.miniſtr.& not. Rot. deciſ. 5. de ſent.excom.in antiq.Caſſad.d.deciſ.17.nu.6.de pręben. latè Staphil. de lit.grat.& iuſtit.tit.de vi & effect. clauſ.in princip.num.9.Tertiò,facit

Digitized by Google

tex. d.c.referente, vbi in ſpecie diſponitur, excommunicatum optare non poſſe. Quibus tamen nõ obſtantibus, prima opinio, cui etiam potiùs adhęret Rot.d.deciſ.8. vt communior eſt, ita veriſſima. mouentur
24 autem omnes illi, quia † optio non eſt collatio, vt not. Archid.d. c.fi. de conſuet.in 6.& nos latiùs inf.cap.7. quęſt. 1. excommunicatus verò ſolùm prohibetur, ne ei conferri poſſit beneficium, quare illud ſatis pro-
25 babile eſt, † excommunicatum poſſe beneficium ſibi abſenti collatum acceptare, quod & voluit Rot.d.deciſ.5.de conceſſ. præben. & deciſ. 8. de ſent.excomm.& tenet etiam Staphil.d.tit.de vi.& effect.clauſul.verſ. Sextò quęritur, nu.22. lateq; tradit Couar.in rel.c.alma mater, 1.p.§.7. n.4.& lib.3.var.reſ.c.16.nu.4.vbi ẽt ad id refert Card.cõſ.103.col.4. Rebuf.in concord.Gall.tit. de exc. non vitan. & Lud.Gom. in tract.de expectat num.60.& hanc opinionem magis communem eſſe teſtatur poſt Nauar.in c.ſi quando, col.31. de reſcript. quod etiam fatetur Suar. d. ſect.1.num.15. Et quãmuis ipſemet nu.16.cum ſeq.& Couar.d.cap. 16. num. 4. de hac opinione dubitans, diſtinguensq; velit, acceptationem beneficij factam ab excommunicato validam eſſe, & efficacem quoad voluntatis, & conſenſus declarationem, non autem quoad iuris acquiſitionem, ita quidem, vt beneficium ipſum minimè acquiratur ratione huius acceptationis, donec abſolutus is fuerit, tunc verò abſq; noua acceptatione prorſus acquiri. tamẽ optio vel eſt declaratio ſola voluntatis, vel certè non eſt collatio iuris, aut collationem requirit, vt infra dicemus, & ipſe Couar.d.§.7.nu. 4. profitetur, ſe ab ea communiori opinione non diſcedere. immo aliqui non improbabiliter tenuerunt,
26 mero iure valere † collationem beneficij excommunicato factam, vt Card.conſ. 40. incip. in facto neque refragatur tex. d. cap. poſtulaſtis, cum non declaret, collationem excommunicato factam ipſo iure non tenere, ſed ſolùm, non poſſe illi conferri beneficium, illudque ab eo non poſſe ſine diſpenſatione retineri. Sed confirmari etiam poteſt iſta communior opinio, quoniam excommu-
27 nicatus † æquiparatur deportato, vt tradunt Doctor. in l.eius, qui, ff.de teſtam.& §.minor, Inſtit.de c.dimin. & not.Innoc.in c.qualiter, & quando, il 2.de accuſat. Rot. deciſ. prox. alleg.& deciſ.4.de ſent. excomm. in antiquior.num.1.poſt Gloſ. Io. An. c.decernimus, de ſent. excom. in 6.
28 ſed deportatus poteſt † eligere, & optare, l.ex teſtamẽto, §.ſi quis rogatus, ff.ad Trebell. ergo poterit & excõmunicatus. Accedat etiam, quòd
29 excommunicatus † poteſt ea, quæ ſunt facti, & per quæ ſolùm voluntas declaratur, c.pro illorum, de prę ben.c.ſi verò, de ſent.excom. iuncto d.cap.decernimus, ſent.excom.in 6. & cap.ſignificaſti, de eo, qui dux. in matr. ſed per optionem ſolùm declaratur voluntas, & ſine collatione noua ad ſummum acquiritur ius ad præbendam, non autem ad beneficium, vt colligitur ex Rot. in deciſ. proximè alleg.& Gemin.d.§.fi.& de ſe patet.ergo.&c. Quibus ſic ſtantibus, non obſtant, quę in contrarium allegantur. Non primum: nam in d. cap.

30 cap. paſtoralis † non auferuntur ipſo iure fructus ſaltē oēs excōicato, ſed per ſententiam: & quidem id expreſsè continere debet ſententia, vt ibi optimè notat Glo. in verbo, ſubtrahuntur. Non ſecundum: optio enim fit ſine collatione, vnde non rectè arguitur, cum diuerſa ſint, vulg. l. Papinianus, ff. de minor. maximè cum ſimus in pœnalibus, & odioſis, quæ potius reſtringenda ſunt, cap. odia, de regul. iur. in 6. cum ſimilib. Non tertium: nam ille textus non loquitur de optione noſtra, ſed de optione inter duo beneficia, quæ requirit collationem; vel potiùs de electione alterius beneficij retinendi ex duobus incompatibilibus, quæ ante excommunicationem quis obtinebat, altero dimiſſo: licèt autem accipere beneficium a iure ſit prohibitum excommunicato; non tamen illud retinere, vt latè probat Vgol. d. tract. tab. 1. cap. 13. §. 15. nu. 4. & Suar. d. diſput. 13. ſect. 1. num. 1. qui etiam diſp. 14. ſect. 2. n. 35. oſtencit, excommunicatum poſſe reſignare purè, ac ſimpliciter beneficium. Verùm neq; in eo cap. referente, habetur, excommunicatum modò dictam optionem, ſeu electionem beneficij facere non poſſe; ſed ſolùm narrans Papa, quòd excommunicatum illum faciebat abſolui, mandat Ordinario, vt ei relinquat alteram ex duabus Eccleſijs, quas obtinebat ab ipſo obtinente eligendam.

Limitanda verò eſt principalis, & communior noſtra concluſio, vt nō procedat vbi ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus ſit Canonicatus, vel alius titulus, aut etiā portio, vel præbenda, quæ annexum habeat ordinem ſacrum; aut vbi requiratur in optione noua collatio, per ea, quæ tradit Hier. Gonzal. in Comment. d. Reg. 8. Cancell. Apoſt. Gloſ. 34. num. 72. cum duob. ſeqq.

QVAERO TERTIO, An abſentes ab Eccleſia, ſaltem ex iuſta cauſa, poſſint optare.

Prima Concluſio. Probabile eſt, 31 quoſuis † abſentes optare poſſe: ita colligitur ex Doctoribus infra allegandis, in ſequenti cōcluſione, dum enim quærunt, an poſito ſtatuto, vel conſuetudine, quæ dat optionem præſentibus tantùm, abſentes in ſeruitio Eccleſiæ, vel Papę, vel alia iuſta de cauſa, ob quam præſentes habeantur, optare poſſint, apertè ſupponunt, quòd vbi non adſit talis ſpecialis cōſuetudo, vel ſtatutum, quòd ſoli præſentes optent, etiā nō præſentes optare poterunt: ideq; ſatis videtur eſſe de mente tex. & Doct. d. c. ſi. de cōſuet. in 6. dū permittunt, ac volunt, optionem etiam per alios fieri poſſe; tempuſque ad optandum datum non currere, niſi a die ſcientiæ; vix enim neceſſitas adeſſe videtur per alium optandi, vixque ignorantia præſumi poſſe, prꝑterquam in abſente. Demum id ipſum probari poteſt ex ijs, quibus paulò poſt oſtendemus, conſuetudinem extendi poſſe ad caſum ſimilem, & rationabilem.

Secunda Concluſio. Vbi ſtatutum Eccleſiæ diſponat, vel etiam conſuetudo id ſolùm obtinuerit, quòd præſentes optent, fortè quia numquam caſus abſentiæ euenit, vel etiā quòd ſolùm præſentes optent, ſi caſus eueniat; 32 certiſſimum eſt, † abſentes in ſeruitio Eccleſiæ, vel Papæ optare poſ-

poſſe intra viginti dies a tpe ſcietię: ita Io. An. d. c. fi. ſup. Gl. verbo, innitens, verſ. item ſcias, & ibi Gemin. in princ. nu. 6. Franc. num. 7. idem tenere videtur Zenzel. ibi, vt eum refert, Gemin. ſed clariùs huic opinioni adhæret Gig. tract. de penſio. quæſt. 63. num. 16. Rot. deciſ. 6. nu. 2. de conſuet. in antiquior. quicqu d in contrarium voluerit Archidiac. Butr. & Ioa. de Lig. d. cap. fin. ex eo, quia conſuetudo ſit ſtricti iuris, atque adeo non extendenda, l. 1. C. de emancip. lib. cap. fin. de offic. Archidiac. cum ſimilib. maximè, quando contra ius eſt, cap. cum in tua, cum ibi not. de decim. quorum etiam ſententiæ fauere videtur Sacra Congregatio, quæ præeſt interpretationi Trident. Concil. dum ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. in vna Caſalen. dicitur declaraſſe, clericos, qui habent facultatem percipiendi quotidianas diſtributiones in Eccleſia Collegiata, in qua beneficium obtinent, quando reſident in Parochiali, non poſſe eo tpe optare, ꝙ ſi optent, optiones nullas eſſe; loquitur aũt Congregatio, vt quidam referunt, de abſentibus non modò ab Eccleſia Collegiata, ſed etiam à ciuitate, de ijs nimirùm, qui habent Parochialem extra ciuitatem, dum vult, quòd iſti Canonici, quando veniunt ad ciuitatem, vbi eſt Canonicatus, debent Choro intereſſe ad hoc, vt percipere poſſint diſtributiones. Illi autem qui priorem ſententiam nobiſcum tenentur, mouentur duplici ratio-
33 ne; Primò, quia † iſti habentur de ſtire pro præſentibus, vt de ſeruitio Papæ habetur in cap. cum dilectus; de ſeruitio Epiſcopi, in cap. de cætero, & cap. ad audientiam; de ſeruitijs demùm Eccleſiæ, in cap. ex parte, il 2. de cleric. non reſiden. & cap. vnico, eod. tit. in 6. & in cap. cum non deceat, de elect. eod. lib. ac de abſentibus cauſa ſtudij, cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non reſiden. cap. licèt, de præben. cap. fin. de magiſt c. 2. de priuil. in 6. Conc. Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de reform. quæ iura loquuntur etiam ad effectum percipiendi fructus in abſentia; optiones antem, ſicut & præeminentiæ, ſunt fructus, & emolumenta poſſeſſionis beneficij, ſeu officij, vt poſt Gloſ. in cap. cum olim, verbo, Capitulo, de maior. & obedien. Io. Selu. tract. de benefic. 3. par. 4. par. princ. quæſt. 40. num. 4. tenet Hier. Gonzal. d. Reg. 8. §. 3. proem. num. 26. Caſſad. deciſ. 3. de penſion. num. 6. Ex quo colligitur ampliatio huius cõcluſionis, vt procedat etiã in abſentibus cauſa ſtudij, & in ſeruitio Eccleſiæ; nam & hi optare poterunt, etiam ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, vt ſoli præſentes optare poſſint. Verùm de hoc latiùs paulò poſt. Secundò, quia, ſi dicatur, hos caſus fictos eſſe, conſuetudinem autem non extendi ad caſum fictum; adhuc id non habebit locum in hac conſuetudine, cum non ſit contra ius ſecundùm aliquos; ea verò procedunt in conſuetudine contra ius, per not. in cap. ſuſceptum, de reſcr. in 6. & d. cap. cum in tua, de decim. & in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. Sed admiſſa pro nunc ſola prima ratione, quæ ſolida eſt, & tangitur per Ioan. And. quoniam ſecunda, licèt valere poſſit in ſententia

Ge-

Digitized by Google

Gemin. Franc.& aliorum,qui, vt ſupra cap. 2. quæſt. 2. concl. 1. vidimus, tenuerunt,conſuetudinem optandi eſſe præter, non contra ius; atque etiam in ſententia Gonzal.d. Gloſ.34.nu.11.& 12. vbi diſtinguit de conſuetudine optandi contra, vel præter ius, vt ibid. retulimus; qui ideò d.Gloſ.34. num. 89. & 90. dicit, quòd dictante ſtatuto,aut conſuetudine,præſentes optare poſſe, abſentes in ſeruitio Papæ, vel Epiſcopi optare tunc poterunt, cùm huiuſmodi ſtatutum, vel conſuetudo optandi eſt præter, ſecùs ſi contra ius; quæ diſtinctio admittenda non eſt, tum ex ibid. & concluſ. 2.à nobis adductis, tum ex mox dicendis. Nobis tamen, qui contrarium poſt Rot. & alios ibid. oſtendimus, non modò non ſuffragari,ſed & valde aduerſari videtur; ideo tam pro eius ſolutione, quàm pro dilucidatione multarum rerum, quas ſupra hoc eod. tract. ſparſim attigimus, aliqua hic de conſuetudinis extenſione adnotanda ſunt. In qua materia,vt admittamus tamquam regu-
34 lare,†conſuetudinē illam,quæ contra ius eſt,non extendi neque de caſu vero ad fictum, neque de loco ad locum, neque de perſona ad perſonam,vt concludunt cōmuniter Doctor.in l. de quibus,ff. de leg.l. quod non ratione,ff.eod.& l.3.§.hæc autē verba,ff.de negot.geſt.Gemi. Fran. & Archid.loc.cit. & ſatis patet tum ex Doct.quos late refert Roch.Cur. c.fin.ext.de conſuet.ſect. 4. num. 1. vſque ad 10.tum ex tex.d.l. quod nō ratione,c.quod translationem, de off.Leg.c.fin.de off.Archid.& d.l. 1. C.de emancip.lib.cum ſimilib.quod
35 idem†in ſtatuto tradunt poſt Imo. & alios Gemin.d.c.fin.num.7.& ibi Add.communemq; ſententiam eſſe dicunt Alex.conſ.88.col.pen. lib. 7. Crauet.conſ.205.num.25.Soar. in Theſ.recep. ſent.lit.S. num.187. Id.
36 tamen † perpetuum non eſt, vt patet ex ijs,quæ fusè inter talios tradit idem Curt.d.ſect.4.num. 12. vſque ad 23.& Fel.in c.auditis, col.4. & ſeqq. de præſcrip. Quod verò ad rem noſtram facit, duas præcipuas reſtrictiones admittit ea concluſio. Quarum altera eſt,vt nō procedat,
37 †quando in caſu omiſſo a conſuetudine militat eadem omnino ratio; tunc enim iam non dicitur fieri extenſio, ſed ille caſus includitur in ratione conſuetudinis: ita voluit Gloſ.in c.1.in verbo,Italia, de tempor.ordin.quam ſequitur Abb. in c. at ſi clerici in princip.colum.antep. de iud. & alij,quos latè refert Curt. d.ſect.4. num.23. iunctis per eum priùs not.n.12.Altera eſt,vt nō pro
38 cedat,qñ duo † æquiparantur a lege; tunc enim conſuetudo ſuperueniens in vno extenditur ad aliud,ita Abb.communem dicens,in cap.de multa,ſuper Gloſ. in eadem,de preben.Butr.d.c.fin.col. 34.verſ. fallit. tertiò,ext.de cōſuet.ibiq;latè Curt. d. ſect.4. num.14. idem etiam tenet poſt Imol.Gemin.d.cap.fin.in prin. num.7. de conſuet. in 6. & ibi Add. poſt Rom.conſ. 105. necnon Franc. d.c.fi.num.2.Et ratio eſt, quia tunc extenſio non fit ab homine, ſed a lege ipſa,vt per Curt. loc. cit. & in ſpecie de abſentibus ab Eccleſia, quòd ſtatutum, vel conſuetudo lo-
39 quens de præſentibus †extendatur ad caſum fictum, tradunt Abb. & alij

Digitized by Google

alij in d.c.cum dilectus, & c. ad audientiam, de cleric. non reſid.

40 Ex his infertur primò,† conſuetudinem inductam in vna Eccleſia de optando non extendi ad aliam, quãuis ſit illi ſubiecta, vt patet ex ijs, quæ fusè tradit Curt.d. ſect.4. num. 7.& 17.vbi poſt Abb.in c.cum olim, de conſuet. & alios oſtendit, id verum eſſe in quauis conſuetudine, vt non extendatur de Eccleſia ad Eccleſiã. qđ tñ fallit, ſi ea ſit præter ius. Secũdo infertur, quòd ſtante cõ-

41 ſuetudine,† quòd Canonicus non poſſit optare, niſi ſemel; tunc, ſi is ſemel optauit, licèt moueatur ſibi lis ſuper præbenda optata, tamen non poterit aliam optionem facere; vt in ſpecie voluit Calder. conſ. 6. tit. de conſuet. per totum; quem ſequitur etiam Curt.d.nu.7.Philip.Prob. ad Io.Monach.d.c.fin.nu.32.&Hier. Gonzal.ad Reg.8.Gloſ.34.num.87. qui num.88.poſt Bellam. deciſ.220. & Prob.ſup.num.29. benè docet, ſecus eſſe, vbi ſtatutum, vel conſuetudo ſimpliciter permittat optionem.

42 quàmuis poſſit redire † ad ſuam, ſi pendente lite inter eum, & alium, qui optauit eandem præbendam, ſuccumbat, quando reſeruauit ſibi iura priſtina, ita optando, quatenus præbenda optabilis ſit, nec aliter, nec alio modo,&c.vt latè & optimè tradit Alb. conſil.347.nu.4.& ſeqq. volum. 4. interim verò debet permanere in poſſeſſione ſua, vt idem oſtendit num.1. & 2. de his tamen nos latiùs infr.cap.5.queſt.vlt. Tertiò infertur deciſio illius queſtionis, an ſtante conſuetudine in Eccleſia, quòd antiquior poſſit optare; ſi prior in data, ſit ſecundò receptus, is præferatur poſteriori in data, priùs tamen recepto, quando per illum non ſtetit, quin priùs reciperetur. quamuis enim videatur, quòd non, ex eo, quòd prior in data ſit fictè primò receptus. Ta-

43 men† contrarium pulchrè deciſum fuit per Rot.Rom.deciſ.6.num.2.de conſuet. in antiquior. tum ob alias rationes, tum maximè, quia illa ſecunda receptio retrotrahitur, ex quo primus impetrans erat primò recipiendus, nec per eum ſtetit, quin reciperetur:& ſubijcit, quòd ita per tres ſententias fuit pronunciatum. Rot. ſequitur Prob. ad Io. Monach. d.c.fin.nu.27.verſ.& pro intento, de cõſuet.in 6.& Curt.d.ſect. 4.n.11.vbi aſſignando rationẽ rationis ſubdit, non obſtare, quòd talis non ſi verè primò receptus; quia caſus fictus æquiparatur vero in terminis prædi-

44 ctis, cum conditio † habeatur pro impleta, quando non ſtat per implere debentem, l.iure ciuili, ff.de cond. & demonſtr.& c.cum non ſtat.de regul.iur. in 6. cum ſimilib. quod etiã adnotaſſe videtur ibid. Rot. dum adhoc allegat d.l.iure ciuili, & c. tibi, qui, de reſcr. in 6. facit & optimè ad hanc deciſionem tex.in c.cum, cui, de præben.in 6.vbi mandat Põtifex, anteferri in prouiſione eũ, qui prior eſt in data, licèt poſterior ſit in receptione illo, cui poſtea ſimilis gratia facta fuit,& priùs fuit receptus. Et hæc erit ſingularis limitatio, ſi eſt vera, ad 4.concluſionem ſupra poſitam, hoc eod.c.q.1.dum oſtendimus, regulariter antiquiores in receptione de iure præferri ceteris in optando. Pro qua limitatione,& opinione faciunt alia ad id adducta

a Io-

Digitized by Google

a Ioſeph Gonz.in ſuis q.legal.q.14. & Hier.Gonzal.d.Gloſ.34.num.49. & §.3.proœm.num.32.&ſeqq.qui tamen ibi num.36.& à num.23.ad 31. pro contraria ſententia multa adducit,quę ſatis vrgent,præſertim verò n.24.dec.Rot.Ro.in vna Vicen.præcedētiæ,27.April.1594.cor.Gipſio; quæ fuit confirmata in vna Burgen. de Velorado,30.Aprilis 1599. corā Litta,& aliàs ſæpe. Ipſe verò primā illā cū his deciſ.optimè conciliat d. n.49.& latiùs d.§.3.a nu.37.ad 43. hoc modo,vt ſemper, & regulariter ſit pręferēdus primo loco receptus, licèt vltimo loco fuerit prouiſus, & per priùs prouiſum nō ſteterit,quin priùs reciperetur, vt hæ modernæ deciſ.cantant: hęc verò regula moderanda ſit, & limitanda reſpectu eius,qui mouet litem ,& dedit cauſam impedimento, vt ante prouiſus poſſeſſionem capere non poſſet,arg. l.in fundo, ff. de rei vendic. cap. ſedes,&cap.ex tenore,de reſcrip.cum alijs traditis per Afflict. deciſ. 302. num.1.vbi dicitur,quòd poſſeſſio nō capta dolo aduerſarij in eius præiudicium capta cenſetur.plura ſimilia habet Odd.de reſtit. in integ. quæſt. 12.idem Gonzal.d. commen. Gloſ. 27.ex num.45.& Gloſ.55. ac d.§.3. num.40.41.& 42.vbi eandem diſtinctionem, & concordiam colligit ex tenore ipſarum deciſionum;cum antiqua loquatur in impedito a receptione priori facto aduerſarij; modernæ verò deciſiones in impedito aliunde, vt idem Auctor latè dedu-
45 cit. Infertur etiam quartò ratio † prioris rationis ex illis, quibus ſupra hac ipſa cōcluſione oſtendimus, abſentes in ſeruitijs Papæ,vel Eccleſiæ optare poſſe tamquam præſentes,ex eo nimirum, quia caſus ille fictus præſentiæ a iure æquiparatur vero in iuribus ibi alleg.Quintò col
46 ligitur † ob eandem rationem idem dicendum eſſe de abſentibus in ſeruitio Epiſcopi,propter tex.in d.cap. de cetero,maxime autem,d.c. ad audientiam,de cleric.non reſid.vbi expreſsè pro ratione, cur fructus præbendæ ij percipere debeant, ſubdit Pontifex, cum abſentes dici non debeant,ſed preſentes,qui tecum,(Epiſcopum alloquens)pro tuo,& ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorantur:ibique notant Abb. & alij ex eo tex. quòd ſtatutum diſponens in materia iuris, verificatur etiam in caſu ficto, quando caſus fictus, & verus æquiparantur a iure; & in terminis de optione ita voluit Io.An.d.c.fin.
47 Sextò infertur, † ſecus videri dicendum in ijs, qui abſunt cauſa ſtudij ex licentia Prælati, vel Papæ,iuxta tex.in c. relatum, & c. tuæ fraternitatis,de cler.nō reſi.c.licèt,de pręb. c.fi.de magiſt.& abſolutè c.2. de priuil.in 6.& Cōc.Tri.ſeſſ.5.c.1.de ref. vt ij optare nō poſſint,cū a iure expreſsè non æquiparētur pręsētibus. Contrariū tamen puto verius,cū nō requiratur,quòd expreſſe a iure dicatur, quòd pro præſentibus habeantur,ſed ſufficit, quòd in effectu idem illis a iure concedatur, quod præſentibus,vt patet ex ijs, quæ tradit latè Curt.d.ſect.4.num. 14. in d. autem iuribus apertè diſponitur,
48 † quod abſentes cauſa ſtudij percipiant fructus prębendarum ſuarum; & hoc eſt de mente Io. And. Gem.& Franc.poſt Anchar.d.c. fin. de conſuet.in 6.dum illud ſolùm volunt,

Digitized by Google

49 ſunt, †eos,qui non a iure,ſed ex priuilegio percipiunt fructus, ac ſi reſiderent,optare non poſſe,& gaudere alijs iuribus,& priuilegijs,quæ præſentibus competunt tam de iure communi,quàm ex conſuetudine, vel ſtatuto,vt ait Franc. d.c. fin.in princip.num.7.quod idem quoq;ſentire videtur Gig.d.q 63.nu.16.dum ad Franc.ſe remittit. Infertur denique ſolutio rationis Archid.& Io.de Lig.d.c.fin.dū probare contendunt, abſentes in ſeruitijs Papæ, vel Eccleſiæ optare non poſſe,quia conſuetudo non ſit extendenda;ac ſimul etiā patet explicatio ſecundæ rationis per Doct.allatę ad confirmationem noſtræ ſententiæ,eiuſq; ſolutio,quatenus nobis aduerſari videbatur tenentibus contra eos, conſuetudinē optandi non eſſe præter, ſed contra ius.Quamquam & aliter ad illam reſponderi poteſt, quòd nimirum

50 conſuetudo contra ius† tunc demū non extendatur ad caſum fictum, quando ea ita contra ius eſt, vt vel ea ipſa a iure improbetur, vel id ſaltem,quod per eam diſponitur,directè,& expreſsè reprobetur, non autem ſolùm indirectè;conſuetudo au-

51 tem optandi† non eſt expreſsè improbata a iure, immo permiſſa, ac quodammodo approbata, rationi, atque æquitati innititur, vt tradunt Gloſ.& Doct.d.cap.fin.& nos oſtendimus ſup.cap.2.quæſt.1. neque id, quod per hanc conſuetudinem,&ſtatutum inducitur,vt antiquiores eligant meliores præbendas, cùm vacauerint,improbatur directè, & expreſsè a iure,ſed ſolùm indirectè, dū prohibet,ne beneficia ſine canonica inſtitutione obtineantur, & ſimilia, quib.d.cap.2.quæſt.2.concl.1.oſtendimus, conſuetudinem optandi eſſe non præter, ſed contra ius, hoc eſt, contra communes, & generales iuris regulas,non autem ſpecialem, & expreſſam eadem in re deciſionē, ac diſpoſitionem. Declaratio verò illa Sacræ Congregationis, vbi tamen adſit,optimè procedit in caſu, de quo loquitur;tum quòd ille Canonicus,qui habet Parochialem extra ciuitatem, non habetur de iure cōmuni pro præſenti; ſed ille dumtaxat,cuius Canonicatui,vel Dignitati ipſa cura annexa eſt,vt conſtat ex Trid.Conc.ſeſſ.22.cap.3.de reform. atq; ita ad huius cap. interpretationem eandem Sacram Congregationem diſtinxiſſe,ac declaraſſe fertur, ac ſentit Garz. tract.de benef. 3. p. cap.2.nu.337.quare hic abſens poterit optare,non ille;& ſic nō obſtat huic poſteriori concluſioni:tum etiā in odiū eius, qui plura beneficia incompatibilia impetrauit; & ſic non obſtat etiam priori concluſ.quam probabilem diximus.

Quòd ſi tandem petas, quid dicendum ſit, vbi Clericus ab Eccleſia abſit cum fructuum perceptione, diſtributionibus quotidianis exceptis,nō ex priuilegio in iure ſcripto, ſed ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulgentia,iuxta cap.fin. de reſcr. in 6. cum ſimil.an is optare poſſit. Breuiter reſpondeo negatiuè, prout reſpondiſſe fertur Sacra Congregatio in d.declaratione ad cap. 3. ſeſſ.22. & ratio eſſe poteſt;quia,licèt optio ſit quidam fructus beneficij, vt ſup. diximus; & exceptio diſtributionum firmare videatur regulam in ceteris reditibus non exceptis, ad §. vt

au-

autem, Auth. de nõ alienan. Tamen cum priuilegiũ, ſeu diſpenſatio cõtra ius ſit res odioſa, & ſtrictè interpretanda, cap. 1. & 2. de fil. presb. in 6. non debet prædicta indulgentia extendi ad fructus beneficij non ita propriè dictos, cuiuſmodi eſt optio; niſi fortè Summus Pontifex in eadẽ indulgentia, & conceſſione fructuum in abſentia vteretur dictione, quoſcunq; aut alia vniuerſali, quę quidẽ apta eſt ea etiam comprehendere, quæ impropriè alicuius nominis, reiue appellatione veniunt, vt latè tradit Rebuf. in l. creditorum, circa medium, ff. de verb. ſignif. Gomeſ. ad reg. de exprim. val. benef. q. 1. & Tiraq. de retract. lign. §. 1. Glo. 7. num. 20. cum ſeqq. exceptio quoq; non firmat regulam in caſibus non exceptis, quando non conſtat de iure prę ſeruato ſub regula comprehenſo; vel quando induceretur iuris communis correctio quoad caſus nõ exceptos, vt poſt Fel. c. qm̃ frequẽter, n. 2. & 3. vt lit. nõ cõteſt. atq; alios docet Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 13. nu. 25. Id autem, præter caſum dictionis vniuerſalis, de quo mox diximus, temperandum quoq; eſt, vbi ęxpreſſim conſuetudo eſſet inducta, vel ſtatutũ dictaret, quoſuis licitè abſentes optare poſſe, prout etiam contineri dicitur in vltimò allegata Sacræ Congregationis declaratione.

QVAERO QVARTO, An optio poſſit fieri per alium, ſeu an alius nomine meo poſſit optare;

Prima Concluſio. Poteſt quis
52 † optare per procuratorem habentem ſpeciale mandatum. ita ex hoc tex. colligunt hic Doct. communiter: inquit enim textus, poſſint, cùm vacãt, per ſe, vel per alios optare p̃bẽdas: & probatur; tũ q̃a regula eſt,
53 ꝙ põt † quis per aliũ id, qꝰ põt facere per ſe ipsũ, c. põt quis de reg. iur. in 6. & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, cap. qui facit,
54 eod. tit. & lib. cum ſimil. tũ quia † poſſunt per procuratorem, ea fieri, quę ſpecialiter non prohibentur, §. 2. Inſtit. per quas perſonas, l. 1. §. caſus autem, ff. de procur. cum ibi not. per Doct. Et de hoc nulla eſt difficultas.

Secunda Concluſio. Poteſt fie-
55 ri optio † etiam a procuratore non habente ſpeciale mandatum, qui tamen conſtitutus ſit cum libera, iuxta formam tex. in cap. qui ad agendum, de procur. in 6. ita Io. An. Butr. Gem. & Franc. d. fin. de conſuet. in 6.
56 Ratio eſt, quia hic procurator † æquiparatur habẽti ſpeciale mãdatũ, vt habetur in d. c. qui ad agendũ; immo & põt ea quæ põt dominus, vt notant Gloſ. & Doct. in l. procurator, cui, ff. de procurat. Ad hoc idem allegant Doct. præcit. tex. in d. l. procurator, qui quidem optimus eſt: dicit enim ibi Paul. I.C. procurator, cui generalis, & libera adminiſtratio bo-
57 norum commiſſa eſt, poterit † exigere, nouare, aliud pro alio permutare.

Tertia Concluſio. Si procurator habeat generale mandatum, vel negotiorũ geſtor optet nomine meo,
58 & ego ratam habeã optionem, † valebit optio. ita Arch. Io. An. Gemi. & Franc. d. c. fin. opt. tex. in l. ſi ego, ff.
59 de neg. geſt. vbi dominium † pecunię ſolutæ negotiorum geſtori creditoris acquiritur creditori ratihabitione per eum ſecuta, & l. cõis ſeruus, §. fi. ff. de procor. vbi, ſi procurator

Digitized by Google

habens generale mandatum, vt vult Gloſ. vel, vt Bart, & alij, nullum habens mandatum rem emat, acquiritur domino poſſeſſio, ſi ratam habeat emptionem. Immo etiam forte idem erit, † ſi quiuis nomine alterius optet, & is ratum habeat, vt ſatis apertè tenet idem Archid. Ioan. And. Gem. & Franc. loc. cit. & facit tex. in c. accedens, de præben. & in c. ſi tibi abſenti, eod. tit. in 6. vbi po-
60
teſt quis † per alium, ſeu alius pro eo beneficio inueſtiri, eique illud cōferri, licet is ius in beneficio non habeat, niſi ſecuta acceptatione, vt dicitur in c. ſi tibi abſēti, fauet ēt tex. in d. l. communis ſeruus, §. fin. ff. de procur. ſecundùm intellectum Bart. & aliorū illū exponentiū de eo, qui nullum habet mandatum: facit & Gloſ. in c. nonnull. §. ſunt & alij, ibiq; Fel. num. 45. & alij, dum volunt, ad
61
62 impetrandum beneficium † non requiri mandatum ſaltem ſpeciale. Facit demum tex. d. c. ſi. dum abſolutè permittit, quòd per ſe, vel per alios poſſit fieri optio. Illud ſanè certum
63 † mihi eſt, coniunctam perſonam ſine mandato admitti debere ad optandum: admittitur enim in benefi-
64 cialibus, vt poſt Bart. & Imol. voluit Fel. d. §. ſunt & alij, num. 45. & 46. ſatiſque colligitur ex tex. d. §. ſunt & alij, in ſi. qui admittit coniunctam perſonam etiam in reſcriptis ad lites, in quorum tamen impetratione paulò ante requirit ſpeciale mandatum, quod in beneficialibus non requiri, mox ex Fel. & alijs diximus; & aliàs generaliter admitti debet
65 † coniuncta perſona, ſi caueat de rato, vt patet ex tex. d. §. ſunt & alij, & l. ſed & hæ, in princip. ff. de procur. vbi Doct. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 6. num. 5. Nicol. Moz. tract. de contract. tit. de mandat. num. 23. Sunt
66 autem † hæ perſonę coniunctæ, quæ ſine mandato admittuntur, parētes, liberi, fratres, affines, & liberti, vt habetur in d. l. ſed & hæ, in princip. ff. de procur. cum hoc diſcrimine,
67 † quòd aſcendentes & deſcendentes admittuntur vſque in infinitum, vt voluit ibi Gloſ. in verbo, liberi, ceteri coniuncti intelliguntur, & admittuntur vſque ad quartum gradum, vt probat Fel. d. §. ſunt & alij, nu. 60. Bald. & Doct. d. l. ſed & hæ, & Couar. d. num. 5. in princip. vltra quartum autem gradum arbitrarium eſt iudici, qui dicantur coniuncti, vt ibid. dicit Fel. & num. præcedenti, vbi etiā poſt Abb. num. 10. & alios tradit, vltra quartum gradum attendi debere conſuetudinem patriæ, vel etiam Curiæ, in qua facienda eſt impetratio, & præterea affectionem, quod & late oſtendit Menoch de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 146. num. 5. 6. & 8. Plura de coniuncta perſona, quando admittenda ſit in iudicio, vel extra, & quomodo, præter Doct. d. §. ſunt & alij, & l. ſed & hæ, cæteroſque Doct. allegatos, videndus eſt nouiſſimè Fernan. Vaſq. lib. 2. controu. vſu frequ. c. 23. nu. 6. 7. 8. 9. 12. & 13. vbi hanc rem examinat. quem Auctorē nunc dumtaxat prodeuntem poſt primam huius operis editionem vidimus; & cautè in aliquibus legendum admonemus. Secus autem di-
68 cendum erit † de canonico, aut aliàs coniuncto coniunctione ſpirituali; nā non poterit pro alio ſine mandato impetrare, aut acceptare beneficium, vt in ſpecie tradunt Specul.

cit.

tit.de reſcript.præſentatione,§. ratione autem impetrantis, verſ. ſed, numquid Canonicus,Io.An.d.§. sũt & alij,& ibi late Fel.num.55. quare idem dicendum erit in optione. In omnem verò caſum etiam in coniuncta perſona carnali coniunctio-
69 ne † requiritur ratihabitio, vt poſt Hoſt. Io.An.& Imo. in c.ex parte, de reſcript. tradit Fel. d. §. ſunt & alij,num.53.illudque ſolùm differt a ceteris, quòd ſine mandato cum cautione de rato omnino admitti debet, vt ex Doct. ſup. cit. liquet,& Iaſ. in l. exigendi, limit. 12. C. de procur. qua tamen in re illud probabile mihi eſt, quòd, vbi coniunctus, de cuius intereſſe agitur, ſciret, coniunctum pro ſe agere, vel negotium gerere,idq;pateretur, inde reſultaret tacitum mandatum, ita, vt neceſſaria non ſit ratihabitio,vt ex Alex.l.ſæpe,nu.88. ff. de re iud. de communi atteſtante,Butr.& Imol. in cap. ex parte Decani, eod. tit. & alijs tradit Vaſq. d. cap. 23. controuerſus.freq. nu.6. licèt ipſe diſſentiat,vbi in iudicio coniunctus agit; quod & ego facile admitto, propter maximum præiudicium, quod ex iudicijs paratur, non autem ſic in extraiudicialibus maximè leuoris momenti, qualis eſt mutatio præbendæ, quæ fit per optionem,& vt plurimũ melioris,ac pinguioris, vel certè rationabiliter gratioris. Quòd ſi quæratur, An interim,dum ſequatur ratificatio optionis per antiquiores, iuniores poſſint optare; Reſpondeo, probabile
70 mihi eſſe, † quòd abſolutè optare non poſſint, arg. tex. cum ibi not. in c. ſi tibi abſenti, de præb.in 6.vbi collator non poteſt reſilire a collatione per alium abſenti facta, nec poteſt fieri alia collatio pendente acceptatione, ſeu tempore ad acceptandum, quod idem ferè habetur in Clem. cum ei,quem,§. ſecus, cum ibi trad.per Card.& alios, de conceſſ. præbend. cõditionaliter verò poterunt, ſic, vbi per antiquiorem optio non ratificetur, vel non intra debitum tempus, opto vacantem,& ſi is optauerit legitimè, opto illius prębendam,per ea,quę dicam inf. cap. ſeq.q.1.concl.1.& cap.6.q. 3.ad finem.

QVAERO QVINTO, An Clericus Eccleſiæ Collegiatæ, qui non ſit in ſacris conſtitutus, optare poſſit.

71 Prẹmitto primò,regulariter † Clericum Eccleſiæ cuiuslibet Cathedralis, aut Collegiatæ ad effectum, vt habeat vocem in Capitulo,debere ſaltem eſſe conſtitutum in ordine Subdiaconatus; ita expreſsè diſponitur in Clem.vt ij,qui,quæ eſt 2.de æt.& qual.& ord.prẹficien.vbi Gloſ. & Doct. eam rem tum adnotarunt, tum latiùs quoq; pertractarunt.idẽ etiam cauentur in Trident. Concil. ſeſſ. 22.cap.4.de reformat. Subdia-
72 conatus autem † primus eſt ex ſacris ordinibus, vt Gloſ. & Doct.omnes d. Clem. 2. tradiderunt, conſtatq; ex c.1.& c. erubeſcant, totaque ferè diſt. 32. quidquid antiquioribus Canonibus ſancitum fuerit, de quibus diſt.31. ferè per totam.

Præmitto ſecundò ,quoſdã actus
73 Clericorũ Eccleſiæ Collegiatæ † dici Collegiales, qui ſine toto Collegio, eiuſue maiori parte expediri
74 non poſſunt,prout † eſt regulariter electio,

Digitized by Google

electio, vt patet ex toto ferè tit. de
75 elect.ext.& in 6.quidam ſunt † non Collegiales, qui expediuntur ab illis Clericis tamquam a ſingulis, ſeu
76 a priuatis, prout † eſt paſſiua delegatio cauſæ, eiuſq; cognitio, cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. agere pro præbenda, cap. ex litteris, de probat. Epiſcopum aſſociare, fructusq; percipere, cap. de cætero, & c. ad audientiam, de Cler. non reſid. cum ſim. Eccleſiam defendere, c. ex parte, de conceſſ. præben. cap. generali, de elect. & cap. 2. de reb. Eccleſ. nõ alien. in 6. habere ſtallum in Choro, cap. dilectus il 1. de præben. cum ſuis concord. ita ferè diſtinguit Gloſ. d. Clem. 2. in princip. verb. in Capitulo, quam ibi Paul. Zenzel. Card. & alij ſequũtur. His poſitis, ſit.

Prima Concluſio. Clericus Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Collegiatæ
77 † optare poteſt præbendam, & domum vacantem, quámuis non ſit conſtitutus in ſacris, ſeu in ordine Subdiaconatus. ita expreſsè tradit Gloſ. d. Clem. 2. in princip. verb. in Capitulo, quam Gloſ. ſatis ſequitur ibid. Card. quæſt. 9. & ceteri ferè omnes interpretes, & Hier. Gonzal. quem non niſi poſthæc ſcripta vidi, ad Reg. 8. Cancell. Gloſ. 34. nu. 128. & ſeq. Mouentur autem omnes
78 ob eam rationem, quòd† actus iſte, nimirum optionis, non ſit Collegialis; & competat ex canonia, & præbenda, non ex voce Capituli: verùm nullum horũ probant Gloſ. & Doct. loc. alleg. ego autem primum illud, quòd nimirum actus optandi non ſit actus Collegialis, ex eo probo, quòd, licèt ius ipſum optandi inductum ſeu ex ſtatuto, ſeu etiã ex conſuetudine dici poſſit competere ipſi Capitulo, vt admonuimus ſupr. hoc eod. tract. de Option. cap. 1. quæſt. 2. num. 15. cum ſeqq. & cap. 6. quæſt. 5. num. 52. tamen actus ipſe optandi, ſeu ipſa actualis optio competit Clericis, non vt Collegium conſtituunt, ſed vt ſingulis, vnde videmus, aliquos præferri alijs in optando, nimirum antiquiores iunioribus, vt ſupr. cap. 1. quæſt. 2. num. 15. cap. 4. quæſt. 1. concl. 4. & cap. 5. quæſt. 1. concl. 5. &, quod magis ad rem noſtram facit, d. cap. 5. quæſt. 3. concl. 1. demonſtramus, vel non eſſe neceſſarium conſenſum Capituli, ſed ſufficere, vt optantes notificent Capitulo optionem a ſe factam, & conſenſum requirant, licèt non obtineant, eò, quòd optent vigore conſuetudinis iam inductæ, vel certè conſenſus ille requiritur ad hoc ſolùm, vt admittantur ad prębendam, ſeu domum optatam, non autem ad hoc, vt optent. ex quo etiam
79 patet † tertium, quòd nimirum optare non competat, aut pendeat ex voce Capituli, nimirũ ex eo, quòd quis habeat vocem actiuam in Capitulo, ſed ad ſummum ex voce paſ-
79 ſiua, quæ quidẽ † nõ denegatur etiã non conſtituto in ſacris, vt inter cæteros adnotauit Card. d. Clem. 2. in princip. num. 13. ſeu quæſt. 10. & ibid. Laudun. Anch. & alij. Deniq; quòd optio regulariter cõpetat ex
80 canonia ſeu præbẽda † quod erat alterum aſſumptum, ſed nõ probatũ a Gloſ. ex eo probari poteſt, quod ſup. cap. 3. quæſt. 3. diximus, ſatiſq; comprobauimus, regulariter in Canonicatibus dumtaxat, & præbẽdis locum habere optionem, & cap.

1. quæſt.

1. quæſt. 2. & cap. 4. quæſt. 1. concl. 1. Canonicis ius optandi præcipuè competere vt conſtat ex d. cap. fin.

Secunda Concluſio. Poteſt con-
81 ſuetudine, & ſtatuto induci, † vt Clericus Eccleſiæ Collegiatæ non conſtitutus in ſacris præbendam, ſeu domum optare non poſſit. ita Gloſ. d. Clem. 2. in princip. verb. in Capitulo: cum enim dixiſſet, puto quòd talis Canonicus non in ſacris præbendam, & domum optare poſſit, ſicut conſtitutus ſacris, ſtatim ſubijcit; ſi Eccleſiæ ſtatutum, vel conſuetudo non obuiet; quam Gloſ. ibi Anch. & alij approbarunt; id tamen neq; Gloſ. neq; Doct. comprobarunt; nos verò illa generali ratione com
82 probare poſſumus, quòd † magna eſt vis conſuetudinis, cap. cum conſuetudinis, de conſuet. eaq; induci
83 poteſt † etiam contra ius, modò non inferat grauamen Eccleſijs, ſitque rationabilis, & legitimè præſcripta, cap. 1. & c. fin. cum vtrobiq; not.
84 eod. tit. ſtatutũ verò Eccleſiæ † præterquam quòd regulariter exęquatur conſuetudini, cap. 1. cum ibi traditis per Gloſ. & Doct. de conſtit. in
85 6. adhuc regulariter fieri † poteſt ab inferioribus, non ſolùm vbi non obuiet iuri communi; vt conſtat ex tex. vbi Gloſ. & Doct. in cap. quod
85 † ſuper his, de maior. & obed. & in Clem. ne Romani; cum ſimil. ſed & contra ius, vbi agitur ſolùm de præiudicando iuri quærendo non quæſito, vt oſtendimus in materia optionis hoc eod. tract. cap. 2. quęſt. 3. ante med. In caſu autem no-
86 ſtro adeſt rationabilitas, † nimirùm, vt ij. qui diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs ſunt mancipati officijs, ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſiùs inuitentur; quam rationabilitatem in ſimili caſu his planè verbis approbauit Concilium Viennenſe d. Clem. vt ij, qui, in primis verbis, de æt. & qual. & ord. præf. Præterea id contra ius non videtur; immo potiùs ipſa conſuetudo, ſeu ſtatutum optandi, ſaltem vbi præbendæ ſunt diſtinctę, contra ius eſt, vt fusè oſtendimus ſup. hoc eod. tract. de Option. c. 2. fere per tot. ſed vbi etiam contra ius eſſet, quòd Clericus Eccleſiæ Collegiatæ in ſacris non conſtitutus optare non poſſit, adhuc non agitur de præiudicando iuri Eccleſiæ quæſito, ſed quærendo, per ea, quæ nos in caſu conuerſo tradidimus d. cap. 2. quæſt. 3. circa medium, & in ſimil. Gloſ. d. Clem. vt ij; qui, verb. in poſterum; per illud enim ſtatutum, & conſuetudinem prouidebitur optionibus in poſterum faciendis; non autem iam factis. Deniq. hæc ipſa noſtra cõcluſio ex ijs optimè in fortioribus terminis cõfirmatur, quibus infr. hoc eod. tract. de option. c. 8. quæſt. 3. concl. 2. oſtendemus, poſſe per ſtatutum Eccleſia ſimul, & Epiſcopi tolli ab Eccleſiæ tam conſuetudinem, quàm ſtatutum optandi: ſi enim poteſt in totum tolli ſtatutum, & conſuetudo optandi, proculdubio poterit multò magis tolli ſolùm quoad hoc, vt ij, qui non ſunt in ſacris, optare non poſſint; nam cui licet, quod eſt plus, & maius, licet quod eſt minus, pluri, & maiori ineſt in eo iur. vulg. cum ibi not.

87 Tertia Concluſio. Clericus, † qui per Summum Pontificem fuerit diſpenſa-

Digitized by Google

ſpenſatus, vt non teneatur ad ordinem requiſitum intra annum promoueri, adhuc poſt annum poterit optare, vt poſt Io.An.d.Clem. vt ij, qui, ad Gloſ. in Verb. annexi, de æt. & qual. & ord. præfic. tradit Burgaſ. in tract. de irregularitat. & diſpenſat. part. 2. tit. de interpretat. diſpenſat. num. 25. quare ex mente eorundem ſecus dicendum erit
88 † in eo, qui non fuerit diſpenſatus; nam poſt annum infra, quem non eſt promotus ad ordinem requiſitum, non poterit amplius optare, donec promoueatur. Cui deciſioni tunc non obſtabit quod paulo ante diximus, actum optandi propriè non eſſe actum Collegialem, ſed ſingularem, & prouenire ex canonia, & præbenda: nam hoc admiſſo, dicitur, tunc propter culpam, ſicut in pœnam priuatur dimidia diſtributionum d.Clem. 2. §. illi vero, ita etiam priuari iure optandi.

QVAERO SEXTO, An cæcus, mutus, ſurdus, aut aliter corpore vitiatus optare poſſit.

89 Præmitto primo, † corpore vitiatos regulariter à ſacris ordinibus ſuſcipiendis, eorumq; miniſterio repelli, cap. hinc etenim, 49. diſt. cap. 2. & tot. tit. de corp. vitiat. cap. qui in aliquo, diſt. 51. c. 2. vbi Abb. & alij, de cler. egrot. vel debil. latè inter ceteros Albert. Trot. de verò & perfect. cleric. lib. 2. cap. 16. Hoſt. in ſum. tit. de corp. vitiat. Couar. in relect. Clem. ſi furioſus, 1. par. in initio, num. 5. Ignat. Lopez. in addit. ad Prax. crim. Diaz. cap. 17. nu per edito, Gonzal. a Villadieg. in tract. de irregular. tit. de corp. vitiat. fuſiſſimè Sim. Maiol. in ſimil. tract. lib. 1. cap. 13. vſque ad 22. & Paul. Burgaſ. eod. tract. par. 5. tit. de corp. vitiat. fol. mihi 108. quorum vterq; id latiùs proſequitur in ſingulis corporis vitijs, & defectibus. Qua tamen in re nonnulla hic breuiter adnotanda ſunt. Primum, quòd hodie non tam exacta deformitatis ratio habetur, vt antiquitus Leuit.
90 21. ſed ſola deformitas † repellit hominem a ſacris ordinibus, quæ ſacra miniſteria tractare impedit, vt omnes citati Doct. adnotarunt, præcipuè verò Lopez d.c.17.num.6. vel ſi magnum ſcandalum generet, vt indicat idem Lopez. d.cap. 17. num. 8. apertè verò, & latè tradunt cæteri præcit. Doct. Secũdò, quod ad hoc
91 ſtatim ſequitur, notandum eſt, † deformitatis vitium impedimentum præſtare quoad ordines ſuſcipiendos; quia quoad ſuſceptos tantũ inducitur irregularitas in illo actu ordinis, qui ob inſignem deformitatẽ, vel defectum impeditur corporis vitio, vt pluribus inter cæteros comprobat Lopez d. cap. 17. nu. 7. Ter-
92 tiò, quòd, ſi † quis membrũ ſibi propria culpa abſciderit, irregularis efficitur, ne promoueri poſſit, etiamſi ea abſciſſio nullum ordini impedimentum præſtet, ſeu inſignem deformitatem inducat, vt probant fusè Couar. d. 1. par. in initio, nu. 6. & Lopez d.cap. 17. num. 8. Quartò, quòd exceptis caſibus iure expreſſis, quibus inducitur deformitas impediẽs, aut non impediens, quos retulit inter alios Burgaſ. d. tit. de corp. vitiat. num. 4. in cæteris, quęnam deformitas inducat irregularitatem, impedimentumq; ordinis ſuſcipiẽdi, relinquitur Epiſcopi iudicio, prout tra-

tradunt, de communiq; teſtantur Couar. d. num. 5. Lopez d.c.17. nu. 16. & Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 226. num. 8. Quintò & poſtre-
93 mò notandum † in hac irregularitate, quæ ex corporis vitio inducitur, regulariter per ſolum Papam diſpenſari poſſe, vt ex communi re ſoluunt Couar. loc. cit. num. 7. Lopez d.c.17.num.15. & Villadieg. d. tract. de irregularit. c. vlt. Cũ autem
94 diſpenſatio † ſit ſtricti iuris, c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. cap. cũ illis, de præben. eod. lib. cum ibi not. & ſuis
94 ſimil. fit, † vt diſpenſatus ad ordines minores non cenſeatnr ad maiores, & diſpenſatus ſimpliciter ad ordines non cenſeatur diſpenſatus ad beneficium, niſi fortè ad vnum ſimplex; diſpenſatuſq; ad beneficiũ ſimplex non cenſeatur diſpenſatus ad beneficium curatum, aut requirens perſonalem reſidẽtiam, vt conſtat ex Doct. in cit. iur. Maiol. d. trac. de irregular. lib. 1. cap. 8. num. 7. iuncto lib. 5. c. 51. num. 10. & Burgaſ. eod. tract. de irregular. par. 2. tit. de interpret. extenſ. & reſtrict. diſpenſat. ferè per totum fol. mihi 32. & tit. de differ. & commun. diuerſ. termin. fol. mihi 39. num. 7. 11. 26.
97 29. & ſeq. vbi etiam docent, † diſpenſpenſatum in maiori cenſeri diſpenſatum in minori, quod in illo maiori ineſt, per tex. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. ex quo Doct. omnes colligunt, in materia diſpenſationis admitti argumentum à maiori ad minus in eum ſenſum, quem mox diximus, nimirum, quòd conceſſa diſpenſatione quo ad maius, cenſetur etiam conceſſa quoad minus, quod in illo maiori ineſt; non autem in eum ſenſum, in quo accepit. Couar. epit. de ſponſ. & matr. 2. par. c. 7. §. 8. num. 6. vt nimirum poteſtas diſpenſandi contra ius, vt fauorabilis, ſit extendenda; quod etiam aduerſatur ei, quod idemmet paulò ante num. 2. circa principiũ, dixerat, diſpenſationem ſtrictè intelligendam eſſe, nec admitti debere extra caſum in ea expreſſum. niſi tamen vtramq; opinionem conciliando, & in proprijs terminis intelligendo dicere velimus, ipſam quidẽ
99 poteſtatem diſpenſandi † fauorabilem eſſe, & extendendam, quomodo loquitur Couar. d. num. 6. & alij per eum allegati, huius verò poteſtatis exercitium, ſeu ipſam diſpenſationem eſſe ſtricti iuris, atq; adeo
100 nullatenus extendendam, niſi † ad ea, quæ naturaliter, & neceſſariò conſequuntur. vt ſatis oſtendit Burgaſ. d. 2. part. tit. de diuerſit. & communit. diuerſ. termin. in mater. diſpenſat. num. 33. & 34. exemplifi-
101 cãs † in eo, qui diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorum, vt cenſeatur etiam diſpenſatus ſuper reſidentia illis beneficijs annexa; & in minore diſpenſato, vt habeat bene-
102 ficiũ curatum, quòd videatur etiã cum eo diſpenſatum, vt non teneatur promoueri ad ſacerdotiũ intra annum: atq; ita reperi hanc conciliationẽ ſeu diſtinctionẽ afferri, & teneri per Felin. in c. poſtulaſti, n. 9. verſic. conſidera ſecundò, & nu. 10. verſic. limita quartò, cum ſeq. de reſcript.

Præmitto ſecundò, quòd, licèt fortè de iure communi antiquo, vt voluit inter cæteros Abb. cap. 2. nu. 5. de inſtit. non eſſet alicui præben-

dæ neceſſariò annexus aliquis ordo, Dignitatibus exceptis, vt in cap. 1.
103 de æt. & qualit. tamen † poſt Trident. Concilium ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. ſaltem in Eccleſijs Cathedralibus, dimidiæ parti præbendarum, ſeu Canonicatuum annexus eſt ordo Sacerdotij, alteri verò dimidiæ Subdiaconatus, & Diaconatus: quibuſdam etiam annexus eſt aliquis ordo ex ſtatuto, vel conſuetudine alicuius Eccleſiæ, aut etiam ex primæua inſtitutione, vt tradit Gloſ. communiter recepta d Clem. vt ij, qui, verb. annexi, de æt. & qual.
104 qui quidem debent ſuſcipi † intra annum a præbendatis, ſeu aliter beneficiatis in Eccleſijs Cathedralibus, ſeu Collegiatis, vt cauetur in d. Clem. vt ij, qui, §. illi verò & Trident. Concil. ſeſſ. 22. cap. 4. de re-
105 format. neq; † Canonicatum, Portionem, aut Dignitatem in ijs Eccleſijs poterit quis obtinere, niſi qui eo ordine ſacro ſit initiatus, quem illa Dignitas, præbenda, aut Portio requirit, aut in ea ſaltem ætate conſtitutus ſit, vt initiari valeat infra tempus a iure, & a Sancta Synodo ſtatutum, hoc eſt, intra annum, vt conſtat ex d. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. necnon ex cap. licèt canon. & cap. cum ex eo, de elect. in 6. cap. 3. cum ſeqq. de æt. & qual. & ord. præfic. cum ibi not. per Gloſ. & Doct.

Præmitto tertiò, quòd conne-
106 xorum † idem eſt iudiciũ, &, quod in vno connexorum ſtatuitur, ad aliud extenditur, l. cum actum, ff. de negot. geſt. l. plerumq; ff. de ædil. edic. cap. tranſlato, de conſtit. cum
107 ſimil. ideoq; valebit † argumentũ ſaltem negatiuum ab vno connexorum ad aliud connexum; quò ſpectat, quod latè tradit Euerard. in loc. a deſtructione anteced. ad deſtruct. conſequent. quòd quando conſequens ſequitur ad antecedens frequenter, & vt plurimum, & non neceſſariò, aut termini ſunt conuertibiles, tunc deſtructo antecedenti deſtruitur conſequens; exemplificans in viſitatione, quæ antecedens eſt, & procuratione, quæ eſt conſequens; nam ſublata viſitatione, tollitur procuratio, ſic igitur vbi beneficium requirit aliquem ordinem, cum ijs annexus ſit antecedenter vel in actu, vel in potentia proxima, ita, vt intra annum promoueri poſſit, & debeat qui illud beneficium obtinet, iuxta ſupra dicta in præced. præmiſſ. ſiquis in ha-
108 bilis ſit ad ordines, † proculdubio inhabilis quoq; erit ad beneficia, actusq; ab ijs neceſſariò dependentes. His poſitis totam hanc quæſtionem nonnullis propoſitis concluſionibus breuiter abſoluemus.

Prima Concluſio. Vbi aliquis propter aliquod corporis vitium repellitur ab ordinibus annexis alicui præbendæ, vel beneficio in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata,
109 † non poterit quoq; in ea Eccleſia optare vacantem præbendam, aut portionem. Patet hæc concluſio: nam, vt paulo ante diximus, inhabilis ad ordines inhabilis quoque eſt ad beneficium; inhabilis verò ad beneficium multò magis repellendus eſt ab actu, qui non fit niſi a præbendato, & beneficiato, cuiuſmodi eſt optio, vt quæſt. præced. concl. 1. ex Gloſ. d. Clem. vt ij, qui,

Verb.

Digitized by Google

Verb.in Capitulo,de æt.& qual.alijſ
que latiùs oſtendimus . Hinc infer-
110 tur,cæcum † qui repellitur ab or-
ſcipiendo ,& beneficio obtinendo,
vt ſatis conſtat ex Simon. Maio. d.
trac.de irregul.lib.1.cap.20.iunctis
ſupra deductis in præmiſſ.vlt. non
111 † poſſe quoq; optare, cum optio
ſupponat beneficium; & hoc fortè
voluit Paul.Granut.in Addit.ad Iac.
Simonet.tract. de reſeruat. benefic.
cap.45.verb.non poſſit,dum proba-
re contendit,cæcum optare non poſ
ſe, de quo tamen latiùs infr. concl.
4.Infertur ſecundò,idem dicendum
112 † de muto, qui repellendus eſt ab
ordinibus,iuxta latè tradita per Ma
iol.d.lib.1.cap.26. Tertiò idem de
113 † ſurdo ſimiliter,qui tamquam ir-
regularis repellitur ab ordinibus vt
fuſè probat idem Maio.d.lib.1.cap.
25.atq; adeo a beneficijs requiren-
tibus ordinem,& conſequenter etiã
ab optione, iuxta ſuperiùs per nos
latiùs deducta . Denique idem
114 † de alijs corporis defectibus re-
pellentibus ab ordinibus,de quibus
late inter alios Maiol.d.lib. 1.c.13.
vſq; ad 27.

Secunda Concluſio. Corpore vi-
tiatus diſpenſatus ad ordines etiam
115 maiores † non poterit optare præ-
bendam vacantem . Probatur hæc
concluſio:nam diſpenſatus ad ordi-
nes non ideo eſt diſpenſatus ad be-
neficium, niſi fortè ad vnũ ſimplex,
vt ſup.1.præmiſſ. demonſtrauimus,
quàmuis autem Dignitas, Canoni-
catus,aut Portio in Eccleſia Cathe-
drali,vel Collegiata dici poſſit ſim-
plex beneficium, quatenus eſt ſine
cura; abſolutè tamen ſimplex dic;
non poteſt, quoniam requirit perſo
nalem reſidentiam, quod ex com-
muni vſu loquendi facit, vt benefi-
cium ſimplex non dicatur : quòd ſi
beneficium huiuſmodi ille diſpenſa-
tus obtinere non poteſt, neque ei
competere poterit ius optãdi,quod
a Canonia,ac beneficio prouenit,vt
mox diximus.

Tertia Concluſio.Diſpenſatus,vt
obtineat beneficium in Eccleſia Ca
116 thedrali, vel Collegiata, eo ipſo †
optare poterit vacantem præben-
dam, ſeu Portionem,vbi viget con-
ſuetudo, extatue legitimum ſtatutũ
optãdi.Ratio manifeſta eſt; quoniã,
vt iam oſtendimus, ius optandi ex
beneficio competit, eique annexum
eſt conſequenter, atque adeo qui be
neficium obtinere poteſt, poterit &
optare,modo ſuo id fiat loco, & tem
pore, aliudque canonicum impedi-
mentum non obſtet,de quibus impe
dimentis latiùs ſupra egimus hucuſ
que in hoc tractatu,& deinceps vſ-
que ad finem differemus.

117 Quarta Concluſio. Clericus † qui
cæcus factus eſt poſtquam beneficiũ
in Eccleſia aliqua Cathedrali, vel
Collegiata obtinuit, non ideo exclu
dendus eſt ab optione,quę deinceps
facienda occurrat.probatur hęc cõ-
118 cluſio primò, quia † cæcis potiùs
miſerendum eſt, & de nouo ſubue-
niendum cap.licèt, de cenſ. neq; eſt
addẽda afflictio afflicto,c.ſatis per-
uerſum,7 diſt.cũ ſimil.ſecundò quia
infirmitas, & inhabilitas ſuperue-
119 niens † non debet aliquem priuare
iure quæſito, antequàm huiuſmodi
inhabilitas ſuperueniret, vt conſtat
ex c. præcepta canonum 55. diſt. c.
cum percuſſio,7.quæſt.1.& cap.1.2.
& pen. de cler.ægrot.& debil.& c. 1.

eod.tit.in 6.cum ſimil.ex quibus ferè iuribus Nauar. conſ. 1. ſub titulo de cler. ægrot. volum. 1. reſpondit,
120 quòd † non debet clericus etiam propter amentiam priuari beneficijs,quæ obtinet; magis verò in terminis noſtris Abb.conſ. 47. volum.
121 1. ferè per totum probat † cæcum capacem eſſe dignitatis etiam Eccleſiaſticæ, ad quam ius aliquod habebat ante cæcitatem: at verò certũ eſt,ſtatim,ac quis Canonicus eſt, & beneficiatus in Eccleſia Collegiata, vbi adeſt conſuetudo, vel ſtatutum optandi,poſſe eueniente caſu optare,habereque ius optandi, quod ex canonia,& huiuſmodi beneficio prouenit,vt tum alibi ſæpe in hoc tractum quæſt. præced. concl. 1. docuimus. Cum autem Abb. d.conſ.47. apertè loquatur de dignitate quoque Eccleſiaſtica,non eſt admittenda reſponſio Granut. loco inferius allegando, Abb.loqui in profanis. Verùm probatur quoq; ex eo, quod in fortioribus terminis docet Sim. Maiol. d.lib.1. cap.20. num.3. poſt Butr.in cap. licèt, de elect. & Iacobat.in tract. de Concil. lib.3. art.1. verſic.& idem,ſi ſit furioſus, nimirũ
122 quòd,licet † cæcus in Papam non ſit eligendus,tamen electus manebit in ſede.

Ex his igitur patet Paul. Granut. in addit.ad Simon.d.tract.de reſeru. benef.cap.45.verb.non poſſit, dum ait,illud eſſe confeſſo,cæcum optare non poſſe, quem ſecutus eſt etiam Hier.Gonz.ad Reg.8.Cãc.Gloſ.34. num.60.& 73.cum ſeq. vbi id ipſum tradit de laborante morbo comitiali,vbi optanda ſit præbenda ſpiritualis, vel habẽs ordinem ſacrum, ac miniſterium in altari, longè erraſſe, ſi in eum ſenſum id aſſerunt,vt is,qui cæcitatem poſt obtentum beneficium contraxit, ad optionem nullatenus admittatur. neque id vllatenus probat tex.quem ipſi adducunt in cap.hinc etenim,49.diſt. ſo-
123 lùm enim ibi dicitur, quòd † cæci non poſſunt afferre panes Domino, ſeu eſſe Sacerdotes: at verò multi ſunt Canonicatus,& pleraque beneficia in Eccleſijs etiam Collegiatis, quæ non requirunt ordinem Sacerdotalem, vt conſtat etiam ex Conc. Trident.ſeſſ.24.cap.12. de reform. quin etiam ordo ſacer non requiritur ad hoc,vt quis optare poſſit, cũ is quoque, qui non eſt in ſacris ab optione non ſit excludendus, vt ſatis oſtendimus quæſt.præced. concl. 1.& 3.Accedit,quòd, vbi etiam in eo canone probaretur, cæcos eſſe incapaces beneficiorum, adhuc ſolùm probaret quoad beneficia acquirenda poſt cæcitatem, non autẽ, quòd retinere non poſſet Clericus beneficiam iam obtentum,eiuſque iuribus vti;neque enim in optione acquiritur nouus titulus,ſeu beneficium,ſed ſolùm mutatur præbenda, vt infra cap.7.quæſt.1.latiùs demonſtrabimus.quod etiam ex eo confirmatur,quòd Sacerdos, qui propter abſciſſionem dimidię palmę celebrare non poteſt,non debet tamen prohiberi,quin cæteris Sacerdotalibus fungatur officijs,cap.presbyterum, de cler.ægrot.vel debil.Illa verò deciſio Rot. Rom. allegata per Granut. loc.cit. qua tentum fuiſſe ait in vna Salamantina integræ portionis die 24.Aprilis 1582.coram R.P.D. Aldobrandino poſtea in Ampliſſimum

Digitized by Google

mum Cardinalium cœtum cooptato,ac tandem propter ſingularem doctrinam, pietatem, prudentiam, cæteraſque omnes animi dotes, ac virtutes ad ſummi Pontificatus verticem diuinitus euecto, cæcum op-
125 tare non poſſe,ita† eſt intelligenda,vt ſacrum illud Auditorium non Romanæ modò vrbi ſed vniuerſo orbi admirandum dumtaxat voluerit, quòd,cum cæcus regulariter ab ordine,& beneficio repellatur, conſequenter quoque ab optione, quæ a beneficio pendet,repellendus ſit,iuxta ea quæ ſup.concl.1. latiùs deduximus. Niſi etiam velimus eam deciſionem intelligere in caſibus,quibus ex ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto optaretur non ſola præbenda, ſed etiam titulus,vt puta Canonicatus, aut Portio dimidia, vel integra; nã id verũ erit,quia tunc agitur de beneficio obtinendo.quod idem erit dicendũ vbi neceſſariò eſſet ſuſcipiendus aliquis ordo præſertim ſacer, vt præbendam obtineat, quam valeat quis optare;nam huiuſmodi irregularitates etiam ab ordine ſacro repellunt,vt initio huius quæſt. præmiſimus.

Quinta Concluſio.Quod de cæco dictum eſt, idem quoq; dicendum
126 puto†de ſurdo,muto,&alijs ſimilibus corpore vitiatis, vt nimirum,ſi huiuſmodi vitium contraxerũt poſt obtentum beneficium in Eccleſia,in qua viget ius optandi, ab optione arcendi non ſint. Probatur hæc concluſio ijſdem ferè rationibus,quibus Superior,eadem enim in hac quoq; locum habent,cum par ſit cęcitatis, cęterorumq;defectuum ratio, vt ſentit Gonzal.d.num.72.& 74.cum ibi per eum allegat;Ideoque diutiùs in ea confirmanda non immoror: illud tamen non omittens, quod poſt Iacobat.loc.cit.& alios ad rem noſtrã tradit Maiol.d.lib.1.cap.25.num.4.
127 quòd,†licèt ſurdus in Papam non ſit eligendus, electus tamen manebit,quod & de cæteris quoq; defectibus tradit eod.tract. de irregul. lib. 2.c.4.nu.3.

QVAERO SEPTIMO, An,& quando ob animi vitium, & defectũ Clericus ab optione repellendus ſit.

Diximus in quæſt. præceden. de corporis vitio, & defectu, quomodo Clericum ab optione repellat;vidẽdum nunc eſt de animi defectibus. & hi quidem,vel ſunt delicta, vt homicidium,fornicatio,& huiuſmodi; vel cenſuræ,vt excommunicatio,ſuſpenſio,& interdictum;vel pœnæ, vt irregularitas, priuatio beneficij,depoſitio,& ſimilia. de Excommunicatione diximus ſup. quæſt. 1. de cæteris aliquid in hac quæſt. dicendum eſt.

Prima Concluſio.Peccator etiam
128 notorius regulariter vt ſic† non eſt arcendus ab optione. probatur hæc concluſio in fortioribus terminis ex tex.in cap.veſtra, & cap. fin. de cohabit.cler.& mul. vbi habetur, quòd peccator quantumuis crimi-
129 noſus†non debet in officijs euitari;idq; procedit,etiã ſi ſit notorius, vt tradit Glo.Vinc.d.cap. fi.verbo, propoſito;& licèt d.c.fin.excipiatur
130 † notorius fornicator, decernaturq;eum debere euitari in officijs;
131 tamen† id non puto procedere in optione, cum ea non neceſſariò fiat in Eccleſia,neq;ſit actus diuini officij,vt de ſe patet,neq;ea ſit neceſſa-

rió

riò actus Collegialis, aut collegialiter faciendus, vt ſupr.quæſt.5.con cluſ.1. demonſtrauimus.

Ampliatur verò hæc cõcl.primò,
132 vt procedat † etiãſi crimen illud in duceret ſuſpenſionem ab ordine, ſeu eius execntione; nam, cum optio nõ requirat neceſſariò ordinem præſertim ſacrum, vt d. concl. 1. oſtendimus, atq; adeo actus ordinis non ſit, vt de ſe patet, ſequitur etiam, ſuſpenſionem ab ordine efficere non poſſe, vt quis ab optione repellatur. Secundò ampliatur, vt procedat
133 concluſio † licèt crimen induceret irregulariratem, vt dicetur infr.con cluſ.ſeq. Limitatur autem hæc ipſa
134 cõcluſio, vt non procedat † vbi crimen illud induceret priuationem beneficij, vel etiam depoſitionem, aut ſuſpenſionem ab eodem, aut etiã ſi per iudicem priuatus, ſuſpenſus, vel depoſitus fuerit. nam cum optio pendeat a beneficio, vt ſupra ſæpiùs diximus, clericus, qui eo priuatur, ab illoue ſuſpenditur, vel deponitur, non poterit quoq; optare, cnm ſublato antecedenti tollatur quoq; conſequens, & dependens iur. vulgar.
135 Quod tamen deinde † ſublimitandum eſt, niſi a ſententia declaratoria, vel condemnatoria, & inflictiua huiuſmodi pęnarum legitimè appellatum fuerit; nam appellatio legitima ſuſpendit iudicatum quoad futurum, & quoad præſens illud extinguit, l.fin.ff.ad Turpil.cap.ſi a iudice de appel.in 6.cũ ſimil. Qui autem ſint caſus, in quibus clericus ipſo iure ſit priuatus, vel veniat priuandus beneficio, videndi ſunt inter cæteros Diaz in Prax. Crimin. canon.cap.123.aliàs 131.iuxta nouam additionem ab Ignat.Lopez editam num.5. Clar.in Pract. Crim. quæſt. 73. nu.5. cum duob. ſeqq. Rebuf.in Prax.benef.3. par. tit.1. qui eſt de mod.amitten.benef.& Gregor.Tholoſ.in tract.de benef.c.26.& 33. Caſus verò, in quibus clericus ipſo iure ſuſpenſus eſt a beneficio, recenſet inter alios Burgaſ.d. tract.de irregul. & diſpenſat.par.6.tit.de ſuſpenſ. nu. 38.& ſeq. Silueſt.verb.ſuſpenſio, nu. 6.& Nauar.in Manual.Confeſſ. cap. 27.num.154.vſq;ad 158. Caſus deniq; depoſitionis collectos habes apud Bertach. tract.de Epiſc.8.p lib. 4. tit. de cauſ. mater. degradat. & Burgaſ.d.p. 6.tit.de ſent.depoſit.nu. 14.& 24. cum duob.ſeqq.

Secunda Concluſio. Irregulari-
136 tas † pręcedens receptionem ordinis, aut beneficij impedit quoq; optionem. Probatur hęc concluſio ex ijs, quæ quæſt. præced. fere per totã latius deduximus, oſtendentes eum, qui propter corporis vitium repellitur a beneficio, vel ordine illi annexo, repelli etiam conſequenter ab ipſa optione, quoniam ſublato antecedenti tollitur etiam conſequens, & de hoc nulla eſt difficultas. ſic intelligi poteſt Gonzal.d.Glo.34.dum num.72.tradit, irregularem non poſſe optare nouam præbendam ſpiritualem, & nouum, ac diſtinctum titulum conſequi; & num.74. laborantem morbo caduco non poſſe optare dimidiam portionem habentem annexum ordinem ſacrum, ac miniſterium in altari, necnon nouã collationem requirentem, quia ad tale beneficium eſt irregularis, latè Rebuf.de pacif.poſſeſſ.nu.226. Maiol.de irręg.lib.2.c.16. Caputaq. de ciſ.

Digitized by Google

ciſ. 7. & 135. par. 1. ac deciſ. 48. & 236. par. 2. Limitatur verò hæc concluſio, vt † diſpenſatus ſuper irregularitate ad effectum obtinendi beneficium in Eccleſia Collegiata, eo ipſo quoq; cenſeatur diſpenſatus vt optare poſſit in ea Eccleſia, in qua viget conſuetudo, vel ſtatutum optandi, vt conſtat ex ijs, quæ ſupra adduximus q. 5. & 6. concl. 3.

137

Tertia, & poſtrema Concluſio. Irregularitas ſequens ipſam rece-
138 ptionem beneficij † non impedit Clericum Eccleſiæ Collegiatæ, quin veniente caſu optare poſſit in Eccleſia habente ius optandi. Probatur hæc concluſio primò ex ijs, quibus quæſt. præced. concluſio. 4. latiùs oſtendimus, defectum corporis, qui fortè præcedens repelleret ab ordine, & beneficio, ſi ſuperueniat, non impedire, aut prohibere optionem: nam quoad hoc eadem planè ratio eſt etiam in animi defectibus. Secundò probatur, quia irregularitas ex mente canonum, & Innoc. communiter recepti cap. niſi cum pridem, de renunciat. definitur impedimentum inductum à iure canonico directè impediens etiam poſt pœnitentiam receptionem ordinum Eccleſiaſticorum, aut aliquem vſum eorum, quatenus ſunt ordines; quam definitionem in hæc verba affert, latiùſque explicat Nauar. in Man. Conf. d. cap. 27. nu. 191. eadem verò quoad ſubſtantiam eſt cum ea, quã affert Couar. in relect. Clem. ſi furioſus, 1. par. in initio, num. 1. de homic. Burgaſ. d. tract. de irregular. quæſt. 1. per totam, Maiol. in ſimil. tract, quæſt. 1. num. 1. Henriquez tom. 1. Theol. moral. lib. 14. cap. 1. §. 2. & Viual. in Candelabr. aur. 2. par. tit. de irregularit. num. 5. at verò certum eſt, optionem neque fore vſum ordinis, neque eſſe cum ordine per ſe, & neceſſariò coniunctam, vt iam ſæpiùs admonuimus. Ex quo fit, iunctis maximè ſupradictis in concl. 1. vt hæc concluſio procedat non modò vbi irregularitas proueniat ſine culpa, ſed etiam vbi ex culpa inducatur.

Quæ tamen concluſio limitanda eſt, niſi ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus ſit Canonicatus, vel alius titulus, aut neceſſariò ſuſcipiendus ſit aliquis ordo ſacer, antequam optetur præbenda, cui is annexus ſit, vt ſentit Gonzal. d. num. 72. & ſeq. & colligitur ex dictis quæſt. præced. concl. 4. & 5.

QVAERO OCTAVO, & poſtremò, An Coadiutor, vel Coadiutus optare poſſit.

139 Cum duo ſint † genera Coadiutorum, qui dari poſſunt obtinenti Dignitatẽ Canonicatum, vel Portionem in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata; vt omittam Canonicatum coadiutoralem, de quo ſup. quæſt. 1. & cap. 3. quæſt. 6. nam alij ſunt ſimplices, & ad tpẽus propter fauorem, & vtilitatem Eccleſiæ dati ob ægritudinem animi, vel corporis, de quibus toto ferè tit. de cler. ægrot. vel debil. in Decretalib. in 6. & pleriq; canones, 7. q. 1. Mandoſ. in Prax. Signat grat. Verb. Coadiutoriæ, ĩ prin. Io. An. in c. fi. de cler. ægrot. & Gãbar. tract. de off. Legat. tit. de coadiutorib. ac poſt alios Flamin. Pariſ. trac. de reſig. benef. lib. 7. q. 20. & Hier. Gonzal. in Cõmentar. ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 5. §. 9. maximè

Digitized by Google

mè à num. 19. ad 40. quib. ſimiles ſunt Vicariæ temporales, de quibus latè idem Gonzal.d.Gloſ.5.§.3. alij cũ futura ſucceſſione, de quibus idẽ Mandoſ. d.verb.Coadiutoriæ circa princ. & reg.11.quæſt.5. & reg. 32. quæſt. 30. atq; inter ceteros Gonzal. ſup. à num. 41. ad finem; quæſtio propoſita quatuor habet inſpectiones; prima eſt de coadiutore ſimplici; ſecunda de coadiuto ab eo; tertia de coadiutore cum futura ſucceſſione; quarta de illo, cui datus eſt iſte Coadiutor; quas ſingulis concluſionibus abſoluemus; ſi priùs aliqua ſupponamus, quæ ad earum definitionẽ neceſſaria ſunt, & vnum mox præmittamus; quod ad abſolutam huius quæſtionis, & aliarum quarundam, præcipuè verò quæſt. 1. cap. ſeq. & quæſt. 2. cap. 7.

Suppono igitur primò antiquiores, & quidem receptione, regulariter præferri iunioribus in optione, vt ex d.cap.fin.de conſuetud. in 6. & alijs ſatis oſtendimus ſup. hoc ipſo cap.quæſt.1.concl.4.& inf.cap. ſeq. quæſt. 1.concl. 1. licèt ſpeciali conſuetudine induci, vel ſtatuto diſponi poſſit, vt maior ætate, vel ordine in optando præferatur, vt eadem concl.4.docuimus.

Suppono 2. eũm Canonicum iuniorem receptione dici, qui, licèt antea fuerit in eadem quoq; Eccleſia Canonicus, tamen nouum Canonicatum, vel etiam poſt reſignationem eundem Canonicatum adeptus eſt; & tunc in vltimo loco ſedere debere, vt inf. d.concl.1.not.3.demonſtrabimus.

140 Suppono 3. Neq, † coadiutum, poſtquam ei datus eſt coadiutor, amittere titulum, ſeu deſinere eſſe Archidiaconum, v. g. Canonicum, vel Portionarium, neq; ipſum coadiutorem etiam cum futura ſucceſſione, per ſolam coadiutoriam fieri titularem, niſi ſecuta vacatione tituli per ceſſum, vel deceſſum, vel aliam amiſſionem ipſius coadiuti, vt conſtat ex Doct.in cap. de rectoribus, de cler.ægrot. vel debil. & Io. An. cap. fin. eod. tit. Nauar. conſil. 1. pariter eod. tit. & alijs, quos infra allegabimus, nec non ex ipſis litteris coadiutoriarum, in quibus dicitur, quòd, cùm primum vacauerit beneficium per ceſſum, vel deceſſum illud coadiuti, conferatur coadiutori.

Præmitto nunc, probabilius eſſe, 141 † coadiutorem, etiam cum futura ſucceſſione, non ſolùm durante coadiutoria, ſed etiam, ſtatim ac factus eſt locus ſucceſſioni in Canonicatu, ſedere debere poſt receptos Coadiutoria durante. Probatur, quoniã ita in ſpecie deciſum fuiſſe à Rota Rom. in vna Salamantina coadiutoriæ, 25. Iunij 1593. coram bo.me. R.P.D.Pegna, teſtatur idem docens Gonzal.d.§.9. nu.101. & 109. cum multis ſeqq. qui id confirmat primò, quia qui propriæ dignitatis, & 142 auctoritatis lumine coruſcãt † prę ferri debent ijs, qui aliena luce fulgent, aut vices aliorum gerunt, Purpur. l.1.num. 262. Iacob. de Nigr. num. 10. ff.de off. eius, Dec.c.ſanè il 2.num.2. de off. deleg. Alciat. reſp. 199.nu.336.Menoch.conſ.51.num. 14. lib. 1. & potentius eſt ius, quod quis habet iure proprio, quàm qui alieno, Iaſ. l.more, nu.4.ff. de iuriſd. om.iud.

Digitized by Google

omn.iud.Rot.deciſ.326.num.3.par.2.diuerſ.facit Nauar.conſ.8.de maior. & obed. Secundò, quia coadiu-
143 tor † viuente coadiuto fuit datus in gratiam coadiuti, Put. deciſ. 98. lib. 2.& fuit dictum in d. Salamantina coadiutoriæ; ac propter neceſſitatem Eccleſiæ,Put.deciſ.226.num.13.lib.3.ſicut poſt mortem coadiuti continet coadiutoria gratiam coadiutoris. Put.ibid.num.16. & d. deciſ.98.Peregr.deciſ.281.lib.2.in manuſcrip.Gonzal.ſup. num. 53. & ſeq.dicens quoq; ita fuiſſe reſolutũ in vna Bononien.officij portæ Palatij de menſe Martij anni 1595. & ideo coadiutor vocatur Canonicatus fictus, cui præferri debet verus, Gemin.conſ.138.num.1.&2.Rebuf. in Praxi beneſ.tit.de reſcript.perinde valere,num. 3.facit cap. cum venerabilis, de relig. dom. & cap. fraternitatis,de frig.& malefic. Tertiò, quia,quando ceſſante coadiutoria fit locus futuræ ſucceſſioni, coadiutorq; prouidetur in verum Canonicum,vt in litteris continetur, clarũ
144 eſt,†quòd is vti modernior Canonicus ſedere debet in vltimo loco Canonicorum eiuſdem ordinis, iuxta reg.qui prior de reg.iur.in 6.cap. eũ,cui,de præb eod.lib.c.ſtatuimus, de maior.& obed.Gloſ.c.fi.verb.antiquiores,de conſuet.in 6.Fel. rubr. de maior.& obed.nu.2.Nauar.conſ.10.num.1.& 8.eod. tit.cum alijs adductis per Gonzal.ſup.§. 3. proem. poſt num. 24. Sed ſi tempore coadiutoriæ ſederet in altiori loco,duo abſurda ſequerentur;primum,quòd quando eſt Canonicus fictus, magis honoretur,quàm quando eſt verus; alterum, quòd poſtquam ſedit,& inceſſit in altiori loco,cogatur deſcendere ad vltimum locum, quod non decet; nam maioribus honoribus functos ad minores deuocari non oportere rationis eſt,l. maiorib. C. quemad.ciu.mun.indic.lib.10. nam aſcendere,non deſcendere licet, in beneficialibus præſertim,Rot.deciſ.3.de conſuet.in nou.Fran. Marc. q. 1266.per totam,par.1. de quo etiã nos ſup.cap.3. q.7. nu. 106. & 115. Deniq;idem probat Gonz.d.Glo.5. §.9.num.114.quoniam ex obſeruantia vniuerſali omnium Eccleſiarũ, vbi admittuntur coadiutores cum futura ſucceſſione,maximè in Hiſpania,ſemper ponuntur in inferiori loco poſt omnes Canonicos, & ante
145 Portionarios;quæ obſeruantia † eſt optima Indultorum Apoſtolicorum interpres,l.ſi de interpretatione, ff. de leg.l.item ſi aliàs,& l.ſed Iulianus §.perinde,ff.ad Maced.cap.cum dilectus,de conſuet.Put.deciſ.15.num.3.lib.3.Rot.deciſ.503.num.2.& deciſ.571.num.3.1.par.diuer. Guttier. conſ.2. num. 10. licèt ipſe audierim contrarium obſeruari Cremonæ.

Neque his obſtat primò, quod pro contraria ſententia idem Gonzal.arguendo allegat num.99.Sub-
146 rogatum † ſapere naturam illius, in cuius loco ſubrogatur,l.ſi eum,§. iniuriarum,ff.ſi quis caution.l.filiæ, §.Titia,ff.de condit. & demon. cum alijs adductis per Gomeſin §.fuerat Inſt.de action.a n.11.Tiraq.de retr. lign.§.32.Gloſ.1. a num. 10. ad 28. Euerar. loco leg. a vi ſubrog. ferè per totum,& Ant.Gabr.com.concl. lib.6.tit.de reg.iur.concl.2. num.1. & 2.qui etiam n.69. idem poſt alios procedere vult quoad præeminentiam,

KK

tiam,& honorem, ſaltem vbi ſubrogatus is ſit a Principe; & ſic coadiutor Canonici,tamquam ſubrogatus in eius locum, debet habere eandē præeminentiam. Reſpondetur enim primò cum eodem Gonzal. ſup. nu. 101.& ſeq. coadiutorem ſapere naturam coadiuti reſpectu aliorum inferiorum, nimirum Portionariorum,non autem Canonicatum parium ipſi coadiuto,quos præcedere non poteſt,cum illi propria dignitate, & prærogatiua fulgeant, coadiutor autem aliena. Secundò,quòd ſubrogatus in locum alterius non cenſetur ſubrogatus in ordine,& gradu, Euerar. ſup.nu.3. per l. ſi quis,C. de profeſſ.& Med. lib. 10. niſi plenè obtineat eumdem locum in Collegio, vt puta Canonicatum, vt ibid. ſentit Euerar. qui nu. 20. duas alias affert eius regulæ limitationes ad rem noſtram facientes;alterā,vt intelligatur quoad naturam primordialem ſubrogati, non autem accidentalem;ſedere autem in altiori loco non conuenit Canonico ratione Canonicatus,ſed antiquitatis, atq; adeo accidentaliter, vt mox latiùs explicabimus:atq; hæc limitatio approbatur a plurimis Doct. quos refert,ac ſequitur Gabr.ſup.num. 18. alterā,vt procedat,quando per omnia facta eſt ſubrogatio, quod hic non contingit;nam litteræ coadiutori cum futura ſucceſſione prohibent regimen, & perceptionem emolumentorum beneficij, niſi accedat voluntas coadiuti;vnde non eſt plenè ſubrogatus, & quoad omnia, vt in ijs litteris legitur coadiutor quoq; ſimplex non eſt ſubrogatus quoad integram emolumentorum perceptionem,ſed ſolùm quorundā, c.de rectorib.de cler.ægrot. cap. vnico ad fin.eod.tit.in 6.Concil.Trid. ſeſſ.21.cap.6.de reform.

Non obſtat ſecundò, quòd in litteris coadiutoriæ cum futura ſucceſſione apponi ſoleant hæc verba; ita, quòd d. coadiutoris officio durante,& eodem Franciſco abſente, d.Antonius vice, & loco illius tamquam Canonicus d. Eccleſiæ illi in diuinis deſeruire, ſtallumq. in Choro,& locum,ac vocem in Capitulo, proceſsionibus, & alijs actibus etiā Capitularibus d.Eccleſiæ habere,& omnia,&c.poſſit,& debeat.Nam,cū reſtringantur per illa verba,(tamquam Canonicus)&in caſu Gonzal. per illa(ratione Canonicatus)ad ea quæ ratione Canonicatus competunt,ſatis excluduntur ea, quæ alia ratione conueniunt,vt puta ratione
147 antiquitatis,quale † eſt ſedere in altiori loco,vt optimè monet idem Gonzal.d.§.9 num.115.& ſeq.& latiùs probat d.§. 3.proemiali,nu.23. & multis ſeqq. cum maximè huiuſ-
148 modi coadiutoriæ † ſint odioſæ, Moedan. deciſ.10. num.1. de priuil. Nauar.conſ.2.alias 1.de cler.ægrot. propter votum captandæ mortis, c. 1.de conceſſ.præb.& c.ne captandæ eod.tit.in 6.

Neque obſtat tertiò, quòd Rot. iuncta additione Papazon. deciſ. 1. num. 17. de renunt. habet, quòd,
149 † ſi quis reſignauit Canonicatum reſeruato ſibi regreſſu cum loco in Choro,&Capitulo,mortuo reſignatario debet ſedere in priori,& antiquiori loco, quod etiam admittit Gonzal.d.§.9.num.73.iuncto num. 100.& locum habere poteſt quoq; vbi

Digitized by Google

vbi beneficiatus non ſoluat penſionem, vnde reſignans vigore litterarum regreditur ad beneficium, cum non ſit aſſignare hac in re cõgruam diſcriminis rationẽ inter hunc, & caſum mortis. nam reſponſio patet ex adductis per eundem Gonzal. d. §. 9. num.73.dum ait, coadiutoriã cum futura ſucceſſione non trahere originem de præterito,ſicut regreſſus, Put.deciſ.225.num.10.11.12.& 16. lib.3. & ſic non dicitur propriè gratia præuentiua, cum habeat fomentum iuris,ſtante conſenſu coadiuti. Put.deciſ.478.num.5.lib.2.Pariſ.de reſign.lib.6.quæſt.5.num. 72. licèt Mandoſ.Reg.32. q.30. num.7. talem coadiutoriam regreſſui dicat æquiparari.

Non obſtat deniq; auctoritas Nauar.d.conſ.1. ſeu 2. num. 5. de cler. ægrot.dum ait,quòd ægrotante Archidiacono poteſt eius coadiutor intereſſe Choro,& Capitulo,&ſedere in locis Archidiacono deſignatis eo abſente. nam primò loquitur tantùm de Dignitatibus,in quibus, diſpar eſt ratio,cum ſaltem ex gene
150 rali conſuetudibe† quæuis Dignitas etiam nuper recepta ſoleat Canonicos omnes etiam antiquiores præcedere;& in Cathedrali Cremonen,coadiutor Dignitatis etiam durante Coadiutoria ſedet in loco eiuſdem Dignitatis. Deinde,Nauar. licèt magnæ auctoritatis viro,perfunctoriè præſertim,cum id ab eo quęſitum non fuerit,& ſine fundamento id aſſerenti opponimus Rot.Ro.cuius maximam auctoritatem omnes venerantur.

Cetera,quæ obijci poterant,facilè diſſoluentur ex ſeqq. concluſ. circa propoſitam initio quęſtionem, ex quibus etiam magis patebit reſponſio ad ea,quæ hucuſq; contra hoc,quod præmiſimus,obiecta ſunt.

Prima igitur Concluſio ſit. Obtinens Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem, cui coadiutor ſim-
151 plex datus ſit,†optare poteſt perinde, ac ſi talem coadiutorem non haberet.Probatur,quia licèt hic ſimplex coadiutor detur principaliter ad fauorem,& vtilitatem Eccleſiæ, vt conſtat ex cap. de rectorib. cap. ex parte,& cap.fin.de cler.ægrot. c. vnico,eod,tit.in 6.& Concil.Trid.d. ſeſſ.21.cap.6.cap.1. & alijs pleriſq; 7. quæſt. 1. tamen non ideo minùs Prælatus,aut alius beneficiatus,cui datur,remanet titularis, ac beneficiatus, vt in ſpecie adnotauit Abb. d.cap.de rectoribus,nu.vlt. Laur.c. tua nos eod. tit. vbi idem ſentit Innoc.& ceteri Doct. in dd. iurib. facitq.tex.d.cap.tua nos,vbi de Rectore leproſo ſolùm dicitur, quòd remouetur ab adminiſtrationis officio,quam differre a titulo,certum eſt;& apertiùs d.c.ex parte, vbi habetur,quòd Epiſcopus morbo incurabili laborans non cogitur ad ceſſionem,ſed datur ei coadiutor.idem colligitur ex d.cap.vnico,§. præſenti, eod.tit.in 6. necnon apertiſſimè ex cap.1.& cap.quia frater,7.q.1.d. enim c.1.quod incipit,ſcripſit, dicitur, quòd ſi quis in regimine ægrotat,diſpenſator illi talis requiratur, qui poſſit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Eccleſiæ ipſo non depoſito conſeruare. d.autem cap.quia frater,hæc habentur, pręcipimus, vt ſeruata primo loco Epiſcopo memorato reuerentia,

Digitized by Google

quam vos conuenit inculpabiliter exhibere in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quę Eccleſiaſticę vtilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam conſtituto competentem. facit cap. ſi Petrus, 8. q. 1. cap. petiſti, 7. quæſt. 1. & cap. quoniam in pleriſq; de off. ord. Cum igitur optare poſſe compe tat omni, & ſoli titulari, ac beneficiato in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata, vt puta Canonico, Portionario, atq; etiam Dignitatem in ea obtinenti, vbi hac de re adſit in eadem ſpecialis conſuetudo, vel conſtitutio, vt ſatis docuimus ſup. quæſt. 1. huius cap. quæſt. 1. ac 3. cap. 1. & q. 1. cap. 3. hinc manifeſtè ſequitur, poſſe huiuſmodi coadiutum perinde optare, ac ſi talem ſimplicem, hoc eſt, ſine futura ſucceſſione coadiutorem haberet. & quoniam res ſatis clara eſt, & quam, vt reor, nemo negauerit, vlteriùs in ea comprobanda nõ immoror, ſed ad alia veniam magis dubia, & controuerſa.

Secunda Concluſio. Coadiutor ſimplex Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem in Cathedrali, vel
152 Collegiata Eccleſia obtinentis † nequaquam optare poteſt. Probatur, quoniam, vt paulò ante docuimus, ſolus titularis, ac beneficiatus optare poteſt; quod & ſatis colligitur ex d. c. fi. cũ ibi not. per Doct. de cõſuet. in 6. coadiutor aũt hic ſimplex titularis aut beneficiatus, nõ eſt, ſed coadiutor beneficiati, ſic dictus a coadiuuãdo, ſicut tutor a tuẽdo, & curator a curando, l. 1. ff. de tutel. vt poſt Io. An. & Butr. d. c. fin. nu. 4. Abb. nu. 1. Imol. num. 2. de cler. ægrot. tradit in ſpecie Gõzal. d. §. 9. num. 38. idẽ Abb. d. cap. ſde rectoribus; num. 6. id comprobans; tum quòd habet ſolùm vnam portionem redituum Eccleſiæ; cum Prælatus habeat liberam adminiſtrationem omnium redituum, c. cum nobis, in fin. de elect. tum quòd diuerſa ſunt vocabula; ſi enim eſſet Prælatus, vel beneficiatus, non diceretur coadiutor, l. ſi idem, C. de codicil. vbi, ſi idem codicilli (inquit Imperator) quod teſtamenta poſſent, cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur? atq; id ipſum a poſteriori ex eo probatur, quod inde infert Gonzal. ſup. num. 39. quoniam talis coa-
153 diutoria † non vacat, ſicut beneficium, per mortem ciuilem, vel naturalem obtinentis, ſed ceſſat, expirat, & extinguitur ceſſante vita, vel impedimento coadiuti, cap. grandi, in fin. de ſupplen. negl. præl. in 6. & ibi Gloſ. verb. vita ipſius, Io. And. d. cap. fin. num. 10. Imol. nu. 15. Abb. num. 4. Butr num. 15. & ceteri ſcribentes, Bart. l. ſolet, num. 4. ff. de tutel. Card. conſ. 70. num. 2. Rebuf. in Prax. benef. tit. de reprob. benef. viuen. impetr. num. 60. Deniq; cum coadiutus ipſe titularis, & beneficiatus ſit, non poteſt ſimul eſſe ratione eiuſdem beneficij titularis, & beneficiatus eius coadiutor; nam ad eandem præbendam duo eligi non poſſunt, cap. ſi quis præbendas, 1. quæſt. 3. cap. vt noſtrum, vt benef. Eccl. ſine dimin. confer. cap. maioribus, c. dilecto, cap. vacante, & cap. tuæ fraternitatis, de præben. cum ſimil. His adde, quæ de vicaria temporali affert, latè probans, eam non eſſe titulum, aut beneficium, Gonzal. d. Gloſ. 5. §. 3. ex num. 35.

Neq;

Digitized by Google

Neq; obſtat, quòd huiuſmodi
154 coadiutor † Prælatus eſt, iuxta Gloſ. d. c. de rectoribus, verbo, curam animarum, & cap. tua nos, verb. adminiſtrationis circa medium, ibi, talis coadiutor Prælatus eſt ex toto, quoniam habet curam animarum, vt dicitur d. c. de rectoribus, & plenam, ac liberam adminiſtrationem, d.c. tua nos, d.c. grandi, & cap. ſcripſit, & c. quàmuis, 7. quęſt. 1. quod etiam adnotauit Io. An. d.c. fin. num. 8. & 9. de cler. ægrot. Anchar. d.c. vnic. num. 5. eod. tit. in 6. id autem proprium eſt Prælati, d. cap. cum nobis, de elect. c. accedentibus, de priuil. cap. conquerente, & cap. dilectus, de offic. ord. vnde poterit etiam beneficia conferre, vt poſt alios tradit Selu. de benef. 2. par. num. 3. cum ſeqq. reſponditq; Nauar. conſ. 2. aliàs 3. de cler. ægrot. necnon beneficiorum reſignationes admittere, vt latè probat Pariſ. de reſig. benef. lib. 7. quæſt. 20. num. 1. 19. & vlt. Reſpondetur enim Gloſ. d. cap. de rectoribus, potiùs adhærere contrariæ opinioni, quòd nimirum coadiutor non ſit Prędatus; nam in verb. portionem, quæ eſt Gloſ. fin. ex eo, quod tex. dicit, quòd coadiutor congruam recipiat portionem de facultatibus Eccleſiæ, arguit, eum non eſſe Prælatum: nam Gloſ. aut alius Doctor, quando relatis duabus opinionibus nihil decidit, cenſetur adhærere poſteriori, vt ſatis probat inter ceteros Fel. cap. 1. num 55. de conſtit. Gloſ. verò d.c. tua nos, vulto adminiſtrationis, non eſt Bern. ordinarij, & inſignis Gloſatoris Doctoral. cum inibi eius opinio referatur, ſed incerti auctoris; qui etiam diligentius conſideranti apparebit ſentire, coadiutorem qui datur Prælato retinenti officiũ, non fore Prælatum ſaltem in totũ, dum poſt Tancr. & Vinc. dicit, quòd, quamdiu aliquis poteſt remanere in Collegio ſine ſcandalo, & horrore, alius ei nõ ſubſtituitur, aliàs erit ei alius ſubſtituẽdus, vt hic, qui erit Prælatus in totum; quare quod mox ſubdit, (talis coadiutor Prælatus eſt ex toto,) intelligit de inſtituto poſt Prælati amotionem, non autem vero coadiutore, de quo loquitur, cũ paulò poſt ait, aliàs autem obtinet ſententia Vgon. & Laur. & datur tũc coadiutor, inf. c. prox. Sed, quicquid de Gloſ. ſit, quòd coadiutor datus Prælato nõ amoto non ſit Prælatus, aut beneficiatus, eſt cõmunior opinio, quam inter alios, quos ſup. retulimus, tenet Abb. & Laur. d. cap. tua nos, qui optimè docent, tunc penes hunc coadiutorem eſſe tantum exercitium officij, adminiſtrationis & curæ; quod etiam non improbat Innoc. d. cap. tua nos, & approbat Io. An. & alij communiter teſte Abb. ibid. num. 4. & ſic ceſſat quod obijciebatur de adminiſtratione, & cura beneficij, quam habet talis coadiutor.

155 Neq; etiam obſtat, quòd † eadem ætas, & idoneitas requiritur in tali coadiutore, quę in coadiuto beneficiato, Io. An. & Abb. d. cap. fin. de cler. ægrot. latè Selu. d. 2. par. quæſt. 4. num. 9. Caput. deciſ. 127. par. 1. Ro. deciſ. 347. per totam 3. par. diuerſ. nam id euenit, quia ratione adminiſtrationis, & curæ actualis requiritur maturitas, quam propter ſpiritualia, quæ tractat, ius exigit in titulari,

Digitized by Google

tulari, & Prælato, vt ex prædictis Doct.colligitur.

156 Non obſtat quoq; † in coadiutoria verificãdam eſſe narratiuam, ſicut in beneficio, Put.deciſ. 62. lib. 2.Caputaq.deciſ.128. & ſeqq.1.par. Rot.deciſ.652.3.par. diuerſ. nã hoc habet, non quia ſit titulus, ſed quia gratia continens aliquid pertinens ad beneficiũ, Caput. deciſ. 39.nu.2. par.Rot.deciſ.6.num.6.& 8.de præben.in antiquior.cum alijs adductis per Gõzal.ſup.Gloſ.9.§.5.in annot. cont.null.nũm. 230. cum trib.ſeqq.

Deniq; non obſtat, quòd Sacra Cõgregatio Trid.Concil.ad ſeſſ.23.

157 c.1.de refor.reſpõdiſſe fertur, † Capellanos coadiutores Rectorum Parochialium inſtitutos auctoritate Apoſtolica teneri ad reſidẽtiam, ſicut Rectores ipſos.nam vel loquitur de Capellanis titularibus, ac verè beneficiatis, quibus iniunctum eſt in erectione hoc onus coadiutoriæ, cuiuſmodi etiam ſunt aliqui Canonici; vel dic, ex obligatione reſidendi non concludi titulum beneficialem, vt patet in Parochialibus mercenarijs, ſeu Parochis ad mutum amouibilibus.

Tertia Concluſio. Dignitatem, Canonicatum, vel Portionem in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia

158 obtinens † perinde optare poteſt, ac ſi non haberet coadiutorem cum futura ſucceſſione. Probatur, quia per conceſſionem huius coadiutoris, ſicut coadiutor non fit titularis, aut beneficiatus, ita coadiutus talis eſſe non deſinit, vt ſup. 3. loco ſuppoſuimus, & tradit etiam inter ceteros Petr. Greg.Tholoſ.in Inſtitut. rei benef. cap. 11 nu.2. ac latè comprobat Gonzal. d.§.9.num.64.vſq; ad 73. vbi etiam ſoluit quædam obiecta, quod ad coadiutorẽ attinet, quæ ſimul cum alijs nos quoq; ſeq. concl. diſſoluemus; ſatis verò id ipſum probatur ex ipſis litteris coadiutoriæ, vbi non ſemel habetur, beneficium eſſe penes coadiutum, nec vacare, niſi per eiuſdem ceſſum, vel deceſſum, aut aliam amiſſionẽ, vt in ijs videre eſt, quarum tenorem ponit Mandoſ. ad reg. 11.Cancell. num. 3.& ipſe in alijs modernioribus litteris vidi. At verò ſoli, & omnes titulares beneficiorum in Eccleſia Collegiali, vbi conſuetudo, aut ſtatutum optionis viget, optare poſſunt, vt concl. 1. ad finem ex alibi adductis docuimus. Hanc etiam concluſionem in aliquo caſu admittit idem Gonzal. d. Comment. ad reg.8. Gloſ. 34.num.94.cum tribus ſeqq. cum enim quæſtionem propoſuiſſet, an Canonicus coadiutorẽ perpetuum cum futura ſucceſſione habens poſſit optare nouam, & maiorem præbendam, prout alij Canonici dicta coadiutoria carentes, re-

159 ſpondet † cum diſtinctione ferè in hæc verba; aut futura ſucceſſio eſt cõceſſa in gratia coadiutoriæ quoad Canonicatum, & præbendam ordinariam illi annexam dumtaxat, abſque illa præbenda, ſeu præſtimonio, in quo cadit optio; aut eſt conceſſa ſucceſſio etiam quoad iſtam præbendam, & præſtimonium temporale optatum per coadiutum. In primo caſu, coadiutus optare poteſt, cum nulla ſit ratio, vel inconueniens, quod obſtet; nec gratia coadiutoriæ, quę eſt principaliter ad fauorem illius conceſſa, vt dixi d.§.9.

nu.83.

nu.83. (vbi refert deciſ.98.Put.lib. 2.& d.deciſ. Pegnæ in vna Salamantina,) debet illi eſſe nociua,c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. In ſecundo verò caſu minimè erit locus optioni:ratio eſt,quia, cum coadiutus dimittere non poſſit d. præbendam,ſeu præſtimonium,quod optauerat,ex quo per gratiam coadiutoriæ eſt adiudicata coadiutori futuro ſucceſſioni, à quo auferri non poteſt;& conſequenter ceſſat natura optionis,quæ eſt,vt,ſi ego opto maiorem præbendam,alius etiam modernior optet illam minorem à me dimiſſam;ſicq;optionis ordo peruertitur,vt ſuperiùs dixi num.15.& 81. nulla ratio permittit ,quòd optioni locus ſit, & ita ſeruatur. Hæc Gonzal. qui quoad primum caſum ve-
160 rum dicit,ſed malè † loquitur;tum quia ſupponit regulariter optari ſolam temporalitatem præbendæ,cuius contrarium ſatis oſtendemus in fr. cap.5. quæſt.vlt.& cap.7. quæſt. 1.tum quia cum loquitur de præbēda, & temporalitate, in qua cadit optio, vel eam intelligit, quæ iam à coadiuto ante optionem obtinetur ſimul cum præbenda,quam vocat annexam Canonicatui, (nulla enim eſt præbenda ſine temporalitate;)& ſic fruſtra optat coadiutus illam,quam habet: vel intelligit eā, quam alius, vt puta antiquior Canonicus, habet; & hæc proculdubio non poſſit contineri in gratia,& litteris coadiutoriæ,in quibus ſemper coadiutori aſſignatur præbēda coadiuti,nō alia. quòd autē intelligat de præbenda ſemel ab eo optata,poſtquam ei datus eſt coadiutor,præter nunc deductum abſurdum, etiam ſequitur, iam ſemel eum ſine hac diſtinctione optare potuiſſe,vel certè ad propoſitam ab eo quæſtionem abſolutè de facultate optādi, quam habet coadiutus, eundem Auctorē reſpōdiſſe ſolū de ſecūdo euentu optionis faciendæ,non de primo, de quo maior eſt difficultas.Quoad ſecundum verò caſum, ſeu membrum diſtinctionis non ſolùm malè loquitur per mox adducta in primo, ſed etiam falſum dicit; tum quia ſupponit, eum, qui optat, debere neceſſariò aliquid dimittere, quod à ſequenti optetur, quod falſum eſſe demonſtrabimus cap. ſeq. quæſt. 1. concl. 1.neq; ideo peruertitur optionis ordo, quia ſequens non op-
161 tet;nam, † licèt illa gradatio, de qua d. cap. fin. de conſuet.in 6.iuxta hunc ſenſum quoq; regulariter locum habeat, quod & nos latiùs infra cap. ſeq.quæſt.1.concl.3. comprobamus; tamen id aliquando fallat neceſſe eſt ; vt enim alios caſus omittam, nonne admittendum hoc eſt,vbi tertius,aut quartus Canonicus,exempli gratia,ex duodecim, habeat præbendam generali reſeruatione affectam, quæ regulariter impedit optionem,d.cap. fin.cum ibi not. & latiùs per nos traditis ca.præced.quæſt.3.ferè per tot.? nullus etenim dixerit, illum optare nō poſſe præbendam dimiſſam ab antiquiore per optionem, aut etiam vacantem, ſi nullus antiquior eam optauit,quod etiam tradit ipſe Gonzal. d. Gloſ.34.num.42. & tamen nullus ſequens eius præbendam tāquam reſeruatam poterit optare,& ſic quoad ſequentes ceſſabit gradatio:quòdſi dubium id eſt, per adducta

Digitized by Google

ſta d.quæſt.3.& hac concl.ad fi. pone caſum in Pœnitentiario, & alijs, vt dicemus in fi. huius concluſ. gradatio igitur prædicta ſolũ fieri quoad omnes debet, quando, & quatenus poteſt, vt latiùs explicabimus cap. ſeq. quæſt. 1. in fin. vbi alios caſus habebis, quibus hęc gradatio ceſſat; aliàs ſequeretur, quòd, ſi vnus ex medijs Canonicis optare de iure non poſſet, non modò eum ſequentes, ſed & præcedentes, atque adeo antiquiores non poſſunt; vt, ſi coadiutus, qui quartus, v. g. ſit in ordine Canonicorũ, nequit per Gouzal. optare; cum non poſſit dimittere præbendam ſuam, quæ per eundem debet reſeruari pro coadiutore, ideoq; nec ſequens, cum non habeat, quid optet, neq; alij hunc ſequentes, cum hic nihil dimittat, ſicque de alijs; non poterunt antecedentes quoq; coadiutum optare; quod nec ipſe Gonzalez abſurdiſſimum fore, vt reor, vnquam inficiabitur. Quòdſi quis obijciat, ideo non poſſe optare coadiutum, quia nec eius præbenda poteſt optari, vt in Pœnitentiario, & Theologo tenent ipſe Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 78. cum trib. ſeqq. & alij, quos retulimus ſup. cap. 3. quæſt. 6. & hoc cap. quæſt. 1. concl. 3. quia idem operari debet oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. & ſi contra tabulas, ff. de vulg. & pupill. cap. ſciendum, 8. quæſt. 1. dicimus, contrarium eſſe verius, vt nimirum Theologus, & Pœnitentiarius optare poſſint, ſimulq; obiectis reſpondimus d. concl. 3.

Dato igitur etiam, ſed non conceſſo, præbendam illammet, quam habet coadiutus, optari non poſſe, quia reſeruata ſit coadiutori, adhuc poterit ipſe optare, licèt non poſſent ſequentes, quia non haberent, quid optarent, ſicut ſi alia ratione verè foret reſeruata, ex prædictis. Et quod coadiutus indiſtinctè optare poſſit, tenet Nic. Garz. quem poſt hæc ſcripta vidi, tract. de benefic. par. 4. cap. 5. num. 120. & ſeq.

162 Sed iure dici poteſt, † eam quoque præbendam poſſe optari, coadiutori verò reſeruatam cenſeri, foreq; aſſignandam præbendam illam, quæ vltimò manſerit inoptata, tum quòd Papa non modo in gratijs beneficialibus, quæ vt ambitioſæ ſunt reſtringendæ, cap. quàmuis, de præben. in 6. Sed & in ſuis conſtitutionibus numquam cenſetur derogare ſtatutis, & conſuetudinibus rationabilibus locorum, niſi de ijs inibi caueatur expreſsè, vt habetur in cap. 1. de conſtit. in 6. tum ex tex. d. cap. fin. de conſuet. eod. lib. vbi de expectantibus Apoſtolicis dicitur, quod cum in Eccleſia, in qua eſt conſuetudo optandi præbendas, mandatur prouideri alicui de præbenda nulli alij de iure debita proximò inibi vacatura, huiuſmodi non obſtãte mandato poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare, cùm præbenda vacabit, & illa, quæ optata non fuerit, ſi nulli ſit debita, erit illi, pro quo ſcriptum eſt, conferenda. negari autem non poteſt magnam eſſe ſimilitudinem inter hunc expectantem, & coadiutorem cum futura ſucceſſione; vterq; enim habet tantùm ius ad beneficium, & prębendam, prout de expectante, ſeu habente ius ad vacatura eſt tex. in c. ſi

is,

is,cui,cum ſeq. de præb.in 6.cap.ne captandæ,& cap.vlt.de conceſſ præben.eod. lib. de coadiutore,latè idē Gonzal.d.§.9.num.78.& ſeqq. Nec vis facienda eſt,quòd expectans habeat ius ad incertum beneficium, coadiutor verò ad certum ; nam & præbenda expectantis certificatur per primam vacationem, iuxta ea, quæ latè tradit ipſemet Gonzal. d. Commentar. Reg.8. Gloſ. 67. eaq; vlt.num.32.& duob.ſeqq. præcipuè per tex.in l.certum, vbi latè Dec.& alij,ff.ſi cert.pet.

Neq;etiam obſtat, ſi dicatur, per conceſſionem coadiutoris cum futura ſucceſſione in præbenda Titij, cùm primùm vacauerit per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam dimiſſionē, tamquam per manus appoſitionem Papæ induci affectionem, ſeu quandam reſeruationem, ad tradita per eundem Gonzal.poſt alios d. Comment.Gloſ.52.ferè per totam ; quæ ſic facta impedit optionem , vt poſt Falcon.de reſeruat. benef. quæſt. 4. princ. effec. 37. tradit idem Gonzal. d. Gloſ. 34. num.41. Nam primùm quidem manus appoſitio Papæ non inducit reſeruationem beneficij,quando fit ad alium affectum , quàm conferendi , vt probat idem Gonzal. d.Gloſ. 52.num.38.vſque ad 42. deinde tam Gonzal. d. Gloſ. 34.num.41.quàm Falcon.ab eo relatus illud aſſerunt ſub verbo,fortè; & alij plerique; à Gonzal.num.40.adducti abſolutè affirmant, reſeruata ſpecialiter præbenda Titij eam intelligi reſeruatam , quam is deinde optauit,& tempore obitus poſſidet. & ipſe Gonzal.num.42.tenet ſimpliciter , neminem impediri optare , quàmuis habeat etiam generaliter reſeruatum beneficium ratione optionis dimittendum,poſt Card. conſil. 126. num. vlt. dicens etiam,ita fuiſſe deciſum à Rota in vna Salamantina integrę portionis 18.Octobris 1584.coram Vicecomite; quia nimirum illud reſeruatum cenſeatur,quod tempore mortis habere is comperietur .

Quòd ſi hæc de reſeruatione tamquam omnino vera admittamus , tunc loco caſus de reſeruatione , quem contra Gonzalez circa medium huius concluſ. poſuimus , ponendus erit in præbenda Pœnitentiarij, Theologi,& Doctoris,vel Magiſtri , quorum præbenda optari nō poteſt,vt cap.præced.q. 6.ex ipſo etiam Gonzal.d.Gloſ.34.num.78. & quatuor ſeqq.docuimus; & tamen ipſi optare poſſunt , vt ſup. hoc ipſo cap.quæſt. 1. concl. 3. contra eundē oſtendimus; vnde idem abſurdum deduci in hoc caſu poteſt , quod in caſu reſeruationis ibidem, nimirum ſupr. hac ipſa concluſ. circa mediū contra hunc Auctorem deduximus. Sed & alios caſus , in quibus ceſſat prædicta gradatio,referemus c.ſeq. q. 1. ad fin.

Quarta , & poſtrema Concluſio. Coadiutor cum futura ſucceſſione Dignitatem,Canonicatum, vel Portionem in Eccleſia Cathedrali , vel
163 Collegiatæ obtinenti datus † optare non poteſt.Probatur, quia non niſi titularis,& beneficiatus in Collegiali Eccleſia optare poteſt , vt ſup. concl. 1. ad fin. ex alibi deductis oſtendimus. at verò coadiutor cum futura ſucceſſione non eſt,vt ſic,titularis,aut beneficiatus, vt præter citatos

tatos initio præced. concluſ. tenet Gonzalus Mendez lib. 4. diuerſ. iuris argum.cap 1.num.8. & ferè per tot.eã ſubdens huius rei rationem,
164 quia talis coadiutor † non tenetur præcisè reſidere,neq; ad hoc poteſt compelli, cum beneficium non habeat,ſed ſolùm tenetur ad cauſatiuam reſidentiam,quia,ſi non reſederit,non lucrabitur fructus,ac de illis propter ſuam non reſidentiam amiſſos ſatisfacere tenetur coadiuto, quod & docet Hier. Gonzal. d. Gloſ.5.§ 9.num.122. & priùs num. 65.num.autem 66.aliam eiuſdem rei affert rationem, quia non per obitum, vel ceſſionem coadiutoris
165 vacat beneficium † ſed per ceſſum, vel deceſſum,aut aliam amiſſionem coadiuti,vt adnotauit Put.dec.226. num.3.lib.3. & conſtat ex ipſis litteris coadiutoriæ, præcipuè illis verbis;Canonicatum, & præbendam prædictos,quorum, ac illis forſan annexorum fructus, cùm primùm illos per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, vel Religionis ingreſſum, aut quamuis aliã dimiſſionem,vel amiſſionem ipſius Franciſci,(coadiuti nimirum,) etiã apud Sedem Apoſtolicam,&c. vacare contigerit, etiam ſi &c. cum annexis huiuſmodi, & plenitudine iuris Canonici,ac omnibus iuribus,& pertinentijs ſuis eidem Antonio, (coadiutori,) ex nunc,prout ex tũc, & è contra, etiamſi tempore vacationis huiuſmodi dictum coadiutoris officium exercere non inceperit &c. dicta auctoritate noſtra conferas,& aſſignes;ac Canonicatum, & præbendam prædictos eidem Antonio collatos,& aſſignatos,ſibiq; de illis prouiſum eſſe,ac etiam ex nunc plenum ius ſibi in illis, vel ad illos quæſitum exiſtere, ipſosq; Canonicatum, & præbendam de cetero ex perſona ipſius Franciſci, ad hoc, vt de illis alteri,quàm d. Antonio prouideri poſſit,minimè vacare &c. dicta auctoritate decernas.Idemq. colligitur ex alijs verbis pleriſq; earundem litterarum,quæ nimis longum eſſet referre.

166 Neq; obſtant† prædicta verba; ex nunc,prout ex tunc,&è contra, ei conferas Canonicatum,&prębendam,& illa,ex nunc plenum ius ſibi in illis exiſtere, quaſi etiam cùm primum ſit coadiutor Canonici ſit Canonicus,iuxta vim prædictarũ dictionum, ad tradita per Doct.cum alibi ſæpe,tum præcipuè cap. 2. de conſtit.& Clem.2.de hęret. cap præterea,de appell.Clem. 1. de conceſſ. præb.& in l. huiuſmodi, ff. de verb. oblig.Fel.cap. licèt cauſam,not. & num.6.poſt Bal.cap.1.de mil. vaſal. qui contum.eſt, & Auth. contra rogatus,in princ. C.ad Trebel.nam primò eæ dictiones referri poſſunt ad actum executoris, hoc eſt collationem, & aſſignationem,ac decretum,non ad eius actus effectum. deinde verba hęc,vt cetera,ſemper exponi debent,ne ſequatur abſurdum, vt inter alios notauit Abb.d. cap.2. num.7.quare ſenſum illum habebũt verba prædicta, vt coadiutor eueniẽte caſu vacationis non egeat noua prouiſione, collatione, aut aſſignatione,ex qua in Canonicatu, & prębenda,quę erant coadiuti,ius acquirat: aliàs,cum ex citatis omnibus verbis,& alijs fundamentis ſuperiùs adductis conſtet, coadiutum

durante

durãte coadiutoria titularem, ac beneficiatum, remanere, ſi etiam coadiutor eſſet talis, darentur duo titulares eiuſdem beneficij in ſolidum, quod canones abhorrent, toto ferè tit. de præben. & de conceſſ. præben. extra & in 6. ac ſæpe in tit. de reſcript. eod. lib. & iuris certiſſimi eſt, duos dominos, aut poſſeſſores in ſolidum eiuſdem rei eſſe non poſſe.

Minùs obſtant illa verba coadiutoriæ, quibus Sũmus Pontifex vult, quòd coadiutor tamquam Canoni-
167 cus † loco, & vice coadiuti Eccleſiæ inſeruire, ſtallumq; in Choro, ac locum, & vocem in Capitulo habere poſſit, & debeat: nam non ideo vult, eum eſſe verè Canonicum durante coadiutoria, ſed ſimilitudinariè tantùm; dictio.n. tamquam, ſimilitudinem aliquando, non veritatem ſignificat, vt inter alios in ſpecie adnotauit Alberic. in ſuo Dictionario, verbo, tamquam, ad id allegans tex. in cap. dudum, il 1. ibi, tam quã Præpoſito, de elect. & illud Euãgelis Matth. 27. tamquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me: quibus adde tex. in cap. cum in Eccleſia, ibi, tam quam Canonicus licet Canonicus non exiſtat de præben. in 6. quod etiam ex eo colligitur, quòd in ijſdem litteris coadiutoriæ mandatur executori in hæc verba; ac inducens per te, vel alium, ſeu alios, dicto coadiutoris officio ceſſante, eundem N. (coadiutorem nimirũ vel procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ, &c. ac etiam faciens eundem N. coadiutorem in dicta Eccleſia in Canonicum recipi & in fratrem, ſtallo ſibi in Choro, & loco in Capitulo d. Eccleſiæ cum dicti iuris plenitudine aſſignatis; vnde conſtat, eum antea non fuiſſe, aut eſſe verè Canonicum, & ceteris prædictis iuribus Canonicatus, ac præbendæ caruiſſe; & præſertim eorum poſſeſſione, quæ tamen requiritur
168 † ſimul cum titulo, vt quis optare poſſit, iuxta tradita per Doct. d. cap. fin. de conſuet. in 6. & eundem Gonzal. d Commentar. §. 3. proëm. nu. 23. & multis ſeqq. Stantibus autem his reſponſionibus ad verba in hac, & præced. obiectione relata, conſtat, ex ijs non fieri retrotractionem, vt nimirum coadiutor ſecuta ſucceſſione fingatur retro Canonicus à die cõceſſionis, aut poſſeſſionis coadiutoriæ, ad affectum etiam, vt cenſeatur antiquus Canonicus, & præferatur in ſeſſione, vel optione Canonicis medio tempore receptis ad notata in cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. c. præterea, il 2. de appell. cum ſimil.

169 Non obſtat etiam, quòd † ad titulum coadiutoriæ cum futura ſucceſſione poteſt quis ordinari, Nauar. de orat. cap. 20. num. 18. Lopez ad Prax. Diaz cap. 18. num. 7. nam alius eſt titulus ordinationis, alius beneficialis; vnde licèt patrimonium, aut penſio Eccleſiaſtica non ſint beneficium, ad eorum tamen titulum poteſt quis ordinari, cap. non licet, cap. Epiſcopus, & cap. tuis, de præb. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.

170 Non obſtat quoq; † talem coadiutoriam habere vim reſignationis, Put. deciſ. 108. num. 2. lib. 1.

Digitized by Google

Mohed.deciſ. 10.circa princ.de priuil. quia conceditur de cõſenſu coadiuti, qui habet vim reſignationis, Gloſ.c. beneficium, verbo, aſſenſus de regul. in 6. & ſic in coadiutoria locum habet reg. 44. de conſenſu. Put. d.deciſ.108.num.1.Nam habet vim reſignationis minùs propriè,id eſt,ad effectum,vt requiratur conſenſus coadiuti, Put. deciſ. 108. num. 2.lib.2.nec propriè dicitur reſignatio, ibid. num. 3.& deciſ.226.num. 9.lib.3.& Rot. deciſ.10.num. 3. lib. 3. par. 3.diuerſ. conſenſus autem tunc habet vim reſignationis, cùm eſt,vt prouideatur alteri de ſuo beneficio ſtatim, perfectè, & irreuocabiliter, quod non fit in coadiutoria,Moed.d. deciſ. 10. ad medium.

171 Non obſtat præterea, quòd † in caſibus,quibus nequit Papa cõferre beneficia ſecundùm Concordata Germaniæ,nequit etiam concedere has coadiutorias,Caſſad. dec. vnic. de pac. Put. d.deciſ. 108. & 226. Rot. d. deciſ.10.num.2. ſicut etiam eædem tolluntur per Indulta Cardinalium, Mohed. d. deciſ. 10. Put.deciſ.479. lib.2.Rot. deciſ. 46. lib. 1. & deciſ.10.lib.3.par.3. diuerſ. Pariſ.trac.de reſig.benef.lib.6.q. 5. num.69.& 70.Mandoſ.de ſign.grat. verb.coadiutoriæ,col.3.verſ.clauſulam.nam id erit, quia per has coadiutorias tolleretur facultas conferendi beneficium ipſum cùm primùm vacauerit, & ſic ſine expreſſa, & ſpecifica derogatione tollitur tunc vis Concordati,& Indulti.

172 Deniq; non obſtat,quòd,† ſicut coadiutus, ita hic coadiutor poteſt abeſſe illis tribus menſibus, de quibus Trid. Concil. ſeſſ.24.cap.12. de reform.vt conſuluit Nauar. conſ. 1. num. 6.de cler. ægrot.Rot. in d.Salamantina,coram Pegna, vbi etiam docent, legitimè impeditum coadiutorem poſſe percipere diſtributiones:nam vtrumq; poteſt coadiutor non proprio nomine,ſed coadiuti.vt per Nauar.ibid. Et hæc de hoc Cap.

SVMMAE RERVM.

1 *Optionem gradatim fieri,quot modis accipi poſſit.*

2 *Antiquiores Canonici priùs optare debent. Idem in alijs Collegijs optantibus.*

3 *Antiquiore Cànonico differente optionem vacantis præbendæ intra debitum tempus, quomodo poſſit eam optare poſtea receptus.*

4 *Agnitio bonorum poſſeſſionis facta per ſequẽtem in gradu intra tempus primi operatur ſtatim effectum ſuum,vbi præcedens in gradu non agnoſcat.*

5 *Expectans poſterior in data acceptans præbendam, ſeu aliud beneficium intra menſem primi nõ tenetur amplius acceptare in ſuo menſe,vbi primus debito tempore ſibi aſſignato non acceptauit,ſed ſtatim elapſo dicto menſe acceptatio illa operatur ſuum effectum.*

6 *Optans domum, vel præbendam vi detur neceſſariò habere debere quod dimittat. Contrarium; num. ſeq.*

8 *Melius eſt habere, quàm non habere.*

9 *Minus ſolutum intelligitur,quàmuis nihil ſolutum ſit.*

10 *Dictio hæc, amplius, ſatis aptè ad*

eum

eum quoq; pertinet, cui nihil debetur.

11 *Contingentia vt plurimum attendenda ſunt.*

12 *Antiquior Canonicus, qui poſtea mutauit prabendam per collationem, & impetrationem in eadem Eccleſia, poſterior eſt in optando, illo Canonico, qui medio tempore receptus fuit.*

13 *Poſſeſſio capta nomine Camera Apoſtolicæ ad inſtantiam alicuius an ſufficiat, vt is antiquior dicatur.*

14 *Antiquiore Canonico non optante vacantem prabendam, optat ſequens, & ſic deinceps. & ibi quomodo ſumatur dictio, gradatim, in tex. cap. fin. de conſuet. in 6.*

15 *Antiquiore optante vacantem prabendam, ſequens optare poteſt prabendam ab eo dimiſſam, & ſic ceteri gradatim.*

16 *Prabendarum, & Canonicorum varij ordines, & gradus, & duob. num. ſeqq.*

18 *Prabenda aliquibus in locis alia Subdiaconales, alia Diaconales, alia Presbyterales.*

19 *Dignitates quadam ſunt in Eccleſiis Collegiatis, & qua illa ſint.*

20 *Ordo aliquis annexusne fuerit prębendis de iure antiquo.*

21 *Ordo certus annexus erat etiam de iure antiquo Dignitatibus.*

22 *Subdiaconus eſſe debet Canonicus, vt habeat vocem in Capitulo.*

23 *Prabendis, ſeu Canonicatibus Cathedralium ex iure Conc. Tridentini debet eſſe annexus certus ordo Subdiaconatus, Diaconatus, vel Presbyteratus.*

25 *Canonici prębendati, ac Dignitates debent infra annum ſuſcipere ordinem requiſitum: omnino verò & in ea ætate eſſe conſtituti, vt illum intra idem tempus poſſint ſuſcipere; num. 25.*

26 *Optio locum habere poteſt ex ſpeciali conſuetudine, vbi prębenda ſunt diuerſorum generum.*

27 *Optio quando locum habeat de vno ordine ad alium in Cathedralibus, aut in alijs Eccleſiis Collegiatis, vbi certus ordo prabendis annexus ſit. Item quid in Dignitatibus, quæ non ſint reſeruata; num. 28.*

29 *Optans debet admitti per Capitulum, vel eum, qui praeſt Capitulo. niſi tamen hac ſolemnitas contraria conſuetudine ſublata ſit; nu. 30. Immo fortè non requiritur etiam tacitus conſenſus Capituli, ſed ſufficit notificare Capitulo optionem; num. 31.*

32 *Collatio, aut inueſtitura non requiritur in optione.*

33 *Apprehenſio poſſeſſionis an ſit neceſſaria in optione prabenda, aut domus; & num. 36.*

34 *Ius in beneficio acquiritur per ſolam collationem, ante apprehenſionem poſſeſſionis.*

35 *Apprehenſio poſſeſſionis poſt collationem beneficij cur neceſſaria ſit, & ad quid proſit.*

37 *Poſſeſſio beneficij, & prabenda, ſeu domus optata, vbi a nemine detineatur, poſſet capi propria auctoritate.*

38 *Poſſeſſio beneficij capi debet ad cornu altaris, ſecus in prabenda optata.*

39 *Apprehenſa poſſeſſione prabenda non cenſetur apprehenſa poſſeſſio do-*

Digitized by Google

domus optata, neq; apprehenſo vno fundo eſt apprehenſus alter.

40 *Poſſeſſio beneficij, ſeu prabenda, aut domus optata intra quantum tempus capi debeat, remittitur arbitrio iudicis. vbi etiam habes formulam Inſtrumenti optionis pro diuerſa facti ſpecie.*

41 *Simonia committitur, ſi vendatur ſpirituale, vel ſpirituali annexum; & num. ſeq.*

42 *Simonia quomodo definiatur.*

43 *Spirituale, prout eſſe poteſt materia ſimonia, quomodo definiri poſſit. & quotuplex ſit; num. 44.*

45 *Annexorum ſpiritualibus quadam ſunt couſequenter annexa, quadam antecedenter. Item quadam annexa immediatè, quadam mediatè; num. 46.*

47 *Ius optandi dici poteſt annexum ſpirituali dependenter, ſeu conſequenter, & mediatè.*

48 *Simoniacus conuentionalis non incurrit ipſo iure vllam pœnam ſimoniacis a iure inflictam, ſed pœna arbitraria puniri debet.*

49 *Simonia ex vna parte tantùm completa inducit obligationem reſtituendi quod acceptum eſt, ſi ſit temporale.*

50 *Simonia conuentionalis, non autem realis dicitur, qua ex vna tantùm parte complecta eſt.*

51 *Optans, licet nolit pecuniam promiſſam ſoluere, poteſt retinere prabendam optatam.*

52 *Optans, & permittens, optare interueniente pecunia committit ſimoniam; & num. ſeq.*

53 *Simonia committtitur in renuntiatione; & acquiſitione beneficij intercedente pretio.*

54 *Optio, ſeu ius optandi non competit niſi habenti prabendam, & clericatum.*

55 *Penſionem redimens propria auctoritate ſimoniam committit.*

56 *Optans, vel permittans optare interueniente pretio non incidit in excommunicationem.*

57 *Simoniacus dumtaxat realis in ordine, vel beneficio eſt excommunicatus.*

58 *Optans, vel permittens optare medio pretio puniri debet pœna arbitraria.*

59 *Pactio ſimoniaca ſuper optione nullam inducit obligationem.*

60 *Optio facta ab eo, cui per ſimoniã conceſſum fuit ius optandi, nulla eſt. facta verò ab eo, qui capax eſt, valet; num. 61. licèt is priuari poſſit prabendà optata; nu. 62.*

63 *Optans ſi ſuccumbat in lite cum eo, qui eandem prabendam optauit, ſed poteſt ad ſuã redire, ſi cũ proteſtationem optauit; & num. ſeq.*

64 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, quando aliquid operetur.*

65 *Clauſula (nec aliter, nec alio modo, etc.) quid operetur.*

66 *Malè optans, vt quia prabenda erat reſeruata, ſi iuſtè id ignorauit, & optatam dimiſit, ſtatim redire poteſt ad ſuam prabendam, licèt alteri fuerit aſſignata.*

67 *Malè prouiſus de beneficio, cuius vigore optauit ſucceſſiuè plures prabendas, debet omnibus priuari niſi iuuetur reg. de triennali, alioue titulo.*

68 *Reſtituto primo, qui malè optauit, ceteri etiam, qui ſucceſſiuè malè optarunt, reſtitui debent.*

69 *Error*

Digitized by Google

69 *Error in primo gradu tolli debet etiam quoad ſequentes gradus.*

70 *Pluribus gradatim, ſed malè optantibus, is non reſtituitur, qui ſcienter malè aliquid optauit, vel non ſtatim, ac ſciuit, illud dimiſit.*

De modo optandi, ſeu qualiter fiat Optio. Cap. V.

QVAERO PRIMO, An optio ſemper fiat gradatim;

1 Quatuor † ſenſus, ſeu intellectus admittere videtur hæc quæſtio, quorum primus eſt; An ſemper antiquiores priùs optent, deinde iuniores. Secundus; An ita optio fiat, vt qui primus, ſeu antiquior eſt, optet, ſi velit, aliàs optet ſecundus, & eo nolente tertius, aliàs quartus, & ſic deinceps. Tertius; An ſicut primus antiquior optat vacantem præbendam, ita ſequens in ordine optet præbendam antiquioris, alius verò, qui eum ſtatim conſequitur, optet præbendam dimiſſam ab illo ſecundo, & ſic de ceteris. Quartus; An, ſicut intra eundem ordinem, & gradum præbendarum, admittatur optio etiam intra diuerſos ordines, vt puta quòd primus, ſeu antiquior Subdiaconus optare poſſit vltimam præbendam Diaconalem, primus Diaconus poſtremam Sacerdotalē, antiquiorque Sacerdos aliquam ex Dignitatibus vacantem, quæ in Regul. Cancellar. Apoſt. non comprahendatur. Ex quibus, quoniam hic poſtremus intellectus coincidit cum ſeq. quæſt. de eo ibi agemus. de alijs tribus per ſequentes concluſiones reſpondebimus.

Prima Concluſio. Antiquiores

2 † regulariter priùs optare debent, quàm iuniores, ſatis id patet ex tex. d. cap. fi. ibi, antiquiores Canonici gradatim meliores, ſi voluerint, poſſint, cùm vacant, per ſe, vel alios optare præbendas, & quod ibi tradunt Doct. omnes, de conſuet. in 6. antiquiores inquam receptione, prout latiùs explicando oſtendimus, cap. præced. quæſt. 1. concl. 4.

Quædā tñ circa hanc concluſ. adnotanda ſunt, quæ etiam ad ſequentis, & illius 4. concluſ. explicationē, modumq; optandi ſpectant. Primò,

3 quòd † ſi canonicus antiquior differt optare intra legitimum tempus, ita vt ſit periculum, ne illud labatur ad damnum iuniorum, poterit iunior ſequens optare præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio iunioris in euentum, quo ſenior, ſiue antiquior intra tempus ſtatutū non optauerit. ita voluiſſe videtur Gloſ. pen. d. cap. fin. de conſuet. in 6. ſed apertè tenet Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 76. poſt Tiraquel. cum multis, de retract. conuent. §. 2. Gloſ. 1. nu. 66. Staphil. tract. de lit. grat. tit. de vi, & effect. clauſul. verſ. ſucceſſiuè in huiuſmodi litteris, ſequitur Zerol. in Prax. Epiſ. verbo, canonia, verſic. ad ſeptimum. concluſ. 4. Add. ad Ro. deciſ. 3. de conſuet. in nou. ad quod optimè facit Aegid. deciſ. 468. de conceſſ. præb. & tex. iuncta Gloſ. in l. fin. C. qui admit. vbi agnitio bono-

4 rum † poſſeſſionis facta per ſequentem in gradu intra tempus primi, qui eum præcedit, & ſic ante tempus congruum, operatur effectum ſuum tempore congruo, nec eſt neceſſaria alia

alia agnitio; quod tanquam ſingulare not. ibi Rom. noſter verò caſus eſt in fortioribus terminis, cum hi iuniores optent intra legitimum tempus: facit & optimè, quod poſt Salic. Cald. & Bellam. contra Io. An. tradit Staphil. loc. cit. quòd † quando ex duobus expectantibus ſecundus in data acceptauit intra menſem primi, valet eius acceptatio, ſi primus debito tempore non acceptet, neq; noua acceptatio requiritur in ſecundo menſe. Reliqua ſpectantia ad tempus optionis latiùs proſequemur cap. ſeq. per totum.

Secundò not. quòd, quãuis videa-
6 † tur eum Canonicũ antiquiorẽ, qui optare velit præbendam, vel domũ, neceſſariò debere habere aliquid, quod dimittat, ad hoc, vt præferatur iuniori; tum quòd optio inter plura cadat, vt ſupra cap. 1. q. 1. admonuimus; tum quòd id ſatis apertè colligi videatur ex tex. d. c. fi. dum dicit, illa præbenda, quę optata non fuerit, erit illi, pro quo ſcripſimus, conferenda; vbi id ſupponunt Doct. de conſuet. in 6. Ex quo illud ſequi videtur, quòd, ſi quis antiquior haberet Canonicatum ſine præbenda, prout accidere poteſt, iuxta text. in c. cum, cui, de præben. in 6. & c. fin. de conceſſ. præben. eod. lib. & ea, quę latiùs trademus infr. cap. 7. quæſt. 1. vel prout ſæpe contingit, domo careat, non poterit optare, ſed optabit ſequẽs, qui aliquid habeat, quod dimittat, idque deinde optabit antiquior. Tamen meliùs rem conſide-
7 ranti apparebit, † illum antiquiorem, qui nihil habet, optare poſſe, neque ei præferri debere iuniorem aliquid habentem, quod dimittat; tum quia in hoc caſu militant omnes rationes, & æquitates, quas ſup. cap. 2. quæſt. 1. adduximus ad oſtendendam rationabilitatẽ huius conſuetudinis, vt cuique facilè apparebit: tum quia ſat eſt, quod quo modo cadat electio; Nam & meliùs eſt
8 † habere, quàm non habere; & id rectè dicimus, cum & minus ſolutum
9 intelligatur, † etiam ſi nihil ſit ſolu-
10 tum, & verbum amplius, † ad eum quoque pertineat, cui nihil debetur, vt ſunt tex. ad litteram, in l. minus ſolutum, & l. verbum amplius, vbi latè Rebuf. Alciat. & alij, ff. de verbor. ſignif. & tradit etiã idem Alciat. in l. ſi ita a te, ff. eod. tit. Catel. Cotta in Memor. verbo, minus; apud quos habes alia pleraque ſimilia exempla, ex quibus quoque ferè ſoluuntur contraria. Ad id verò, quod ex tex. & Doct. auctoritate ſumitur in d. c. fin. de conſuetud. in 6. reſponderi poteſt, neq; illum tex. neque Doctor. eo loci negare, quin huiuſmodi antiquior nihil habens, quod dimittat, optare poſſit; ſed attendendo, quod
11 vt plurimum accidit, † iuxta tex. in cap. ſæpe, de appell. & l. nam ad ea, ff. de legib. de ijs ſolùm loquuntur, qui præbendam habent, vel aliquid, quod dimittant. Vel etiam, & meliùs dici poteſt, admittendum id eſſe in caſu ſpeciali illius tex. cùm Papa mandat alicui prouideri de præbenda primò vacatura; idq; ne diſpoſitio, & gratia Principis reddatur eluſoria, contra vulgatas iuris regulas: quare tunc optare non poterit, qui non habet præbendam, quam dimittet, ſed optabit ſequens, & præbenda inoptata dabitur expectanti.

12 Tertiò not. in optionibus † eũ non cen-

cenſeri antiquiorem, ideoque præferendum non eſſe, qui, cum priùs eſſet Canonicus, poſtea mutauit præbendam, & Canonicatum per impetrationem, & collationem; ſed præferri debere eum, qui poſt primam illius receptionem, ante tamen ſecundam, receptus fuit in Canonicũ. & ratio eſt, quia ille mutauit non ſolùm præbendam, ſed etiam Canonicatum, atque adeo nouus Canonicus eſt, & dicitur nouiter receptus, cum non tamquam Canonicus, vt in optione contingit, ſed tamquam extraneus aſſecutus ſit eam præbendam; atque inde videmus, denuo illi capiendam eſſe poſſeſſionem, admitique ad oſculum, recipi in fratrem, nouiſſimum, ac poſtremum locum in eodem ordine tenere, (niſi in eodem à ſocijs eius ordinis manere permittatur, cum quiſq; iuri ſuo renuntiare poſſit, iur. vulg.) & ſimilia ei eſſe facienda, quæ nuper recepti facere conſueuerunt; atq; adeo meritò cenſeri debet poſteriùs admiſſus, ac receptus, & per conſequens in optione huic medio tempore recepto poſtponendus eſt, iuxta tex. cum ibi traditis, d. c. fin. Sic etiam Anchar. cap. ex transmiſſa, (qui tex. ad id optimus eſt,) in 3. not. de renunt. docet, quòd Canonicus ſemel ab Eccleſia abſolutus, ſi poſtea recipiatur, non habebitur, vt antiquus Canonicus, ſed vt nouus; Anchar. ſequitur Monal. conſ. 57. num. 17. Sic & Flam. Pariſ. tract. de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 4. nu. 73. poſt Prob. trac. de iur. Regal. quæſt. 5. & alios ſcriptum reliquit, quòd, ſi Canonicus iurauit in ſua prima inſtitutione, & poſtea renuntiauit beneficio, ſi iterum receptus fuerit in Canonicum, debet denuò iurare tamquam nouus Canonicus nunquam receptus, quia per illam renuntiationem fuit ſolutus eo iuramento antiquo. Eadem etiam ratione Nauar. conſ. 61. aliàs 97. nu. 4. de ſimon. reſpondit, eum, qui Canonicatum ſimoniacè aſſecutum renuntiat in manibus Superioris, & mox de eodem prouidetur, debet habere vltimum locum, & omnia alia facere, ac ſi de eo aliàs non fuiſſet prouiſus, quoniam idem facere deberet, ſi per obitum fuiſſet prouiſus: necnon per text. qui ſanè optimi ſunt, in cap. quamuis, de reſcrip. in 6. cap. ex inſinuatione, & cap. quoniam, de ſimon. vbi Fel. Soc. & alij: & in quolibet reſignante, ſi redeat ad eundem Canonicatum, quòd non habeat eundem locum, docet Pariſ. d. lib. 1. quęſt. 14. num. 27. ſubdens, ita pluries deciſum fuiſſe in Rota. & generatim in quouis, qui dimittit Canonicatum, quòd, ſi iterum ad illum admittatur, non debeat eundẽ locum habere, tradit Ioan. de Montaign. in tract. de auctorit. Mag. Conſil. num. 82. & ibi Boer. in addit. ex Bart. in l. 2. vbi optimus tex. ff. de decurion. ac Fel. d. cap. ex inſinuatione, in fi. de ſimon. necnon per tex. in cap. mandamus, 19 quæſt. 3. Id quod etiam docet Thom. Zerol. in Prax. Epiſc. verbo, Canonia, verſ. ad octauum, poſt Rot. & alios; idemq; Flam. Pariſ. d. quæſt. 14. num. 25. & ſeq. vbi poſt Card. Pariſ. conſ. 93. num. 11. vol. 4. tradit, ab huiuſmodi reſignante amitti ius, & prærogatiuam antiquitatis; indeq; infert in hac noſtra ſpecie iuris optandi, quòd iſte, qui recuperat Canonicatum à ſe priùs

Digitized by Google

alia agnitio; quod tanquam ſingulare not. ibi Rom. noſter verò caſus eſt in fortioribus terminis, cum hi iuniores optent intra legitimum tempus: facit & optimè, quod poſt Salic. Cald. & Bellam. contra Io. An. tradit Staphil. loc. cit. quòd † quando ex duobus expectantibus ſecundus in data acceptauit intra menſem primi, valet eius acceptatio, ſi primus debito tempore non acceptet, neq; noua acceptatio requiritur in ſecundo menſe. Reliqua ſpectantia ad tempus optionis latiùs proſequemur cap. ſeq. per totum.

Secundò not. quòd, quãuis videa-
6 † tur eum Canonicũ antiquiorẽ, qui optare velit præbendam, vel domũ, neceſſariò debere habere aliquid, quod dimittat, ad hoc, vt præferatur iuniori; tum quòd optio inter plura cadat, vt ſupra cap. 1. q. 1. admonuimus; tum quòd id ſatis apertè colligi videatur ex tex. d. c. fi. dum dicit, illa præbenda, quę optata non fuerit, erit illi, pro quo ſcripſimus, conferenda; vbi id ſupponunt Doct. de conſuet. in 6. Ex quo illud ſequi videtur, quòd, ſi quis antiquior haberet Canonicatum ſine præbenda, prout accidere poteſt, iuxta text. in c. cum, cui, de præben. in 6. & c. fin. de conceſſ. præben. eod. lib. & ea, quę latiùs trademus infr. cap. 7. quæſt. 1. vel prout ſæpe contingit, domo careat, non poterit optare, ſed optabit ſequẽs, qui aliquid habeat, quod dimittat, idque deinde optabit antiquior. Tamen meliùs rem conſide-
7 ranti apparebit, † illum antiquiorem, qui nihil habet, optare poſſe, neque ei præferri debere iuniorem aliquid habentem, quod dimittat; tum quia in hoc caſu militant omnes rationes, & æquitates, quas ſup. cap. 2. quæſt. 1. adduximus ad oſtendendam rationabilitatẽ huius conſuetudinis, vt cuique facilè apparebit: tum quia ſat eſt, quod quo modo cadat electio; Nam & meliùs eſt
8 † habere, quàm non habere; & id recte dicimus, cum & minus ſolutum
9 intelligatur, † etiam ſi nihil ſit ſolu-
10 tum, & verbum amplius, † ad eum quoque pertineat, cui nihil debetur, vt ſunt tex. ad litteram, in l. minus ſolutum, & l. verbum amplius, vbi latè Rebuf. Alciat. & alij, ff. de verbor. ſignif. & tradit etiã idem Alciat. in l. ſi ita a te, ff. eod. tit. Catel. Cotta in Memor. verbo, minus; apud quos habes alia pleraque ſimilia exempla, ex quibus quoque ferè ſoluuntur contraria. Ad id verò, quod ex tex. & Doct. auctoritate ſumitur in d. c. fin. de conſuetud. in 6. reſponderi poteſt, neq; illum tex. neque Doctor. eo loci negare, quin huiuſmodi antiquior nihil habens, quod dimittat, optare poſſit; ſed attendendo, quod
11 vt plurimum accidit, † iuxta tex. in cap. ſæpe, de appell. & l. nam ad ea, ff. de legib. de ijs ſolùm loquuntur, qui præbendam habent, vel aliquid, quod dimittant. Vel etiam, & meliùs dici poteſt, admittendum id eſſe in caſu ſpeciali illius tex. cùm Papa mandat alicui prouideri de præbenda primò vacatura; idq; ne diſpoſitio, & gratia Principis reddatur eluſoria, contra vulgatas iuris regulas: quare tunc optare non poterit, qui non habet præbendam, quam dimittet, ſed optabit ſequens, & præbenda inoptata dabitur expectanti.

12 Tertiò not. in optionibus † eũ non cen-

cenſeri antiquiorem, ideoque præferendum non eſſe, qui, cum priùs eſſet Canonicus, poſtea mutauit præbendam, & Canonicatum per impetrationem, & collationem; ſed præferri debere eum, qui poſt primam illius receptionem, ante tamen ſecundam, receptus fuit in Canonicū. & ratio eſt, quia ille mutauit non ſolùm præbendam, ſed etiam Canonicatum, atque adeo nouus Canonicus eſt, & dicitur nouiter receptus, cum non tamquam Canonicus, vt in optione contingit, ſed tamquam extraneus aſſecutus ſit eam præbendam; atque inde videmus, denuo illi capiendam eſſe poſſeſſionem, admittique ad oſculum, recipi in fratrem, nouiſſimum, ac poſtremum locum in eodem ordine tenere, (niſi in eodem a ſocijs eius ordinis manere permittatur, cum quiſq; iuri ſuo renuntiare poſſit, iur. vulg.) & ſimilia ei eſſe facienda, quæ nuper recepti facere conſueuerunt; atq; adeo meritò cenſeri debet poſteriùs admiſſus, ac receptus, & per conſequens in optione huic medio tempore recepto poſtponendus eſt, iuxta tex. cum ibi traditis, d. c. fin. Sic etiam Anchar. cap. ex tranſmiſſa, (qui tex. ad id optimus eſt,) in 3. not. de renunt. docet, quòd Canonicus ſemel ab Eccleſia abſolutus, ſi poſtea recipiatur, non habebitur, vt antiquus Canonicus, ſed vt nouus; Anchar. ſequitur Monal. conſ. 57. num. 17. Sic & Flam. Pariſ. tract. de reſign. beneſ. lib. 1. quæſt. 4. nu. 73. poſt Prob. trac. de iur. Regal. quæſt. 5. & alios ſcriptum reliquit, quòd, ſi Canonicus iurauit in ſua prima inſtitutione, & poſtea renuntiauit beneficio, ſi iterum receptus fuerit in Canonicum, debet denuò iurare tamquam nouus Canonicus nunquam receptus, quia per illam renuntiationem fuit ſolutus eo iuramento antiquo. Eadem etiam ratione Nauar. conſ. 61. aliàs 97. nu. 4. de ſimon. reſpondit, eum, qui Canonicatum ſimoniacè aſſecutum renuntiat in manibus Superioris, & mox de eodem prouidetur, debet habere vltimum locum, & omnia alia facere, ac ſi de eo aliàs non fuiſſet prouiſus, quoniam idem facere deberet, ſi per obitum fuiſſet prouiſus: necnon per text. qui ſanè optimi ſunt, in cap. quàmuis, de reſcrip. in 6. cap. ex inſinuatione, & cap. quoniam, de ſimon. vbi Fel. Soc. & alij: & in quolibet reſignante, ſi redeat ad eundem Canonicatum, quòd non habeat eundem locum, docet Pariſ. d. lib. 1. quæſt. 14. num. 27. ſubdens, ita pluries deciſum fuiſſe in Rota. & generatim in quouis, qui dimittit Canonicatum, quòd, ſi iterum ad illum admittatur, non debeat eundē locum habere, tradit Ioan. de Montaign. in tract. de auctorit. Mag. Conſil. num. 82. & ibi Boer. in addit. ex Bart. in l. 2. vbi optimus tex. ff. de decurion. ac Fel. d. cap. ex inſinuatione, in fi. de ſimon. necnon per tex. in cap. mandamus, 19 quæſt. 3. Id quòd etiam docet Thom. Zerol. in Prax. Epiſc. verbo, Canonia, verſ. ad octauum, poſt Rot. & alios; idemq; Flam. Pariſ. d. quæſt. 14. num. 25. & ſeq. vbi poſt Card. Pariſ. conſ. 93. num. 11. vol. 4. tradit, ab huiuſmodi reſignante amitti ius, & prærogatiuam antiquitatis; indeq; infert in hac noſtra ſpecie iuris optandi, quòd iſte, qui recuperat Canonicatum a ſe priùs

Digitized by Google

poſſeſſum,& reſignatũ,nõ habet eandem antiquitatis prærogatiuam, ex qua poſſit optare,vt ante reſignationem poterat,dicitq; id fuiſſe reſolutum in Rota Rom. in vna Paduana optionis,coram Accorambono, teſte Cott. deciſ. 337. in manuſcript. Id ipſum deniq; confirmatur ex eo, quod poſt eundem Pariſ. d. tract. de reſign.benef. lib.3. quæſt.7.docebimus inf.cap.7.quæſt.2. in fi. reſtitutum a Principe ex gratia ad Canonicatum,ſeu præbendam non recuperare locum, & ſtallum in Choro; licèt ſecus ſit in reſtituto a iudice in integrum ex iuſtitia;vnde habemus ſingularem limitationem adhoc tertium Notab. Cetera, quæ pro eius maiori confirmatione poſſent hoc loco afferri, conſultò prætermittimus,quoniam rem ita ex prędictis, atq; etiam per ſe claram, & manifeſtam exiſtimamus, vt vlteriori probatione non egeat;& ſi caſus euenenemo, vt reor,erit, qui id in dubiũ velit,aut ſaltem poſſit reuocare: ſi enim, vt probauimus, is qui eundẽ Canonicatum,citra reſtitutionem ex iuſtitia,recuperat, adhuc dicitur nouus Canonicus,& amittit prærogatiuam antiquitatis,etiam ad effectum,vt non præferatur in optione, ſed poſtponatur recepto medio tempore,multò magis id erit admittendum in eo,qui alium Canonicatum etiam intra eundem ordinem poſtmodum aſſequitur.

Quæ verò pro complemento huius notab.& concluſ.faciunt,partim diximus cap.4.quæſt.1.concl.4. vbi de Pœnitentiario,&Theologo docuimus,alicubi eos præferri in loco,nõ in optione,& quæſt.vlt. de coadiutore,vel coadiuto, partimq; nunc dicemus. Videamus igitur, quid dicendum ſit de caſu ſingulari propoſito a Gonzal.d.Gloſ.34.num. 101. & multis ſeqq. qui talis eſt.

Petrus in Curia reſidens obtinuit prouideri de menſe Auguſti 1598. a Sanctiſſimo de Portione in quadam Cathedrali, necnon obtinuit Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ,cuius vigore veriſicatis verificandis obtinuit ſententiam declaratoriam, & fuit capta poſſeſſio d.Portionis nomine Cameræ de menſe Nouembris 1599. quæ poſſeſſio fuit poſtea initio Aprilis 1600.translata,& ceſſa a Commiſſario Cameræ in d.Petrum poſt expeditionem litterarum, vti moris eſt: qua translatione ſtante, Petrus non curauit aliam capere poſſeſſionem,ſed lapſo triennio receſſit a Curia,& accedens ad d. Cathedralem, vt inſeruiret d.præbendæ, voluit ſedere,& incedere ante alios quatuor Portionarios, qui de nouo poſt poſſeſſionem captam nomine Cameræ hoc medio tempore ingreſſi ſunt,ac priùs reſidentiam facere cœperunt. ipſi verò Portionarij dicebant ſe antiquiores Petro,ac ad eos ſpectare præcedentiam,& anterioritatem in iure optandi,prout eſt de more in d.Eccleſia, ex quo d. Petrus nullam ceperat poſſeſſionem, ac nouiſſimè illi tradendam fore,nec illi poſſe ſuffragari poſſeſſionem nomine Cameræ Apoſtolicæ captam, & in eum translatam.

Et quidem pro Portionarijs vrget primò, quòd ad hunc effectum optandi,& præcedendi ſit attendenda antiquitas,non prouiſionis, ſed poſ-

poſſeſſionis, vt ipſe Gonzal. probat d. Reg. 8. §. 3. proem. ex num. 23. & nos ſup. cap. 4. quæſt. 3. concl. 2. illat. 3. oſtendimus. Secundò, quòd poſſeſſio capta nomine Cameræ, & in Petrum tranſlata ei non prodeſt: nam poſſeſſio, cum ſit quid facti, non poteſt transferri de perſona in perſonam; nec dicitur acquiſita, niſi corporaliter apprehendatur, l. cum heredes, ff. de acquiren. poſſeſſ. etiam a patre in filium, Gloſ. & Doct. l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. cum alijs adductis per Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 104. & ſeq. quod procedit quoq; in Eccleſia, Bald. l. fin. num. 8. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Anton. Gabr. tit. de acquiren. poſſeſſ. concl. 9. num. 2. & in iure patronatus, & alijs incorporalibus, Achil. deciſ. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Capntaq. deciſ. 153. num. 3. par. 3. & fuit reſolutum in vna Oueten. beneficij de Vega, 15. Ianuarij, 1596. coram Orano, & aliàs ſæpe tenuit Rota; Pontan. tract. de ſpol. lib. 1. nu. 113. Rebuff. ad leg. Gall. tit. de mater. ſucceſſ. in præfat. num. 151. & ſentiunt allegati per eundem Gonzal. num. 109. & nos quæſt. 3. concluſ. 2. quicquid voluerit Bald. d. l. in ſuis Lambertin. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 3. art. 22. num. 4. Io. Guttier. §. ſui, Inſtit. de her. qualit. & different. num. 71. & conſ. 3. num. 2. Igitur alia eſt poſſeſſio Petri, alia capta per Cameram; & tranſlatio poſſeſſionis, & ceſſio facta in eum ſolùm debet operari excluſionem intruſi; prout idem Gonzal. d. §. 3. proem. a num. 84. ad 99. probat, ſub rogatum gratioſè a Papa in gratia beneficiali quoad poſſeſſionem defuncti, non poſſe vti remedio retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis vigore dictæ ſubrogationis, ſed debere de nouo adipiſci poſſeſſionē. ſic etiam Petrus debuit de nouo capere poſſeſſionem, d. Portionis vt ex illo die adeptę per eum poſſeſſionis dicatur poſſeſſor, ac iura antiquitatis habere incipiat. Confirmatur autem id ipſum primò; quia, licèt transferatur poſſeſſio ciuiliter per actus fictos in nonnullis caſibus abſque corporali apprehenſione, quos aſſignat Glo. l. 3. in princ. verbo, animo, vbi omnes notant, ff. de acquiren. poſſeſſ. Gomez, nouem cumulans, ad l. 45. Tauri a num. 45. ad 93. ex quibus etiam eſt conſtitutum, de quo Tiraq. proprio tract. Tamen hic caſus, de quo agitur, nullus illorum eſt; vnde ſtamus regulæ, cap. 2. de coniug. lepros. cum ſimil. Put. deciſ. 126. num. 1. lib. 3. & ad effectum optandi videtur requiri naturalis poſſeſſio eaq; antiquior, vt ſatis colligi poteſt ex adductis in 1. fundamento. Confirmatur ſecundò, quia dato, quòd Petrus vigore d. poſſeſſionis captæ nomine Cameræ, & in eum tranſlatæ poſſet dici habere aliquam poſſeſſionem, eſſet tantùm verbalis, ſeu inſtrumentalis, ſterilis, ac ventoſa, ex quo neq; d. Petrus inſeruiebat Eccleſiæ, nec vllos fructus percipiebat, ad latè tradita per Gomes reg. de ann. poſſeſſ. quæſt. 47. num. 3. & 4. Ferret. conſ. 323. num. 5. & omnis poſſeſſionis effectus conſiſtit in perceptione fructuum, l. bonæ fidei, ff. de acquiren. rer. domin. Rot. deciſ. 1. num. 1. de reſtitut. ſpol. Cæſ. de Craſſ. deciſ. 21.

Digitized by Google

num. 9. de probat. Calderin. conſ. 12. de iurepatron. Quæ omnia aliter ſe habent in illis Portionarijs, qui medio tpe ingreſſi reſederunt.

Quibus tamen non obſtantibus, Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 112. vſque
13 ad 120. contrarium † tamquam verius reſoluit. Primò, quia Breue conceſſum Petro de capienda poſſeſſione nomine Cameræ diſponit, quòd verificato conſtito d. Breuis, idem Petrus, vel eius procurator immittatur in poſſeſſionem nomine Cameræ, & quòd, poſtquam idem Petrus litteras gratiæ principalis ſub plumbo expeditas præſentauerit, eidem Petro ſit eadem capta poſſeſſio conſignanda, vel transferenda, prout etiam declarat Conſtit. 24. Gregorij XIII. quę incipit, ad Romani; vnde, cum Papa ita voluerit, cenſetur omne obſtaculum iuris remouiſſe, Rot. deciſ. 33. num. 6. de præben. in antiq. latè idem Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 9. §. 3. num. 24. Secundò, quia quoad effectum poſſeſſio capta nomine Cameræ poteſt dici capta ab ipſo prouiſo Apoſtolico, in cuius commodum facta fuit; nam tunc procurator Cameræ nihil aliud agit, aut intendit, niſi prouiſum litteris expeditis in poſſeſſionem immittere, argum. l. quædam, cum filium, ff. de hered. inſtit. & quòd in hoc caſu Commiſſarius Cameræ poſſeſſionē capiens nomine prouiſi ſeruiat illi de nudo miniſtro, & capiat poſſeſſionem ad eius fauorem, & commodum, fuit reſolutum in vna Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris, 1603. coram Pamphilio, vbi etiam dicit, ſæpe hoc aliàs deciſum fuiſſe. Confirmatur, quia hic modus capiendæ poſſeſſionis inuentus fuit, vt prouiſus Apoſtolicus, qui nondum litteras expediuit, poſſit diligentias facere ſuper capienda poſſeſſione beneficij, ne tarda expeditio ei noceat, vnde, cùm quis a principio vult litteras expedire, non datur ei Breue nomine Cameræ de capienda poſſeſſione, ſed ad fauorem litterarum, vt ipſemet prouiſus immittatur in poſſeſſionem, vt habetur in d. Gregoriana Conſtit. quando igitur conſtat de litterarum expeditione, perinde eſſe debet, ac ſi a principio, non Camera, ſed Petrus poſſeſſionem cepiſſet, cum ceſſauerit cauſa, ob quam Camera, & non prouiſus ipſe poſſeſſionem ceperit, l. adigere, §. quàmuis, ff. de iure patron. Confirmatur ſecundò ex cap. ratihabitionem retrotrahi, de reg. iur. in 6. & l. hoc iure, ff. eod. tit. vbi ratihabitio retrotrahitur ad diem, quo aliquid nomine meo geſtum eſt, iuxta cap. ratùm, eod. tit. & lib. faciunt etiam alia iura ibid. a Gloſ. & Doct. alleg. & cap. ſi tibi, de præben. in 6. licèt alioqui retrotractio non fiat in conditione proteſtatiua, ſed tantùm caſuali, Dec. & alij in cap. præterea, il 2. de appellat. vbi alios citant. Tertiò, quia Rota ſæpe in terminis reſoluit, quòd ea ſit virtus Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, vt facta ceſſione conſtituat eum iuſtum poſſeſſorem, vnde ſit illi concedendum mandatum de manutenendo, ac ſi ipſe prouiſus à principio poſſeſſionem cepiſſet: ſic in Firmana benefic. 19. Martij, 1593 coram Blanchetto, & in Lucana beneficio-

ne-

neficij, 17. Iunij 1594. corã Litta, in Salamãt. beneficij, 26. Iunij 1598. in Auriẽ. Parochialis, 13. Aprilis 1600. coram Lancellotto, & d. cauſa Oueten. Hinc etiam Lancellot. trac. de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. nu. 453. ait, Commiſſarium Cameræ capientem poſſeſſionem in caſu prædicto non dij tertium; & Caſ. de Craſ. deciſ. 2. num. 1. de verb. ſig. poſſeſſionẽ trãslatã à Camera Apoſtolica intelligi ceſſam cum ijſdem qualitatibus, cum quibus Camera eam habebat. Ex quibus patet, d. Petrum incœpiſſe eſſe poſſeſſorem de menſe Nouembris 1599 quando Camera ad eius commodum cepit poſſeſſionẽ; ideoq; cum ſit anterior tum in prouiſione, tum in poſſeſſione etiam naturali omnibus alijs poſtea prouiſis, & admiſſis, debet illos præcedere tam in optione, quàm in loco, ſtallo, & alijs præcedentijs. Et ſimul patet reſponſio ad primum, & ſecundum fundamentum Portionariorũ cum priori eiuſdem confirmatione.

Ad poſteriorẽ cõfirmationẽ dicitur primò, quòd fortè etiam quoad fructus habebitur pro præſente, c. cum dilectus, de cler. non reſid. vel certè potuiſſet eos percipere, ſi diſcedens à Curia reſediſſet. Secundò, quòd poſſeſſor dicitur, licèt fructus non percipiat, Bart. l. quãmuis, §. ſi conductus, num. 2. vbi Alex. not. vlt. & ceteri, ff. de acquir. poſſ. l. ſi quis autem, ff. eod. Rot. deciſ. 509. nu. 4. par. 1. diuerſ. cum alijs adductis per Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 122.

Deniq; non obſtat, Portionarios prius reſediſſe; nam reſidentia non requiritur ad optionem, vt poſt Put. deciſ. 219. num. 2. docet idem Gonzal. ibid. num. 38. & 39.

14 Secunda Concluſio. Optio † ita gradatim fieri debet, vt, ſi non optat primus, ſeu antiquior, optet ſecundus, ſeu ſequens, aliàs optet tertius, & ſic deinceps; & hic eſt, ni fallor, primò intentus, & magis germanus intellectus illius verbi, gradatim, quod eſt in tex. d. c. fin. de conſuet. in 6. quod ita exponit ibi Gloſ. quam ibid. approbant Gemin. & alij, ac Rot. deciſ. 5. verſ. videtur tamen obſtare, de conſuet. in nou. & deciſ. 411. num. 2. par. 1. in nouiſſ. diuerſ. & inter recentiores Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 26. q. 13. & Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. ſæpe. Id ipſum etiam patet ex Doct. d. c. fin. verbo, dumtaxat, dum poſt Gloſ. ibi, quærunt, an illi dies currant omnibus ſimul; & an iuniores teneantur expectare antiquiores per totũ illud tempus in optando: & ad primum reſpondent affirmatiuè; ad ſecundum negatiuè; de quo nos aliquid initio concl. præced. & latiùs cap. ſeq. quæſt. 3. clarè enim ſupponunt, poſſe quoq; iuniores vacantem præbendam optare, vbi non optetur per antiquiores. & de hoc nemo dubitat, quare vlteriùs non immoror.

15 Tertia Cõcluſio. Optio † ita quoq; gradatim fit, vt antiquiore optante vacantem cum Canonicatu præbendam, ſequens optet præbendam, quam antiquior dimittit, & ab hoc dimiſſam optet alter, qui mox ſequitur, & ſic de ceteris. Colligitur id ſatis apertè ex tex. d. cap. fin. dum ibi dicitur; poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare, cùm præbenda vacabit; & il-

la,

la, quæ optata non fuerit, ſi nulli ſit debita, erit illi, pro quo ſcripſimus, cõferenda. Ex quo enim dicit Pontifex in plurali, (antiquiores,) & mox, (optare volentes,) de pluribus loquitur ſimul optantibus, vt in ſimili notat Gloſ. d. cap. fin. verbo, dumtaxat; cum maximè ſubdat tex. & illa, quæ optata non fuerit. Sed apertè idem ſentit Gloſ. ab alijs ſcribentibus recepta eod. cap. fin. verbo, non fuerit, vbi rationem aſſignãs ad verba tex. poſtremo loco à nobis relata, inquit; ex quo enim vacant præbendæ, neceſſe eſt vnam remanere non optatam; de illa igitur, ſubdit Gloſ. prouideatur impetranti. Et in hac quoq; concluſ. nemo, quem viderim, contradicit. Immo Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 98. & ſeq. ita naturalem putat in optione hanc gradationem, per quam iunior optet prębendam ab antiquiore optante dimiſſam, vt aliàs dicat præuerti ordinẽ optionis, & eius naturam tolli, allegatq; à ſe ipſo adducta eadem Gloſ. 34. num. 15. & 81. & quidem d. num. 15. allegat tex d. cap. fin. & ibi Gloſ. verbo, gradatim, de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 2. & 6. de conſuet. in nou. d. autem nu. 81. illud adducit, quòd, quia Theologalis præbenda non poteſt optari, conſequenter nec præbendatus Theologus poterit illam dimittere, & aliam optare, quia idẽ operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. & ſi contra tabulas, ff. de vulg. & pup. c. ſciendum, 8. quæſt. 1. Verùm, præter quamquòd ipſe Gonzal. peruertit materiam gradationis optionis, dũ quatuor illos modos gradationis, quos initio huiùs quæſt. diſtinximus, cõfundit, &, quod ad vnius eorum probationem pertinet, ad alterius affert confirmationem, vt apud eum videre eſt d. num. 15. & duobus ſeqq. & d. num. 98. cum ſeq. & ex eo, quod mox dicemus; ex d. quoq; cap. fin. ſolùm colligitur, regulare id eſſe, vt iunior optet præbendam dimiſſam ab antiquiore, cum vt plurimum id accidat, non autem id fore perpetuum, atq; ita naturale, vt aliquando ab optione ſeparari non poſſit; nam ad ea, quæ vt plurimum accidunt, leges proſpiciũt, l. iura, l. ex his, & l. nam ad ea, ff. de leg. Gloſ. verò d. verbo, gradatim, non loquitur de hoc modo gradationis, de quo in præſenti, ſed de quo in ſtatim præced. concluſ. Rot. etiam d. deciſ. 2. non agit de conſuetudine optãdi propriè sũpta, ſed potiùs de ea, vt Canonicus ſupernumerarius obtineat minorẽ præbendã iuxta ordinẽ ſuæ receptionis, vt patet ex iјs, quæ allegat, nimirũ arg. eorũ, quæ leguntur, & notantur in cap. ſtatuimus, de maior. & obed. per Innoc. & c. quãuis, & c. cui de non Sacerdotali, de pręb. in 6. per Archid. ibi enim nihil habetur de iure optandi propriè dicto: præterea ex illis verbis Rot. iuxta ordinem ſuæ receptionis, apparet, eam loqui de gradatione iuxta antiquitatem, hoc eſt primo gradationis modo, de quo nos ſup. hac ipſa quæſt. concluſ. 1. In d. verò deciſ. 6. nihil ad rem habetur, niſi nu. 1. verſ. & nota, & num. 5. verſic. ſed per iſtam conſuetudinem; inde tamen ſolùm colligitur, optioni conuenire huiuſmodi gradationem; quòd antiquiore optãte, præbenda ab eo dimiſſa optetur à ſequente, &

huius

Digitized by Google

huius ab alio ſequente, & ſic deinceps vſque ad vltimum; non autem, quòd eeceſſariò id faciendum ſit, & aliquando non conſiſtatur citra vltimum gradum, aliquando etiam aliquo gradu omiſſo ad alios deueniatur, vt paulò poſt latiùs oſtendemus; ſi prius, quod obijciebatur ex d.l.&ſi contra tabulas,& c.ſciendum,vnde ſumpta eſt illa regula de oppoſito,& propoſito, breuiter diſſolutum moneamus per reſponſiones allatas cap. 3.quæſt.1.concl.3. vbi contra eundem Gonzal.& alios probauimus,obtinentes præbēdam Theologalem,Pœnitentialem, & ſimiles optare poſſe,licèt regulariter eorum præbenda nequeat optari.& hic iam eſt vnus ex caſibus, in quibus ceſſat prædicta gradatio. Eos verò omnes ad duo capita reduci commodè poſſe puto, nimirum noluntatis,& impotentiæ,quorum ſingulos percurremus.

Igitur ceſſare poteſt huiuſmodi gradatio ex eo,quòd is,qui aliàs optare poteſt,nolit optare,ſiue quia ea præbenda,quā poſſet optare,minor ſit ea,quā iā obtinet;ſiue quia ſit eidem omnino æqualis ;quam tamen optari poſſe,quoad minorem docuimus cap.3.quæſt.7. circa medium, quoad æqualem ibid. paulò poſt initium:ſiue quia,licèt maior, & pinguior ſit ſua, minùs tamen ſibi grata eſt; quam proculdubio poſſet optare,cum tex.d. cap. fin. de conſuetud. in 6. indiſtinctè dicat,de melioribus præbendis,nullum diſcrimen quoad optionis ius conſtituens inter magis, vel minùs gratas, quoad nec Gloſ.aut aliquis Doct.cōſtituit, niſi quoad hoc, vt etiam minor præbenda poſſit optari: ſiue tandem, quia nulla alia de cauſa nolit quis optare etiam omnino meliorem, & magis gratam præbendam, niſi ad exercendam ſui arbitrij libertatē, iuxta tex. d.cap.fin.ibi, ſi voluerint, poſſint,cùm vacant,per ſe,vel alios optare præbendas, & ibi, poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinē eandem, optare, cùm præbenda vacabit;cum alijs adductis ſup.cap. 1.quæſt.2.ad fin.quęq; allegabimus inf.cap.8.eodemq; vlt. quæſt.2. circa medium. Quòd autem in his caſibus ceſſet prædicta gradatio, patet:nam,ſi vnus,duo, vel plures nolint aliqua ex memoratis cauſis optare præbendas dimiſſas à ceteris optantibus,iam ea gradatio præciditur,ſi,qui optare nolunt, ſint ex vltimis eorum, qui poſſunt optare; interrūpitur verò,ſi ſint ex medijs. Et hæc de caſibus noluntatis.

Caſus autem impotētiæ fermè hi sūt,ſi benè recolo.Primus eſt quādo aliquis optat,quia eſt antiquior, & tamen nō habet aliquid,quod dimittat;quem tamen optare poſſe, ſatis oſtendimus ſimul contraria diſſoluentes ſup. hac ipſa quæſt. concl. 1. not.2.Secūdus huic ſimilis erit,ſi d. optās habeat quidē,quod dimittat, ſed vel à nullo id poſſit optari, vt quia præbēda illa ſit reſeruata,iuxta ea,quæ latiùs adduximus c. 3.q. 3.præcipuè concl.2. vel certè non à quolibet optari queat, vt in præbendis qualificatis, puta Theologali, Pœnitentiali,Doctorali,ſeu Magiſtrali, & ſimilibus contingere docuimus d.cap.3.quæſt.6. nam paria ſunt non habere optantem, quod dimittat, vel illud ab alio non poſſe optari.

optari. Et ſic in hoc vtroq; caſu pariter vel iterrumpetur, vel terminabitur etiam, antequam ad vltimum deueniatur, prædicta gradatio. Tertius caſus eſt, ſi, poſtquam aliquis, vel aliqui iam optarunt, alius in ordine ſequatur, qui abſit ab Eccleſia voluntariè, aut ſine aliqua ex cauſis priuilegiatis, vt abſens ad optioně admittatur, de quibus non latiùs ſup. cap. 4. quæſt. 3. ferè per totã. Quartus eſt, ſi poſt antiquiorem optantem, vel etiam omnes Canonicos, vel Portionarios, aut Dignitates poſſidentes ſuam præbendam, portionem, vel dignitatem aliquis ſit, qui ſuam nondum poſsideat; nã poſſeſsio requiritur ad optionem, cum hęc, ſicut & quælibet præeminentia, ſit fructus quidam poſſeſsionis beneficij, vt poſt alios ex Gonzal. d. Reg. 8. §. 3. proem. num. 26. tradidimus d. quęſt. 3. concluſ. 2. paulò poſt initium, & poſſeſsio antiquior attendatur in optione, vt idẽ latè comprobat d. §. 3. num. 23. & multis ſeqq. & Gloſ. 34. num. 48. & 49. ac nos docuimus d. c. 4. quæſt. 1. concl. 4. & q. 3. cõcl. 2. illat. 3. Quintus, ac poſtremus caſus inter eos, qui ex impotentia oriuntur, eſſe poteſt, vbi ex ſpeciali conſuetudine optari debeat titulus Canonicalis vel Portio, aut Dignitas, non autem ſola præbenda; & aliquis poſt antiquiorem optantem ſit irregularis, corpore vitiatus, aut aliàs inhabilis ad huiuſmodi beneficium obtinendum: cum enim is tunc nec optare poſsit, vt d. c. 4. de excommunicato diximus quæſt. 2. in fi. de corpore vitiatis, quæſt. 6. ad fin. de irregulari, quæſt. 7. in fi. proculdubio, vel interrumpetur d. gradatio, ſi inhabiles iſti medij ſint inter eos, qui, cum poſſint, optauerunt; vel definet, ſi ijdem vltimi ſint, iuxta prædicta: quod idem dicendũ quoque eſt proportionabiliter de duobus ſtatim præcedentibus caſibus, ſicut de duobus primis paulò ante diximus. Et de hac quæſt. ſatis.

QVAERO SECVNDO, An optin ſemper fiat intra eundem ordinem, & gradum.

Prænotandũ eſt primò, in aliqui-
16 bus Eccleſijs Collegiatis † ex ſtatuto, vel cõſuetudine dari tres ordines prębẽdarũ, ſeu potiùs Canonicorũ, vt alij ſint inferiores, qui vocantur ſcholares, quia ſunt ſub cura, obedientia, & regimine ſcholaſtici; quidam dicuntur medij, & vocantur emancipati; quidam maiores, qui ſoli habent vocem in Capitulo, & vocantur Capitulares: tamen præbendæ omnium ſunt æquales, & nõ aliter quis poteſt aſcendere ad maiorem gradũ, niſi per ordinẽ primò fuerit in inferiori, & de illo aſcenderit ad medium: & hic aſcenſus fit ſecundùm ordinem receptionis: de qua conſuetudine Rot. Rom. deciſ. 9. num. 1. de conſuet. in antiq. Frãc. Marc. deciſ. Delphin. 1271. nu. 4. 1. part. & Rom. conſil. 227. in alijs ve-
17 rò Eccleſijs † quædam ſunt præbendæ maiores, quæ non dantur niſi Presbyteris; quædam medię, quę ſolũ Diaconus, & Subdiaconis; quędam minores, quę aſsignantur inferioribus; quę conſuetudo eſt Gratianopoli, teſte Frãc. Marc. dec. 1260.
18 in alijs demum pleriſq; † quædam ſunt præbendæ, quæ ſolum Sacerdotibus, aliæ; quæ ſolùm Diaconis; tertię,

tiæ, quæ ſolis Subdiaconis aſſignantur; qui tamẽ omnes Canonici ſunt:
19 & præterea quædam† ſunt Dignitates, puta Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Primiceriatus, Præpoſitura, & Decanatus, prout in Eccleſia noſtra Mediol. de qua diſtinctione paſſim iura loquuntur, præſertim c. 1. de ęt. & qual. c. ei cui, & c. cui de nõ ſacerdotali, vbi Doct. de præb. in 6. & in cap. conſtitutus, de conceſſ. pręben. & Clem. vt hi, qui, de æt. & qual. & Clem. fin. de præben. ac Trident. Concil. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.

Prænotandum ſecũdò, quòd, quãuis forte de iure communi antiquo
20 † non eſſet alicui præbendæ neceſſariò aliquis ordo annexus, vt voluit inter alios Abb. in cap. 2. num. 5. de
21 inſtit. (Dignitatibus dumtaxat† exceptis, quibus certus ordo annexus eſt, per tex. d. cap. 1. de ætat. & qual.) cum id cautum non reperiatur; cum
22 quo nihilominus ſtat, † quòd etiam eo iure antiquo non niſi Subdiaconus vocem haberet in Capitulo, Clemen. vt hi, qui, de ætat. & qualit. quod etiam diſpoſitum deinde fuit in Triden. Synodo, d ſeſſ. 22. cap. 4.
23 Tamen de iure nouo† debet ſaltem in Eccleſijs Cathedralibus cuique Canonicatui, ſeu præbendæ eſſe annexus ordo Presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus; & ad Epiſcopum cum conſilio Capituli ſpectat deſignare, ac diſtribuere, prout viderit expedire, quibus quiſque ordo ex ſacris annexus eſſe debeat, vt dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi; niſi alicubi laudabilior eſſet conſuetudo, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, quæ omnino debet obſeruari. ita diſponitur in Tridentin. Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 12. quos
24 quidem ordines† debebunt præbendati intra annum ceſſante iuſto impedimento ſuſcipere, vt habetur d. ſeſſ. 22. cap. 4. & hoc ſub pœnis, de quibus in d. Clem. vt hi, qui, hoc eſt, amiſſionis dimidiarum diſtributionum, & vocis in Capitulo, donec promoueantur: neque Caonicatum, aut Dignitatem obtinere quis pote-
25 rit, niſi † in ea ſaltem ætate ſit conſtitutus, vt infra annũ poſſit illo ordine initiari, quem talis Canonicatus, aut Dignitas requirit, vt d. ſeſſ. 24. c. 12. apertè diſponitur. His prænotatis, ſit

Prima Concluſio. In primo caſu conſuetudinis, de qua in primo
26 not. puto probabiliter † poſſe contingere optionem: ita in ſpecie voluit Zerol. in Praxi Epiſc. verbo, Canonia, verſ ad ſeptimum, in princip. iuncta Gl. & Alb. conſ. 159. nu. 20. & 21. vol. 1. ita ẽt colligi videtur ex Ro. deciſ. 9. de conſuet. in nou. & eod. tit. in antiq. & deciſ. 411. num. 4 7. & 8. p. 1. in nou. diuerſ. & Fran. Mar. d. deciſ. 1271. num. 3. & 4. ſed clariùs id ſentit Rot. Rom. deciſ. 10. de præben. in antiq. Et hoc propter ſpecialem conſuetudinem ſuper hoc inductam, vt patet ex iiſdem Doctoribus; aliàs enim ſimplex conſuetudo optionis intra eundem ordinem introducta ex ſe ad diuerſos ordines extendi non deberet.

27 Secunda Concluſio. In caſu† ſecundæ, & tertiæ conſuetudinis, de qua in d. 1. not. per quas diſtincti ſunt in Eccleſijs ordines præbendarum, & Canonicatuum, vt alij ſint

Nn Sa-

Sacerdotales, alij Diaconales, alij Subdiaconales, alij etiam inferiorũ ordinum, putoquòd in Eccleſijs Cathedralibus, vbi ex decreto Tridentin. Concilij ſunt ſolùm diſtincti ordines Sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus, ijq; annexi ſunt Canonicatibus, non poſſit regulariter locum habere optio, niſi ſpecialis de hoc conſuetudo legitimè pręſcripta rationabiliter inducatur; quod probo ex eo, quia ex diſpoſitione prædicti Concilij, iuncto tex. d. Clem. vt hi qui, & cap. ei, cui, & cap. cui de non Sacerdotali, de præben. in 6. illi ordines non tam præbendis annexi ſunt, quàm Cbnonicatibus ijque deſignati ſunt, vel deſignari debuerũt per vnumquemque Epiſcopum. Cũ ergo per optionem mutetur quidẽ præbenda, ſed non Canonicatus, vt dicam inf. cap. 7. quæſt. 1. antiquior Subdiaconus, vel Diaconus optando vltimam Diaconalem, vel Preſbyteralem præbendam, aut ſimul Canonicatum mutabit contra optionis rationem, aut cum idem Canonicus ſit, ordinem, & onus alteri Canonicatui annexum ſuſcipiet cõtra deſignationem a Concilio requi-
28 ſitam. Secus verò erit † in alijs Eccleſijs Collegiatis, aut etiam in Cathedralibus, in quibus adhuc vel receptum non fuit Tridentinum Concilium, vel non obſeruatum illud decretum diſtinctionis ordinum, ſed ex ſola conſuetudine, vel ſtatuto ijdem ordines, vel alij annexi ſint prębendis: poterit enim per ſtatutum, & conſuetudinem optari præbenda, ſimulq; aſſumptum cenſebitur onus celebrandi, vel canẽdi Euangelium, & ſimul ſe intra annum promoueri faciendi ad ordinem requiſitum; ſufficietque tunc, quòd ſemper maneat idem numerus præbendarum, quibus talis ordo annexus ſit. Et ratio eſt, quia tunc præbendis ipſis annexus erit ordo, non autem Canonicatibus: & in his terminis intelligẽdum eſt, quod vult Alb. conſil. 347. num. 1. & 4. vol. 2. dum ſupponit, poſſe eum, qui habet præbendam Diaconalem, optare Sacerdotalem. Itẽ Gloſ. d. cap. fin. verbo, antiquiores, & ibi ceteri, dum contendentes, ſpeciali conſuetudine induci poſſe, vt maior ordine præferatur in optione, apertè ſupponunt, inter diuerſos ordines admitti optionem. Eadem plane ratione in optandis domibus, quæ annexæ non ſint præbendis, vel Canonicatibus, huiuſmodi diſtinctio ordinum attendenda non erit, ſed antiquiores ſimpliciter in receptione præferentur in optione domus vacantis, quàmuis ea fuerit Canonici diuerſi ordinis. Quid autem dicendum ſit de optione Cardinalium intra diuerſos ordines, videbimus cap. 7. quæſt. 2. ad finem. Verùm idem propter eandem rationem dicendum erit in conſuetudine inducta poſt Concilium contra illam præbendarum, ſeu potiùs Canonicatuum, prout tamen præbendas quoq; comprehendunt, ſecundũ diuerſos ordines diſtinctionem; & ſimul etiam de Dignitatibus, quæ nõ ſunt primæ poſt Pontificalem in Cathedralibus, neque præcipuæ in Collegiatis, (hæ enim cum ex Reg. 3. Cancellariæ reſeruatæ ſint, non admittunt optionem, iuxta ſupra latè tradita cap. 3. quæſt. 2. concluſ. 2.) in illis namque, licèt non per extenſionem,

nem, fieri poſſit optio a Canonicis,vt ſentit Cald.conſ.5.de conſue. Prob.in addit.ad Io Monach.d.cap. fin.nu.31.& 32.Gonzal.d. Gloſ. 34. num.91.ex cap.ſuſceptum,de reſcr. in 6.&cap.quãmuis,de præben.eod. lib. tamen ex ſpeciali conſuetudine fieri poterit optio, vt in ſpecie voluit Zerol.d.verſ.ad Septimum, in prin.& Rot.deciſ.411.n.4.1.p.in nouiſſ.Quod autem dictum eſt de ſpeciali conſuetudine,dicendum etiam de ſtatuto, vt inter alios ſentit Gonzal.d.Gloſ.34.num.16.& ſeq.vbi notabiliter docet ex Rot.d. deciſ. 411. quòd ſtante ſtatuto,vel conſuetudine,quòd Canonicatum,ſeu præbendam Canonicalem vacantem optare poſſit antiquior Portionarius,intelligi id debet,poſtquam Canonici optauerint,vel de vltimo Canonicatu,ſeu præbenda per moderniorem Canonicum ratione d. optionis dimiſſa,interpretando verba ſecundũ ſubiectam materiam optionis, cuius natura eſt, vt ſucceſſiuè vnus prębendatus, ſeu beneficiatus poſt alium,prout quiſq;antiquior eſt,gradatim aſcendat, vt d. cap. fin. & ibi Gloſ.ver.gradatim, ac per Rot. deciſ.6.de conſuet.num.1.& 5. in nou. & alios quæſt.præced.cit. idemq; dicendum cum Gonzal.ſup.ex Rot. d. deciſ.num.4.reſpectu Dignitatum, & Canonicorum.

Deniq; circa optionem inter diuerſos gradus illud adnotandum eſt,quod poſt Achil.Craſ.deciſ.1. de conſuet.Put. deciſ.100. 217. 219. & 228.lib.3.tradit Gonzal.d.Gloſ.34. num.36.cum duob. ſeqq. ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, quòd antiquior Portionarius poſſit optare Canonicatum vacantem, ſi quis Portionarius antiquior habeat Dignitatem in eadem Eccleſia,ob quã tenetur inſeruire, vt Portionarius; nihilominus poterit optare Canonicatum vacantem, cum non optet tamquam Dignitas,ſed vt Portionarius neq;actuale ſeruitium requiratur ad effectum optionis, ſed ſufficiant præterita: nec debeat propter dignitatem eſſe deterioris conditionis,arg. cap. de multa, de præb. cum ſimil.nec dicitur deſcendere,cũ optet,vt Portionarius,& fortè retinebit Dignitatem cum Canonicatu cum iam ſemel fuerit diſpenſatus: immo hic deſcenſus non prohibetur per tradita ſup.cap. 3.quæſt.7.

QVAERO TERTIO, An aliquæ ſolemnitates requirantur in optione.

Prima Concluſio. Ex parte ipſius
29 Capituli,vt plurimum † requiritur, vt,qui optat, admittẽdus ſit per Capitulum,vel eum,qui præeſt Capitulo tempore,quo ille ſe petit admitti, vel per alium, prout eſt conſuetum: ita in terminis tradit Rot. deciſ.6. num.7. de conſuet. in nou. & Aen.Falcon in tract.de reſer. benef. quæſt.4.princip.effect.5. num.3. latiùs Gonzal d.Glo.34.num.69 cum
30 duob.ſeqq.poterit tamen † hæc ſolemnitas per contrariam conſuetudinem aboleri, ita,vt ſufficiat tacitus conſenſus Capituli approbantis ſaltem conſuetudinem optandi,prout nunc quotidie fit.Immo ſatis pro
31 babiliter ſuſtineri poteſt,† non eſſe neceſſarium conſenſum Capituli,ſed ſufficere,vt optantes notificent Capitulo optionem,&conſenſum requirant, licèt non obtineant, eò,quòd

 op-

Digitized by Google

optent vigore conſuetudinis iam inductæ, quæ vim legis habet, vt optimè tradit Abb.conſ.159. num. 15. vol.1.& vbi etiam requireretur conſenſus, is prçſumeretur tam ex vicinitate locorum iuncta antiquitate, vt bene deducit idem Abb. num.14.
32 Illud ſanè † indubitatum eſt, nullam requiri collationem, aut inueſtituram, vt patet ex Io. And. Gemin. & alijs d.cap.fin.de conſuet.in 6.Caſſad.deciſ.7.de præben. Rot.dec. 10. eod.tit.in antiq.& alibi ſæpe, Alb.d. conſ.159.num.13. poſt Gard. conſ. 126. col. 3. Formulam vero inſtrumenti optionis habes infr.in fin.huius quæſt.

Secunda Concluſio. Ex parte ip-
33 ſius optantis tutius puto eſſe, † apprehendere poſſeſſionem præbendç, vel domus optatæ. quàmuis enim per ipſam optionem acquiratur ius in præbenda optata, abſque vlla poſſeſſionis apprehenſione; ſicut etiã, vbi requiritur collatio in beneficio,
34 per ſolam collationem † ante apprehenſionem poſſeſſionis acquiritur ius in beneficio, vt voluit Gloſ.communiter approbata in c.pen.in verbo, collatio, de præben in 6.& eſt optimus tex. in c. ſi tibi abſenti, eod. tit.& lib.& in c.vlt.vbi Doct. de conceſſ.præb.in 6.& latè tradit Dyn. in c.1. de reg.iur.in 6. & Couar.lib.3. var. reſol. cap.16.num.1. Tamen,
35 † tum propter fructuum perceptionem, ex l.bonæ fidei, ff.de acqu. rer. dom.Rot.deciſ.1.num.1.de reſtitut. ſpol. in nou. Cald.conſ.12. de iure patron. Cæſ. de Graſ. deciſ. 21. nu. 9. de prob.& alijs mox citan. tum propter interdictum vnde vi, tum propter Regularum annalis, & triennalis poſſeſſoris prærogatiuam, tum; tũ etiam propter alios effectus requiritur corporalis poſſeſſionis apprehenſio, prout tradunt Abb. & alij in c. cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propr.Franc.c.ſi a Sede, de præb. in 6. Couar. d. cap. 16. num. 6. in princip.& num. 7. verſic. Secundus caſus, cũ ſeqq. nec non & nu.8.atq;
36 in † hac ſpecie optionis conſuluit Franc. Marc. deciſ. 1263. per totam, vt poſſeſſio corporalis apprehendatur. Illud ſanè certum eſt,
37 † poſſeſſiouem hanc domus, vel prçbendæ ab alio dimiſſæ, poſſe ab optante propria auctoritate apprehendi, vbi a nemine detineatur, prout in beneficijs, quç per collationem tribuuntur, ex communi ſententia reſoluunt Rebuſ. in Prax. benefic. titul. de miſſion. in poſſeſſ. num. 5. ac Couar. d. cap. 16. nu. 7. verſ. Tertius caſus, & nu. 8. vbi & toto illo cap. optimè tractat, quæ ad apprehenſionem beneficij ſpe-
38 ctant. neq; tamen neceſſe eſt, † poſſeſſionem apprehendi ad cornu altaris, ſeu in ipſa Eccleſia, cum id proprium ſit, quando acquiritur nouum beneficium, vt patet ex Abb. d. cap. cum ſuper, Anchar. in reg. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6.cum alijs, quos refert, & ſequitur Couar. d. cap. 16. num. 10. 12. & 13. Duo tamen non omittam. Alterum,
39 quòd, ſi † ſimul quis legitimè optauerit & domum, & præbendam, cum apprehendenda ſit corporalis poſſeſſio ipſarum rerum, puta fundorum, qui ſunt de prçbenda, vel ipſius domus, non ſufficiet acquirere poſſeſſionẽ vnius fundi, ſed oĩum capiẽda erit: ſed neq; ſatis erit acquirere poſ-

Digitized by Google

poſſeſſionem vel præbendæ, vel domus, iuxta latè tradita per Hier. Gonzal.d.Gloſ. 34. num. 109. poſt Abb. in cap.cum aliquibus,num. 8. Fel num.4.de ſent. & re iud. Afflict. deciſ.299.n.25. & ſeq. Ant.Gomez. ad l. 45. Tauri, Tiraq. de retr.lign. §.36.Gloſ.3.num.2. & 11. cũ ſeqq. & Couar. d.cap.16.num. fin. vbi id multis modis ampliãt,& declarant; ac præcipuè limitant, niſi apprehẽſio fiat in capite,& Eccleſia, in qua conſiſtit; nam tunc dicitur capta omnium, & bonorum ſpectantium ad beneficium,vt inter ceteros poſt Dyn. d. cap. 1. ibiq; Io.An. Franc. alioſq; nonnullos,tradit Couar. d. num. 13. & poſt Lambert. de iurepatr.lib.2.par. 3.quæſt.11.art.2.nu. 3.Natt.conſ.562.num. 13.lib.3.Ferret.conſ.14.num.4.& 5.lib.1.& conſil.236.num.10.lib.2.Rot.deciſ. 19. num.7.& 8.par.2.in nouiſſ.diuerſ.& deciſ.222.num.8. par.1. diuerſ. docet idem Gonzal.d.num. 109. Alterum eſt,quòd,cum nullum a iure, vel a Doctoribus tempus certum ſtatuatur apprehendendi poſſeſſionem ſiue in collatione,ſiue in optio
40 ne,id remittetur† iudicis arbitrio, iuxta ea,quæ late tradunt Io. Coraſ.in lib.4.Miſcell.iur.cap. 12. nu. 6.& Menoc. de arbitr. iudic. lib. 1. q.14.num. 2.5.& 6.

Iã verò quod,vt ſuperiùs polliciti ſumus,pro huius quæſtionis coronide formulam inſtrumenti optionis hic lubet ſubijcere. Et quidem forma, quæ communiter,& vt plurimum adhiberi ſolet in inſtrumentis optionis, quam ex Formulatio inſtrumentorum,& variorum proceſſuum Romanæ Curiæ paucis mutatis deſumpſi, hæc eſſe poteſt.

In nomine Domini Amen. Anno à natiuitate eiuſdem M. D.XCIX. Indictione 13. die verò decimo octauo menſis Decembris Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, ac D. N.Domini Clementis diuina prouidentia Papæ viij. anno octauo. In mei notarij publici,teſtiumq; infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, & coram Venerabilibus, & circumſpectis viris Dominis N.Præpoſito, C vel Archidiacono,vel Archipresbytero,vel antiquiore Canonico,prout nimirum tunc ad eorum aliquẽ de iure, vel conſuetudine iuncta facti contingentia Capitulum conuocare, & congregare ſpectabit;) nec non A.B.C.D.E.F. & G. Canonicis Eccleſiæ S.Nazarij,vel S.Marię ſcalenſis,&c.in loco Capitulari per pręfatum Dominum N. Capitulariter congregatis,facientibus,& repręſentantibus ipſum vniuerſum Capitulum,vel duas partes ex tribus, vel maiorem,& ſaniorem partem ipſius Capituli, perſonaliter conſtitutus Ven.vir Dominus A.Canonicus eiuſdem Eccleſię,& minore prębenda prębendatus, iuxta dictę Eccleſię conſuetudinem hactenus,vel à quadraginta annis citra,& vltra obſeruatam,aut etiam ſtatutum laudabile eiuſdem Eccleſię, maiorem prębendam per mortem quondam I. Canonici extra Romanam Curiam defuncti die tertia huius menſis vacantem, quam idem Dominus I. Canonicus pacificè tenuit, & poſſedit,omnibus melioribus, quibus validiùs potuit,& debuit,ac poteſt, & debet,modo,forma,& iure,optauit,

& op-

Digitized by Google

& optat, atq; ad eandem maiorem prębendam aſcendit; cum proteſtatione tamen expreſſa, quòd, vbi prębenda huiuſmodi per eum, vt pręmittitur, optata, vigore optionis huiuſmodi ſibi non debeatur, nec ad eandem ius ſibi competierit, aut competat, tunc, & eo caſu regreſſum habeat ad ſuam prębendam prędictam, quam ex nunc retinet, vel aliam ſibi de iure, vel conſuetudine, aut ſtatuto dictę Eccleſię debitam, quam ex nunc, prout ex tunc, optauit, & optat. Super quibus, &c. Actum, &c. Pręſentibus, &c. Et quoniam vt plurimum accidit, vt, cùm prębenda aliqua vacat, optioq; Capitulariter fit, non vnus dumtaxat Canonicus, ſed plures ſucceſſiuè, & quidem priùs antiquiores Canonici optent, ſicut optare poſſunt, & debent, ſi volunt, tum iuniores gradatim: ideo, vbi in dicta formula dicitur, Dominus A. Canonicus, addatur, antiquior, vel, qui priùs ad optionem admittẽdus eſt: & in fine, ante illa verba, Super quibus, &c. ſubijciatur; & ſucceſſiue Dominus B. Canonicus ſequens in ordine, ſeu iunior receptione optauit prębendam præfati A. Canonici ſic vacantem per optionem eiuſdem A. cum eadem tamen expreſſa proteſtatione, &c. ſucceſſiue Dominus C. Canonicus optauit prębendam dicti B. cũ eadem proteſtatione &c. & ſic de cęteris Canonicis vſq; ad vltimum optare volentem.

Rurſus quoniam non modo prębenda, ſed etiam domus optari poteſt, & quidem non modò maior, ſed etiam minor, immo & ab eo, qui nullam habet domum, aut prębendam, quam dimittat, vt ſupra ſuis locis docuimus: ideo cautus, & diligens ſit notarius in conficiendo huiuſmodi optionis inſtrumento, vt nimirũ mutet mutanda, & omittat omittenda; atq; adeo in his tribus caſibus, loquendo de domo, vel prębenda, quę vacauit, & optatur, omittet verbum, maiorem; & pręterea totam illã clauſulam, & ad eandem maiorem prębendam, vel domum aſcendit, & illa verba paulò pręcedentia, minore prębenda prębendatus, quorum loco poterit optans minorem prębendam ſolùm dicere, prębendatus; optans verò domum, ſi quidem meliorem domum habeat, dicat, domum Canonicalem obtinens: ſi peiorem, dicet, domum non ſatis, aut non æquè bonam obtinens; ſi nullam, ſed ſolùm prębendam, ſat erit dicere, præbendatus. ſimiliter in tertio caſu in clauſula proteſtationis in fine poſita loco illorum verborum, regreſſum habeat ad ſuam præbendam prædictam, quam ex nunc retinet, vel aliam ſibi, &c. dicendum erit, regreſſum habeat ad aliam præbendam, vel domum ſibi de iure &c.

Reliqua minutiora, quę pro facti ſpecie immutanda erunt, periti notarij iudicio relinquimus.

QVAERO QVARTO, An optio fieri debeat gratis, ſeu, An in ea poſſit committi ſimonia.

Pone enim, quòd vacante aliqua præbenda antiquior Canonicus, ad quem de iure priùs id ſpectat, optare velit; tamen à iuniore Canonico, quia prece non potuit, pretio inductus cedat iuri ſuo, & ſinat iuniorem optare. Nunc quæritur, an vterque

com-

Digitized by Google

committat ſimoniam; an incidat in aliquam pœnam; & an optio ipſa ſic facta nulla ſit.

Pro quorum dubiorum reſolutione præmittendum eſt primò; ſimo-
41 niam † committi non ſolùm, ſi ematur, vel vendatur ſpirituale ipſum; ſed etiam ſi annexum ſpirituali: eſt
42 enim ſimonia † ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum, prout definiuit inter Theologos S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. artic. 1. vbi Caiet. & cæteri Thomiſtæ, Sot. lib. 9. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. art. 1. S. Anton. in 2. par. ſumm. tit. 1. cap. 5. §. 1. Scholaſt. ferè omnes in 4. ſent. diſtinct. 25. Silueſt. & omnes penè Summiſtæ in verbo, ſimonia, quæſt. 1. inter Canoniſtas Gloſ. in ſum. 1. quæſt. 1. Abb. Socin. ſen. Fel. & alij ĩ rubr. de ſim. Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 23. nu. 100. quæ quidem definitio communiter recepta eſt, vt tradit Nauar. & Silueſt. loc. cit. & quàmuis aliqui aliter definiant, vt videre eſt apud Barthol. Vgol. in moder. tract. de ſimon. tab. 1. quæ eſt de ſimon. in genere cap. 60. §. vnico, vbi quatenus contractus quidam eſt, eam ſic deſcribit, quòd ſit contractus non gratuitus, neque purus de re ſpirituali, eiue annexa, diuino, humanoue iure improbatus, quatenus vero delictum eſt, quòd ſit delictum, ſeu crimen, quod committitur ob contractum non gratuitum, neque purum de re ſpirituali, eiue annexa, diuino, humanoue iure improbatum: attamen in eo omnes, nemine prorſus diſcrepante, conueniunt, ſimoniam committi non modò in venditione, ſeu emptione rei ſpiritualis, ſed etiam annexæ ſpirituali; quod & adnotauit Roch. de Curt. in tract. de iure patr. verb. & vtile quæſt. 3. Lamber. eod. tract. lib. 1. part. 2. q. 1. princip. art. 12. num. 17. lib. 2. part. 2. quæſt. 9. princip. art. 3. num. 2. & lib. 3. quæſt. 9. princip. art. 6. nu. 3. & habemus tex. apertum in cap. quæſitum, de rer. permutat. & cap. de iure patronatus, de iurepatr.

Præmitto ſecũdò, ſpirituale, prout eſſe poteſt materia, circa quam
43 verſatur ſimonia, eſſe † donum ſupernaturale a Deo datum, vel quid aliud ab eodem inſtitutum ad animarum ſalutem, vel ab Eccleſiæ poteſtate ſupernaturali, & gratis ſibi data ad conficiendum illud, & gratis dandum; prout definit, comprobat, & declarat Nauar. d. cap. 23. num. 99. quam etiam definitionem paucis mutatis ſequitur Vgol. d. tab. 1. cap. 33. in princip. ex quo pa-
44 tet, duplex † eſſe ſpirituale materiam ſimoniæ, aliud a Deo datum, vel inſtitutum, vt ſunt gratia, virtutes, ſeptem dona Spiritus ſancti, necnon Sacramenta, & Eccleſiaſtica iuriſdictio, vt poſt Nauar. d. nu. 99. verſic. ex qua definitione, docet Vgol. d. tab. 1. cap. 3. §. 2. num. 1. & c. 33. §. 2. Aliud genus ſpiritualiũ eſt inſtitutorum ab Eccleſia, quæ etiam vt plurimum propriè loquendo non ſunt merè ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa, vt patet ex Nauar. d. num. 99. & 100. & Vgol. d. tab. 1. cap. 3. §. 3. & cap. 34. per totum. & ex his quędam inſtituta ſunt ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis, vt Eccleſiaſtica beneficia, ac tituli;

forma

Digitized by Google

forma ea acquirendi, religionis, officia Eccleſiaſtica, & huiuſmodi, vt latiùs deducit Vgol. d. cap. 3. §. 4. quædam poteſtate ordinis, vt res conſecratæ, ac benedictæ. Horum
45 rurſus annexorũ ſpiritualibus † duę ſpecies ſunt: alia enim eſt annexorum antecedenter, ſiue quia in recipiente non requirant aliud ſpirituale, quam Chriſtianiſmum, prout voluit Nauarr. d. num. 99. ex mente S. Thom. d. quęſt. 100. art. 4. ſiue potiùs, quia ad ſpiritualia ordinantur, & præparantur, vt verè voluit S. Thom. d. art. 4. quem ſequitur Vgol. d. cap. 34. num. 5. alios ad id adducens, & huiuſmodi ſunt ſacræ ædes, veſtes, & vaſa, necnon ius patronatus, & ſimilia. Alia verò ſpecies eſt annexorum ſpiritualibus dependenter, ſeu cõſequenter, eò, quia dependeãt à ſpiritualibus, & ad ea conſequantur, prout ſunt beneficia, ius percipiendi decimas, & huiuſmodi, quæ neceſſariò ſupponũt quid ſpirituale, puta ordinem, vel officiũ clericale, vt poſt S. Thom. loc. cit. & alios tradit Vgol. d. num. 5. vbi etiam optimè refellit tertiam illam ſpeciem, quam aliqui ponunt annexorum concomitanter, prout eſt labor annexus ſpiritualibus officijs, cum huiuſmodi operatio potiùs ſit pars rei ſpiritualis, quàm ei quid annexum, aut extrinſecus accedens, & adhærens. Denique ex ſupradictis colligitur alia diuiſio huiuſmodi
46 di annexorum: quædam enim † immediatè ſunt annexa ſpiritualibus, prout eſt beneficium, & huiuſmodi; quædam mediatè, quia annexa ſint huiuſmodi immediatè annexis, prout eſt penſio Eccleſiaſtica, quæ dependet, ac decerpitur à beneficio; Gig. tract. de pẽſion. quæſt. 1. & 7. & conſ. 123. num. 4. nec non ius percipiendi decimas, quod clericis per ſe cõpetit ratione beneficij, prout ſuo loco, cùm de decimis ageremus ſatis oſtendimus; & cuiuſmodi etiã
47 † eſſe poteſt ius optandi, quod a beneficio dependet, vt conſtat ex traditis ſupr. cap. 1. quæſt. 7. & cap. 3. quæſt. 1. per totum.

Præmitto tertiò Simoniacũ con-
48 uẽtionalẽ † nõ incurrere ipſo iure vllã pœnã a iure inflictã ſiſimoniacis, ſed ſolũ puniri debere pœna arbitra-
49 ria; & vbi † ex vna parte tantùm completa ſit ſimonia, reſtitui debere, quod acceptum eſt, ſi temporale ſit; ita latè tradunt Nauar. d. cap. 23. num. 103. & 150. Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 3. cap. 2. §. 2. & 3. iuncto c. 5. & Salzed. in addit. ad Prax. Crim. Diaz. verbo, ſimoniaci, quod eſt mihi cap. 91. in noua
50 editione. Dicitur autem † conuentionalis ſimonia, non realis, vbi ex parte vnius tãtùm adimpleta eſt, ſiue eius, qui ſpirituale promiſit, ſiue qui temporale, vt latè, & optimè comprobat Vgol. d. cap. 5. per tot.

Præmitto 4. & vltimò, quòd, ſi iſte, qui optauit, nolit pecuniam
51 promiſſam ſoluere, † valet optio, & licitè retinet præbendãm in foro interiori, donec ea priuetur a iudice in foro exteriori, quod facere poteſt. Id apertè colligitur ex Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 3 cap. 2. §. 1. per tot. vbi latè comprobat, quòd, vbi ſpirituale priùs datum eſt, nec ſequitur datio temporalis, valet collatio, & acquiſitio beneficij adepti præcedente ſimonia conuentionali,

illudq;

Digitized by Google

illudq; retinere quis poteſt in foro interiori donec a iudice eo priuetur. His pręmiſſis ad tres dubitationes ſuperius propoſitas tribus concluſ. ſequen. reſpondeamus.

Prima Concluſio. Tam antiquior ille Canonicus permittens optionē, quàm iunior optans interueniente
52 pecunia † committit ſimoniam, probatur; ſi enim adhæreamus illi opinioni, quæ habet, in optione acquiri nouum Canonicatum, titulum, & beneficium, prout pleriq; voluerunt, quos adducemus infr. hoc eod. trac. cap. 7. quæſt. 1. concl. 1. & 3. clarum eſt, vtrumq; committere ſimoniam: nam in renuntiatione, & acquiſitio-
53 ne beneficij intercedente pretio † committitur ſimonia, cap. quæſitum de rerum permut. cap. non ſatis, c. inſinuatum, cap. ex diligenti, cap. ex inſinuatione, cap. audiuimus, & cap. Iacobus, de ſimon. Extraua. cum deteſtabile, quæ eſt Paul. 2. de ſimon. in commun. ſi verò etiam teneamus, prout cum communiori tenebimus d. quæſt. 1. concl. 2. & 3. mutari in optione ſolam præbendam, prout præciſa eſt a canonia, ſeu Canonicatu, adhuc in optione ſic facta committetur ſimonia: tum quia etiam ipſa præbenda eſt ius quoddam ſpirituale, vt latè probabimus d. q. 1. in 2. præmiſſ. tum quia ſaltem præbenda erit quid annexum ſpirituali conſequenter, ſeu dependentur, cum, ſicut cætera beneficia, præſupponat vel ordinem, vel ſaltem primã tonſuram, & dependeat a Canonicatu cap. relatum, & cap. dilectus, il 1. de præben. Rot. deciſ. 11. num 9. de conceſſ. præben. in nou. Card. Clem. fin. num. 10. eod. tit. tum demum quia
54 optio ipſa, ſeu ius optandi † non cōpetit, niſi habenti Canonicatum, & præbendam, ſeu beneficium, vt ſupra proaauimus hoc eod. trac. cap. 3. & 4. quæſt. 1. item non niſi habenti ſaltem clericatum, ſeu primam tonſuram, vt oſtendimus ſupr. d. c. 4. quæſt. 5. atq; adeo eſt ius quoddã ſpirituale competens ex eo, quod quis habeat ordinem vel beneficiũ: qua ratione committi ſimoniam ab eo, qui vendit ius decimas perci-piendi tradidimus in tract. de de-
55 cim. c. 5. quæſt. 3. concl. 1. ſicut † ab eo, qui penſionem Eccleſiaſticam abſq; auctoritate Summi Pontificis redimit, ſeu extinguit pretio interueniente, tradit Nauar. d. cap. 23. num. 111. conſ. 2. de pact. conſ. 52. de præb. conſ. 63. de ſimon. Aragon. ad S. Thom. d. quæſt. 100. art. 4. verſic. tertia concluſio, Paul. Rom. tract. de penſion. cap. 6. num. 3. latè Flamin. Pariſ. tract. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. nu. 123. & 128 Vgol. d. tab. 1. cap. 28. §. 3. num. 7. & Mandoſ. in trac. de ſignat. grat. Verb. Extinctiones, verſ. Extinctio. Atq; in ſpecie optionis, quòd ommittatur ſimonia ab eo, qui ius ad rem, quod habet per optionem, permutat cum alio ſimili iure, vel beneficio alteri iam quæſito, vel vacante, diſertis verbis tradit Nauar. d. cap. 23. nu. 100. verſic. tertiò, quòd permutatio beneficiorum.

Secunda Concluſio. Probabilius
56 mihi eſt, in prædicto caſu † neutrum incidere in excommunicationem ipſo facto inflictam in d. Extrauag. 2. cum deteſtabile, Paul. 2. & Extrau. cum primum, Pij V. illud enim certũ
57 eſt, † nullum ſimoniacum etiam rea-

Digitized by Google

lem incurrere pœnam excommunicationis, niſi in ordine, & beneficio. ita Nauar. d.c.23.n.111.& conſ.87. de ſimo.Salzed.d addit.verſ.Tertiò, quod nullus,& verſ.Septimò, quòd, licèt, Vgol.d.tab.1.cap.49. §. 2. nu. 8 .& tab.4.cap.5.num.5.vbi hanc eſſe communem Doctorum opinionē aſſerit, quam etiam ante eos ſequitur Silueſt. verbo, ſimonia, quæſt. 19. dicens, omnia iura infligentia excommunicationem ipſo facto, loqui,& procedere ſolùm in ordine, vel beneficio, quod quidem patet eas conſideranti: ſupra autem diximus, verius nobis videri, in optione non acquiri titulum,& beneficium, ſed ſolùm præbendam. quare, vt admittamus, ſub illa clauſula poſita in d.Extrau.cum deteſtabile, & in illa Mart.V.cuius mentionem facit Silueſt.d.quæſt. 19. per electiones, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, propter illius generalitatem comprehendi poſſe etiam optandi ius, ſeu ipſam optionem; immo etiā, quòd ea excommunicatio incurratur, ſi huiuſmodi prouiſiones, & diſpoſitiones in alium transferantur, per ea, quæ latè,& optimè tradit Vgol.d.tab.1.cap.28.§.4. & cap. 49. §.1. tamen, cum ipſa optio, ſeu optandi ius neq; mediate, neq; immediatè feratur, ſeu tendat ad obtinendum, ſeu acquirendum beneficium, ideo excommunicationem ipſo iure non affert: poterit † tamen, & debebit depoſitione, priuatione, ſuſpēſione,& alijs pœnis iuxta qualitatē delicti puniri, per ea, quæ docent Vgol.d. tab. 1. cap.18. & 19. Diaz d. verbo ſimoniaci,& Nauar. d.n.111.

58

Tertia Concluſio. Certum eſt, prædictam conuentionem, & promiſſionem factam inter Canonicum iuniorem, & antiquiorem nullam

59 inducere obligationem; quare † poterit non obſtante tali pacto antiquior ipſe optare; multò verò magis poterit, immo tenebitur iunior d.pecuniam non ſoluere. id expreſſè patet ex tex.in cap. fin. de pact. vbi cauetur, quòd omnis pactio, ſeu conuentio pro ſpiritualibus obtinendis nullius penitus eſt momenti. idem de annexo ſpirituali cauetur in cap. de iure patronatus, de iure patron. vbi Gloſ.fin.id adnotauit. Certum

60 eſt etiam, † quòd, vbi tale ius optandi transferretur in eum, qui aliàs nō haberet ius optandi talem præbendam, ſeu non eſſet capax huiuſmodi iuris, puta, ſi Capitulum per ſimoniā concederet huiuſmodi ius optandi præbendam vacantem Manſionario, tunc optio ipſa nulla eſſet, cum ipſa translatio iuris nulla fuerit, per ea, quæ de confirmatione vigore electionis ſimoniacæ fuſè tradit Vgol. d.tab. 4. cap.6. num.4. quo in caſu, an,& quando Collegium, ſeu Vniuerſitas poſſit committere ſimoniam, aut de ea puniri, videndus Vgol. d. tract. tab.1. cap.7. in princip. An verò,& quomodo poſſit excommunicari, vel excommunicationem incurrere, conſulendus eſt idem Vgol. tract.de Cenſur.Eccleſ. tab. 2. c.26. per totum.

Illud autem probabiliter teneo,

61 † iuniorem illum Canonicum, qui optauit poſtquam etiam pecuniam dedit vigore d.promiſſionis, validè optaſſe, cum ſpiritualia omnia, præter beneficium, acquiſita per ſimoniam

Digitized by Google

niam teneant, vt docet Vgol. d. tab. 4. cap. 2. in princip. & ex eo probat, quòd in certis tantùm caſibus cautum ſit in allegat. Conſtitutionib. vt collatio ſpiritualium per ſimoniam facta nulla ſit, cum maximè nullitas actus pœna quædam ſit, cap. diſpendia, de reſcript. in 6. cap. ſi religioſus, de elect. eod. lib. pœnæ autem, & odia reſtringenda ſint, vulgat. cap. odia, de reg. iur. in 6. cum ſuis concord. Poterit tamen, immo
62 debebit † illa iunior Canonicus in pœnam delicti priuari præbenda ſic optata, iuxta ea, quæ diximus in ſuperiori concluſ. in fi. & in præmiſſ. 4. huius quæſt. cui ex his finis ſit.

QVAERO QVINTO, ac poſtremò in hoc Cap. An malè optantes, redire poſſint ad id, quod dimiſerunt; vel quomodo ijs ſuccurratur.

Quæſtio præcipuè eſt de tribus, quatuorue, iuncto eo, quod attigimus cap. præced. quæſt. 3. concluſ. 2. illat. 2. ea verò ſingula ſingulis concluſ. abſoluemus.

Prima Concluſio. Qui optauit præbendam, ſi ſuccumbat in lite
63 cum alio, qui eandem optauit, † redire poteſt ad ſuam, quando reſeruauit ſibi iura priſtina, ſic optando; opto, ſi, & quatenus præbenda optabilis eſt, meam dimittendo, nec aliter, nec alio modo, &c. aut alia ſimili clauſula vtendo. ita latè, & optimè Alb. aliàs Iacob. Mandel. conſ. 347. num. 4. & ſeqq. vol. 4. qui etiam num. 1. & 2. docet, eundem ſic optantem manere debere, aut ſaltem poſſe in poſſeſſione ſuæ præbendæ; quo caſu potiùs dicetur retinere præbendam ſuam, quàm ad eam redire. Ratio verò propoſitæ concluſionis eſt, quia ſic optando optat conditionaliter; conditio autem ſuſpendit actum, l. ſi ita ſtipulatus fuero, ff. de verbor. obligation. cap. ſuper eo, & cap. de illis, de condit. ap-
64 poſ. Neq; oberit, quòd † expreſſio eius, quòd tacitè ineſt, non importet conditionem, nihilq; operetur, cap. ſignificaſti, de elect. l. 3, ff. de leg. 1. cum alijs adductis per Thom. Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 33. nu. 3. hæc autem conditio, ſi præbenda eſt optabilis, de iure ineſt; nam ſi optabilis non ſit, nequit optari. Reſpōdetur enim quòd tunc operatur aliquid, & conditionem importat, quando aliter exprimitur cōditio, quàm inſit, vt poſt Card. Paul. & Imol. Clem. 1. de conceſſ. præb. & alios latè tradit idem Sanch. ſup. num. 4. & Couar. c. alma mater, 1. par. §. 9. nu. 8. de ſent. excomm. in 6. vt ſi dicatur, ſi inueneris idoneum; nam tunc præter idoneitatem exprimitur informatio. hic autem intentio optantis ſatis expreſſa ea eſt, vt optet aliā præbendam, & ſuam dimittat, quatenus optata ab alio non euincatur. Confirmatur autem id ipſum ex vi clauſulæ prædictæ, nec aliter, nec
65 alio modo, &c. quæ eſt, vt † per eam proteſtans defendatur a priuatione iuris ſui, quam aliàs incurreret, prout ex communi reſoluit Rip. in cap. cum M. de conſtit. Rol. a Vall. conſ. 51. num. 30. vol. 2. cum alijs pleriſq; ad id relatis pariter, ac probatis ab Aurel. Corbul. de cauſ. priuat. Emphyt. ob alienat. limit. 37. per tot.

Secunda Concluſio. Malè optans maiorem præbendam, ſeu (vbi ſpecialis adſit conſuetudo, aut conſtitutio,

Digitized by Google

ſtitutio, vt optari poſſint tituli, ac beneficia) beneficium pinguius, ita, vt priuetur illo, quia erat reſerua-
66 tum, aut alia ex cauſa, † ſi non fuit in culpa optando, quia iuſtam habebat ignorantiæ cauſam, & cùm primùm certior factus eſt de mala optione, dimittit, quod optauit, redire poteſt ad id, quod dimittit, licèt vſus non ſit proteſtatione, de qua in concl. præced. ſecus, ſi fuit in culpa optando, quia ſciebat, vel ſcire debebat, non eſſe locum optioni, vel, poſtquam ſciuit perſeuerauit in poſſeſſione beneficij malè optati, nec illud dimiſit. ita ferè his verbis poſt Calder. conſ. 6. de conſuet. Roman. conſ. 329. incipit, præſens, ſub num. 5. Aen. Falcon. tract de reſer. benef. quæſt. 4. princip. effect. 40. per tot. & Geminian. conſ. 78. num. 1. vſque ad 4. tradit Hier. Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. Gloſ. 34. num. 84. & ſeq. ad id allegans tex. in cap. ſi beneficia, de pręben. in 6. vbi decernitur, quòd, ſi quis ignorans recipiat beneficium priùs reſeruatum, vel alteri collatum per Papam, ſi, ex quo ſciuit, illud ſine difficultate dimiſit, recuperat priora beneficia propter illud dimiſſa, aliàs non. faciunt, quæ idem Gonzal. ſup. Glo. 56. num. 145. & ſeq. ſeu limit. 3. ad fin. docet, illud etiam tradens, quòd quando quis poteſt regredi ad primum beneficium vigore d. cap. poteſt vti remedijs retinendæ, & recuperandæ, ex quo numquam primam poſſeſſionem amiſit, ſed ſemper illam in animo conſeruauit, ita vt contra illum non concedatur alteri d. remedium poſſeſſorium, Rot. deciſ. 7. nu. 1. & per tot. de reſtit. ſpoliat. in ant. Rebuf. de pacific. poſſeſſ. num. 143. & 290. Nauar. in cap accepta, in ſolut. ad 7. oppoſit. num. 38. & 50. de reſtitut. ſpoliator. quibus adde Ancharan. & Fontan. d. c. ſi beneficia, illud admonentes, quòd in caſu tex. ob talem ignorantiam redire poteſt ille ignorans etiam propria auctoritate ad tale beneficium; aliàs ſi aliud quid ei obijciatur, debet redire cum iudicis auctoritate, vt euitet pœnam, cap. eum, qui, de præb. in 6. Poterit autem redire huiuſmodi optans ex iuſta ignorantia ad præbendam, vel beneficium dimiſſum non ſolùm ſi alteri nondũ fuerit aſſignatum, vt adnotauit Gl. in caſu collationis d. cap. ſi beneficia, verbo, aſſignari, per cap. ſi tibi abſenti, in fin. item de præbend. in 6. ſed etiam, ſi alteri fuerit aſſignatum, vt pariter in terminis collationis diſponit tex. in d. cap. ſi beneficia, quod etiam nos latiùs concl. vlt. huius quæſt. examinabimus.

Tertia Concluſio. Prouiſus de quarta Portione v. g. cuius vigore optauit, & aſcendit ad dimidiam, & poſtea ad integram Portionem, ſi poſtmodum declaratur, quòd collatio facta de quarta Portione eſt nulla, quia erat reſeruata, vel ex
67 alio defectu, debet etiam † priuari integra Portione, quam habet, niſi triennali poſſeſſione, vel alio titulo ſe defendat. ita poſt Rot. deciſ. 10. de præben. in antiq. Phil. Prob. ad Io. Monach. d cap. fin. num. 18. de conſuet. in 6. Gemin. conſ. 21. num. 6. 7. & 9. Caſſador. deciſ. 17. num. 2. de præb. in terminis tradit Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. nu. 92. & ſeq.

nam

nam ſublato antecedenti, & fundamento tollitur conſequens, & totũ ædificium corruit, prout de antecedenti probatur in l. & quia, vbi Alberic. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cum alijs adductis per Euerar. in loc. à deſtruct. anteced. ferè per tot. & de fundamento probat tex. in c. cum Paulus, 1. quæſt. 1. & alia iura ibid. per Gloſ. & Doct. allegata, & per eundem Gonzal. in d. Commentar. Reg. 8. Gloſ. 31. num. 30. cum duob. ſeqq. ad idem faciunt alia pleraq; per ipſummet adducta d. Gloſ. 31. à num. 34. ad 50. præſertim d. nu. 34. vbi poſt Rot. deciſ. 6. num. 7. par. 2. diuerſ. decidit, vitium attentati cõmiſſi circa dimidiam Portionem neceſſariò etiam inficere integram tamquam conſecutiuam ad dimidiam, & dependentem ab ea, quia non poteſt quis conſequi integram, niſi dimidiam habuerit.

Quod autem dictum eſt de quarta Portione reſpectu dimidię, & dimidiæ reſpectu integræ, intelligendum quoq; eſt de Canonicatu, cuius vigore optauit meliorem præbendam, vt admittit idem Gonzal. d. Gloſ. 31. num. 33. & ſeq. aut etiam Dignitatem, vel de integra Portione, cuius vigore optauit Canonicatum, vel Canonicalem præbendam, ſtante ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine ea optandi, iuxta tradita per nos inf. cap. 5. quæſt. 2. ad fin. & cap. 7. quæſt. 1. poſt medium. nam tunc par eſt ratio, atq; adeo eadem diſpoſitio, l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Quarta, & vltima Concluſio. Si Canonicus iunior. v. g. optauit meliorem præbendam Canonicalem, & integer Portionarius optauit prębendam Canonicalem dimiſſam, & dimidius Portionarius integram Portionẽ dimiſſam, & quartus Portionarius dimidiam Portionem pariter dimiſſam, & de quarta Portione item dimiſſa vnus fuit nouiter prouiſus, ac poſt aliquod tempus fuit euicta præbenda Canonicalis, vel etiam ipſe Canonicatus primo loco optatus (ſtante conſuetudine, vel ſtatuto ſpeciali optandi titulos, de quo inf. c. 7. quæſt. 1.) quia erat reſeruatus, vel alia ex cauſa
68 affectus; † Canonicus ille, qui primò optauit, & reliqui omnes gradatim reſtitui debent ad locum, & beneficium ratione dictę optionis dimiſſum, vbi ignorantes malè optauerint; & ſic prouiſus de quarta Portione remanebit ſine illa, & inanis; ſecus verò, vbi ſcienter malè optaſſent. ita in ſpecie tradit Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 93. cum trib. ſeqq. tum per tex. d. cap. ſi beneficia, de præben. in 6. vbi poſtquam Summus Pontifex decreuiſſet, quòd qui ignorantes recipiunt beneficium priùs reſeruatum, vel alteri collatum per Sedem Apoſtolicam ſi, ex quo ſciuerunt, illud ſine difficultate dimiſerunt, recuperant priora beneficia propter illud dimiſſa, & alijs forſan collata: ſubdit; eundem quoq; modum in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa quoad omnes alios, qui forſan occaſione prædicta ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſecuti, per omnia decernimus obſeruandum: vbi Gloſ. ab alijs recepta, verbo, omnes alios, ſic exponit; beneficia iſtius A. fuerunt collata

lata B. iſte B. dimiſit, quæ priùs habebat,& fuerunt collata C.cuius C. priora beneficia fuerunt collata D. Aget A. contra B. qui,ſi dimittat in pace, aget contra C. qui etiam,ſi ſine difficultate dimittit, repetet à D. & ſic de ſingulis. & Anchar. not. 8.Franc.num. 4. quos refert, ac ſequitur Gonzal.d. num. 94. dicunt,
69 quòd,† quando adeſt error in primo gradu, & ille eſt cauſa erroris ſucceſſiuè in pluribus gradibus,primo reſtituto aduerſus ſecundum, reſtituitur ſecundus aduerſus tertiũ, & tertius aduerſus quartum, & ſic de ſingulis. nam quando ex vna radice multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt, vt eadem lege tollatur, l.libertam,in fi. C.de nupt. Gloſ. in cap.fraternitatis,verbo,nouis, de teſt. facit cap. cum inter vos, de ſent. & re iudic. ibi, dicto inſtrumento donationis non ſit plurimũ innitendum,nec confirmationibus, nec priuilegijs,quæ de ipſo cauſam, & originem acceperũt.facit & cap. 1.extr.de reg.iur.& l.nihil tam naturale,ff.eod. tit. cum ſimilib. ex quibus habetur,omnem rem per quaſcumq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui. faciunt deniq; allegata per nos concl. præced. circa medium. Porrò ex citatis verbis d. cap. ſi beneficia,iuncta ſtatim præced. eiuſdẽ
70 diſpoſitione,apertè colligitur † declaratio ad hanc 4. concluſ. vt nimirum,etiamſi iſti omnes ignoranter optauerint,quod optare non potuerunt, tamen redire ad præbendam, vel beneficium dimiſſum nequeunt, niſi ſtatim,ac certiores facti ſunt de cauſa obſtante, dimiſerint omnino, & abſque vlla difficultate quod malè optauerant. Ex d. verò Gloſ. recepta in verbo,omnes alios, apertè conſtat, quòd,ſi non omnes, ſed aliqui tantùm ex ijs, qui malè optauerant, id ignorauerint, vel ſine difficultate dimiſerint malè optatum,illi quoq; dumtaxat recuperant quod optionis occaſione dimiſerant, ceteri autem non recuperabunt,ſed & optato,& dimiſſo carebunt;nam quæ ratio eſt de toto quoad totum, eadem eſt de parte quoad partem,vulg.l. quę de tota, in princ.vbi Gloſ.Bart. & alij,ff.de rei vendic.cum pleriſq;allegatis ab Euerar. in loc.à tot.ad par.num. 2. 3.& 7.niſi fortè malè optantes pro teſtati ſint ſe ſuam non dimittere, niſi hanc conſequi poſſint,per tradita ſup. concl. 1.

SVMMAE RERVM.

1 *Optio fieri debet intra viginti dies,etiam vbi nullus adſit executor,aut expectans; num. 2.*

3 *Tempus optandi minui, & abbreuiari poteſt per Capitulum, ſeu Collegium,in quo viget ius optandi.*

4 *Fauori ſuo, & ei,quod in fauorem ſuum introductum eſt, quilibet poteſt renuntiare.*

5 *Tempus legitimum optandi tunc demum minui poteſt per Capitulum,ſeu Collegium,cùm in id conſenſerint omnes,qui tunc optare voluerint.*

6 *Singuli de Capitulo, ſeu Collegio conſentire debent,vbi de ſingulorum præiudicio agitur.*

7 *Tempus vigintis dierum ad optandum*

dum à lege datum prorogari poteſt per Capitulum, ſeu Collegium. Hęc autem prorogatio nullatenus obeſſe poteſt Apoſtolicis impetrantibus; num. 8. niſi eſſet inducta conſuetudo poſt tex. d. cap. fin. de conſuet. in 6. num. 9. ſecus verò in ſtatuto; num. 10.

11 *Tempus a iure datum ad optãdum currit ſimul omnibus optare volentibus, & vnicum tempus ijs conceditur.*

12 *Tempus, quod pluribus datur etiam gradatim ad aliquid agendum, omnibus ſimul, & collectiuè datum cenſetur.*

13 *Tempus redimendi a ſtatuto præfixum currit ſimul omnibus conſanguineis, quamuis vnus alteri præferatur.*

14 *Menſis, qui pluribus expectantibus datur, omnibus ſimul currit.*

15 *Tempus vnicum viginti dierum ad optandum, ne alijs, præter antiquiorem, labatur, quæ cautelæ ſint adhibendæ; & num. ſeqq.*

16 *Conſanguinei remotiores poſſunt cogere proximiores, vt ante annum ſibi a ſtatuto præfixum retrahant.*

17 *Iuniores poſſunt, etiam antequam optent antiquiores, optare cum protestatione.*

18 *Tempus optandi ſolùm currit a die die ſcientiæ vacationis.*

19 *Tempus ſex menſium ad conferendum Ordinarijs ſolùm currit a ſcientiæ vacationis.*

20 *Tempus optandi non modò non currit toti Collegio Canonicorum ignoranti vacationem, ſed neque ſingularibus perſonis, ſi alijs ſcientibus vacationem, aliqua ex illis eam ignorent.*

21 *Tempus optandi non currit ex eo, quia vacatio nota ſit in Eccleſia, vel loco beneficij, niſi ibi ſint præſentes, qui optare volunt.*

22 *Notitia ficta, de qua in Clem. vnica, §. ceterùm, de conceſſ. præb. procedit ſolùm in caſu ſpeciali illius Clem.*

23 *Ignorãtia affectata, & ſupina nõ excuſat, quin currat tempus, cum vtraq; pro ſcientia habeatur.*

24 *Ignorantia ſupina quæ ſit, quæue probabilis, remittitur arbitrio iudicis.*

25 *Lex inferioris quando præſumatur ſciri, arbitrarium eſt iudici.*

26 *Scientia probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

27 *Vicinius, & conſanguineus præſumitur ſcire facta vicini, & conſanguinei. multò verò magis id verum erit in præſente; num. 28.*

26 *Scientia præſumitur de quo eſt publica vox, vel fama, vel quod publicè contigit; num. 30.*

31 *Scire quis præſumitur ea, quę fiunt in loco, quem is frequentare ſolet.*

32 *Præſumptiones, & coniecturæ ſcientia tolluntur, ſi probetur abſentia, vel alia iuſta ignorantiæ cauſa.*

33 *Ignorantia regulariter præſumitur.*

34 *Ignorantia quando iuramẽto probetur, remiſſiuè.*

35 *Sientia, vel ignorantia quomodo probetur, vel præſumatur.*

36 *Mors, vel eius notitia, quomodo probetur, remiſſiuè.*

37 *Vacatio beneficij per contractum matrimonij, per aſſecutionem alterius, aut reſignationem quomo*

do

do probetur, remiſſiuè.

38 Notitia vacationis beneficij, quæ ſufficiens ſit, & quando præſumatur.

39 Tempus optandi fortè non currit iuſta de cauſa impedito.

40 Impedito non currit tempus, vbi impedimentum non ſit affectatum.

41 Minoribus impeditis non currit tempus optandi.

42 Præſcriptio temporalis non currit minori.

43 Minores, & iuſtè impediti reſtituuntur elapſo tempore optandi.

44 Abſentes iuſta de cauſa reſtituuntur in integrum.

45 Impedimenta, ob quæ competit reſtitutio, remiſſiuè.

46 Minor, & iuſtè impeditus regulariter reſtituitur aduerſus qualibet omiſſa, & lapſum temporum ad aliquid agendum.

47 Reſtitutio fortè non datur etiam minori in merè ſpiritualibus. ſecus in ijs, quæ ſunt ſolùm annexa ſpiritualibus; prout eſt materia beneficialis; num. 48. & licèt de lucro captando agatur; num. 49. aut res integra non ſit; num. 50. maximè, vbi minor aliàs non habeat, vnde viuat; num. 51.

52 Capitulum, ſeu Collegium vniuerſum reſtituitur ex edicto minorum, vbi agitur de ſeruanda conſuetudine, ſeu ſtatuto optandi, quia nemo optauit; aliàs ſecus.

53 Iudex competens in cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam optionem, quiſnam ſit.

54 Arbitri, & arbitratores an poſſint reſtituere, vel ſaltem pronuntiare, eſſe reſtituendum; remiſſiuè.

55 Per optionem vacat ſaltem aliquo modo præbenda, quam ibi optans habebat.

56 Per dimiſſionem vacare dicitur præbenda, & beneficium.

57 Iuniores optare poſſunt præbendam vacantem, vel dimittendam ab antiquiore, ac ſuam dimittere, cum proteſtatione.

58 Optio in menſe reſeruato non inducit reſeruationem præbendæ dimiſſæ.

59 Vacat ipſo iure per optionem præbenda, quam quis in eadem Eccleſia habebat.

60 Intellectus Clem. fin. de præb. & cap. quia ſæpe, eod. tit. in 6. num. 61.

62 Triplex quando aliquis dicatur, aut eſſe poſſit in aliqua Eccleſia, & num. ſeq.

63 Intellectus cap. 1. de conſuet. in 6.

64 Vacat ipſo iure per optionem beneficij beneficium, quod in eadem Eccleſia quis habebat; & ibid. intellectus cap. litteras, de conceſſ. præb.

65 Per optionem vacat ipſo iure præbenda, vel beneficium, quod optans etiam in diuerſis Eccleſiis obtinet incompatibile ipſo iure cum optato; aliàs ſecus.

65 Incompatibilitas ipſo iure beneficiorum, ac præbendarum in quibus iuribus, & apud quos Doctores, præcipuè habeatur.

67 Diſtinctiones quædam circa incompatibilitatem beneficiorum, & præbendarum.

68 Compilatio Decretalium nihil ſuperflui, aut contrarij habet.

69 Incompatibilia ipſo iure ſunt duo Curata, duæ Dignitates, duo perſo-

ſonatus, aut horum alterũ cum altero etiam in diuerſis Eccleſiis. Item duo beneficia requirentia perſonalem reſidentiam; num. 70.

71 *Beneficia omnia an requirant reſidentiam.*

72 *Optio fieri poteſt, licèt Canonicatus reſidentiam perſonalem non requirant.*

73 *Sufficientia facit incompatibile, ſed non ipſo iure.*

74 *Obtinens ex diſpenſatione duo beneficia poteſt abſq; alia diſpenſatione, optando mutare prebendã, nõ autem titulum; niſi ante optionem alterum reſignet; num. 75.*

De Tempore Optionis, ſeu quando optandum ſit. Cap. VI.

QVAERO PRIMO, Intra quãtum tempus fieri debeat Optio.

Reſpondeo, quòd regulariter fieri debet intra viginti dies. Quàmuis enim tex. iam ſepæ cit. cap. fin. §. ne autem, de conſuetud. in 6. loqui videatur ſolùm, vbi eſt expectãs, ſeu
2 executor: tamen id abſolutè † in omni caſu locum habere, etiam vbi nullus adſit executor, vel expectans, exponit, ac tenet ibi Gloſ. in verbo, 20. dies, vbi Archid. Io. An. Gemin. Franc. & cæteri; quod etiam voluerunt Add. ad Rot. deciſ. 1. num. 8. de rer. permut. & deciſ. 4. in fi. de conſuet. in nou. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 1258 nu. 5. Alb. conſil. 159. nu. 3. vol. 1. Gonzal. ad Reg. 8. Gloſ. 34. num. 75. qui etiam id intelligunt nõ ſolùm quoad antiquiores, ſed & quoad iuniores. Quomodo autem his conſulatur, ne labatur tempus, dum expectant alios, diximus, cap. 4. q. 4. concluſ. 3. in fin. & cap. 5. quæſt. 1. concl. 1.

QVAERO SECVNDO, An poſſit hoc tempus prorogari, vel minui.

3 Prima Concluſio. Minui † poteſt hoc tempus per Capitulum ipſum: ſatis id colligitur ex Gloſ. pen. d. c. fin. & clariùs ex Petr. Paul. Paiſ. conſil. 10. nu. 17. vol. 4. & Philip. Franc. d. cap. fin. in §. vlt. ad fi. ex eo, quòd dilatio hæc in fauorem optare vo-
4 lentium inducta eſt, cui quilibet † renuntiare poteſt, cap. ad Apoſtolicã, de regul. l. ſi quis in conſcribendo,
5 C. de pact. cum ſimil. dum tamen † in id quoque conſenſerint omnes optare volentes; omnes inquam, & ſinguli; ita, vt non ſufficiat conſenſus maioris partis Capituli, ſeu Collegij, propter intereſſe, quod ea in re ſinguli habent; ſicut, & in compromiſſo electiouis ſinguli debent conſentire, c. quia propter, & cap. cum in iure peritus, de elect. cum vtrobiq; & alibi adnotat. per Doctor. ne
6 que enim ſingulis nocet † factum a maiori parte Collegij in præiudiciũ ſingulorum, niſi omnes conſentiant, vt voluit Gloſ. in l. 2. verbo, aut legẽ, C. quæ ſit long. conſuet. quam ſequitur Bart. in proem. ff. num. 5. Fel. in c. cum omnes, num. 18. & ibi Andr. ab Exea, num. 279. de conſtitut. & alij paſſim; & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, cap. quòd omnes, vbi Gloſ. & ceteri, de reg. iur. in 6.
7 Secunda Concluſio. Poterit † quoque per Capitulum hoc tempus 20. dierum prorogari: ita tenet Zerol.

Digitized by Google

in Prax.Epiſ. verbo, Canonia, verſ. ad Septimū;allegat Tiraq.de vtroq; retr.§.1.Gl.10.n.58.ſed nihil de hoc ibi dicit, neque alibi, quòd viderim:allegat etiam Gloſ.d.c.fin.verbo,dumtaxat, ſed nec ipſa id dicit: hoc ſanè tenet Io. An.in repet.d.c. fin.in verbo, dumtaxat, quem ſequitur Gemin.& Franc.qui tamē ibid.
8 tradunt, quòd † hæc conſuetudo, ſeu ſtatutum inducens maius tempus, quàm viginti dierum, ad optandum,non præiudicaret Apoſtolicis impetrantibus, per illum text.
9 niſi conſuetudo inducta † eſſet poſt hunc textum, vt ibid. dicunt Gemin. & Franc. cum poſſit induci conſuetudo contra illum, ſicut contra alios canones iuris poſitiui, modò conſuetudo illa ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, cap. fin. ext. de conſuetud. & ſic præiudica-
10 ret etiam impetrantibus:ſecus † verò inquiunt, eſt in ſtatuto; nam inferiores non poſſunt facere ſtatuta contra ius, Clem. ne Romani, de elect. cum ſimilib.

QVAERO TERTIO. An hoc tempus 20. dierum currat ſimul omnibus optare volentibus, an verò ſinguli,ſeu vnus poſt alium habeant 20.dies ad optandum.

11 Reſpondeo, currere † omnibus ſimul, & vnicum tempus omnibus dari:ita colligitur ex Archid.d.cap. fin.ad fin.ſed clarè id tenet Gloſ. in verbo,dumtaxat,quam ibi ſequitur Gem. Franc. & cæteri, nec non & Franc.Marc. d. deciſ. Delph. 1258. num. 5.1.part.Add.ad Rot.d.deciſ. 1.num. 8. de rerum permut. in no. & Tiraq. de retract. conuent. §. 2. Gloſ.vnic. num.66.poſt Oldr. conſ. 137.plures ſunt,col. 1.verſ. Tertiò, videtur, Io. And. in addit. ad Specul.rubr. de conceſſ.præben. colum. 1. Card. Clem. 1. §. ſecus, quæſt. 6. de conceſſ. præben. ac poſt alios Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 76. Quæ cōcluſio probatur primo ex tex.d.c. fi.qui dicit in plurali, volentes,& addit, dumtaxat: vnde ſatis expreſsè patet de mente Pontificis, quòd ſolos 20. dies omnibus concedere voluerit. Secundò ab abſurdo; ſequeretur enim, quòd,ſi 20.eſſent Canonici, & ſingulis tribuere vellemus 20. dies, iam impetrans Apoſtolicus deberet expectare vltra annum, quod eſt contra mentem, & verba textus. Hæ ſunt duæ rationes Gloſ. Tertiò probatur ex eo,
12 quia † vbi pluribus etiam gradatim datur aliquod tempus ad aliquid gerendum, illud omnibus ſimul negligentibus currit; & collectiuè,non diſtributiuè datum cenſetur, vt ſatis patet ex tex. in l. 2. §. vlt. iuncta l. ſeq.& in l.4.in princip. ff.de adult. prout clarè deducunt id ipſum adſtruentes Tiraq. d. Gloſ. vnic. num. 61. 66.& 82. Gemin. & Franc. d.cap.fin.§.vlt.Ex quo fit,vt
13 omnibus † conſanguineis,quàmuis vnus alteri præferatur, ſimul currat annus, & dies a ſtatuto præſtitutus ad redimendum, vt poſt Bellam. in cap. conſtitutus, colum.13. de in integ. reſtit. optimè tradit Tiraq. d. num.66. immo etiam, quod mirabile videtur, menſis,qui pluri-
14 bus expectantibus datur, † ſimul omnibus currit,vt poſt Io. An.Zenzel.Paul.Lap.& Card.d. Clem. 1. §. ſecus, alioſq; quam plurimos latè reſoluit idem Tiraq. d. Gloſ. vnic. num. 83.

Digitized by Google

num. 83. Quid ergo faciendum, vt
omnium optare volentium indem-
nitati conſultatur? Statuendus eſt
15 per Capitulum terminus† antiquio
ri duorum, vel trium dierum ad op
tandum,& ſic de ſingulis, vt ita lo-
cus detur ſequentibus, prout opti-
mè conſulit Gloſ. d. verbo, dumta-
xat, quam ibi ſequitur Anchar. &
Gemin. quod ſi non curant, vt fiat,
ſibi imputent optare volentes; pro
quo optimè facit, quod tradunt Iac.
Rau. Cyn. Alber. & Caſtr. in l. vlt. C.
16 de furt. poſſe † remotiores conſan-
guineos cogere proximiores, vt an-
te annum retrahant ſibi a ſtatuto
pręſcriptum, quod etiam alij tenent
apud Tiraq. de retr. lign. §. 1. Gloſ.
17 10. num. 6. vel optent† & ipſi iunio-
res eodem tempore cum proteſta-
tione, quòd hoc faciunt in caſu, quo
antiquiores non optauerint: ita
Butr. d. cap. fin. num. 16. ad id alle-
gans Gloſ. in Clem. fin. verbo, acce-
ptandum, de præb. Præbendas verò
quas antiquiores dimittere debent,
optare interim poterunt iuniores
cum proteſtatione, quatenus eæ per
antiquiores dimittantur. Pro quo
faciunt quæ ſup. diximus cap. 4. q. 3.
concl. 2. illat. 2. & cap. 5. quæſt. 1. con
cluſ. 1. Quamquam etiam non eſt,
quòd cōquerantur iuniores, dū anti
quiores expectant vſque ad finem
20. dierum, fortè vt rectiùs delibe-
rent; nam & ipſi interim poterunt
deliberare, an vacantem, vel ab an-
tiquioribus, qui optare poſſunt, di-
mittendam pręb endam, vel domum
optare debeant.

QVAERO QVARTO, An hoc
tempus 20. dierum currat a die va-
cationis, an à die ſcientiæ eiuſdem
vacationis, & quomodo.

Prima Concluſio. Communis
18 opinio eſt, quòd ſolum currat † a
die ſcientiæ; ita voluit Gloſ. d. c. fin.
in verbo, 20. dies, vbi Archid. Io. An.
Gem. Franc. & cæteri omnes, Fran.
Marc. deciſ. Delphin. 1258. num. 5.
1. par. Add. ad Rot. dec. 1. de rer. per-
mut. in nou. Zerol. in Prax. Epiſcop.
in verbo, canonia, verſ. ad ſeptimū,
concl. 2. & Tiraq. de retract. lign. §.
35. Gloſ. 4. num. 14. vbi cum multis
num. anteceden. & conſeq. multa
ad id affert ſimilia, & exempla, qui-
bus id ipſum comprobari poteſt:
ego illo contentus ero, quod affe-
runt Gloſ. & Doct. omnes d. cap. fin.
ſumpto ex cap. quia diuerſitatem,
19 de conceſſ. præben. vbi tempus† ſex
menſium, quod datur Prælatis ad
conferendum, declaratur ſolùm cur
rere e die ſcientiæ, id quod etiam
diſponitur in cap. licèt, de ſupplen.
negl. Prælat. & latè traditur ibi per
Doct. & Tiraq. d. Gloſ. 4. num. 7. Hāc
verò concluſionem puto procedere
20 † non modò reſpectu totius Colle-
gij, & Capituli Canonicorum, vt illi
ignoranti non currat hoc tempns,
ſed etiam ſingularium, & aliquorū
ex illis, ſi fortè alijs ſcientibus ipſi
ignorent vacationem iuſta aliqua
de cauſa; idque, quoniam militat ea
dem ratio: neque tunc obſtabit,
quòd hoc tempus currat omnibus
ſimul; nam vel id procedit ſolùm,
vbi adſit expectans; vel ita capien-
dum, vt vnus poſt alium illud tem-
pus non habeant ſinguli; vel deniq;
ſpeciale erit in hoc caſu ob iuſtam
cauſam ignorantiæ.

Secunda Concluſio. Ad hoc, vt
currat hoc tempus ad optandum,

Digitized by Google

non ſufficit † ficta illa notitia, de
21 qua in Clem. vnica, §. cæterùm, de conceſſ. præb. quòd nimirum vacatio ſit nota in loco, vel Eccleſia beneficij, quicquid voluiſſe videatur Io. An. d. cap. fin. tum quia contra eum in ſpecie tenent ibid. Gemin. & Franc. tum quia id apertè colligitur ex Gloſ. pen. d. Clem. vn. & ibi Card. Imol. & alijs dicentibus,
22 † ſpeciale id eſſe in caſu d. Clem. propter verba huius tex. dicentis; prædictã vacationis notitiam, & mox, in hoc caſu; ac propter ſpecialem rationem illius rigoris, quia non perit expectanti in totum priuilegium acceptandi etiam pro illa vice, cum poſſit aliud beneficium acceptare. Sed antequam quæſtionem hanc egrediamur, illud adnotandum eſt, ignorantiam affectatam, aut ſupinam non excuſare; quin currat tempus, cum vtra-
23 que † pro ſcientia habeatur, vt de prima eſt tex. in l. qui contra, C. de inceſt. nupt. & in c. cum inhibitio, §. ſi quis verò, ibi, affectatores ignorantiæ, de clandeſt. deſponſ. cũ alijs plenè adductis per Tiraq. d. Gloſ. 4. num. 28. & 29. de ſecunda eſt Gloſ. in Clem. 1. in verbo, ſcienter, de conſang. & affin. & eſt optimus tex. in l. nec ſupina, ff. de iur. & fact. ignor. & in l. & conſenſus, §. ignorantia, ff. de contrahen. empt. faciunt & optimè quę latè de huiuſmodi ſupina ignorãtia tradit idẽ Tiraq. d. Glo. 4. num. 34. & 35. Dubium autem eſt, quę dicatur ſupina ignorantia, & quę probabilis. Aliqui enim dicunt, ſupinam eſſe ignorantiam, vbi ſcientia pręſumitur, quod tenuit Odd. in tract. de reſt. in integ. quęſt. 8. art. 10. num. 59. 60. & ſeqq. vbi plura affert exempla, Gloſ. verò in Clem. 1. vbi cęteri, de conceſſ. pręb. ex eo tex. colligunt, eum, qui ſcire potuit per ſe, vel per alium, excuſandũ non eſſe, immo habendum eſſe pro ſciente. Mihi autem probabilius eſt,
24 † id totum remittendum eſſe arbitrio iudicis: colligitur id ex Card. in d. Clem. 1. §. cæterùm, nu. 9. poſt Gloſ. in c. ſi clericus, in verbo, negligenter, de pręben. in 6. pro quo fa-
25 cit quòd † arbitrarium eſt, quando pręſumatur ſciri lex inferioris, vt poſt alios tradit Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſ. 186. num. 1. Et quoniam etiam coniecturis, & pręſumptioni-
26 bus † probatur ſcientia, vt inter alios tradunt Borgn. deciſ. 36. num. 27. 1. par. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 89. num. 17. & latè probat Maſcard. de probat. concluſ. 1293. nu. 1. poterit iudex, & bonus vir ex ijs ſe informare; quę de ſcientia præſumenda paſſim tradunt Doct. quorũ duos præcipuos caſus, qui ad rem noſtram facere poſſunt, hic adiungere volui. Primus eſt, in vicino,
27 † & conſanguineo, qui ſcire pręſumitur facta vicini, & conſanguinei, Odd. d. tract. de reſt. q. 8. art. 10. nu. 62. & 65. poſt Bal. & alios, Menoch. de pręſum. lib. 1. quęſt. 77. nu. 8. lib. 2. pręſum. 51. num. 43. & 44. lib. 3. pręſum. 124. num. 27. & latiùs lib. 6. pręſum. 24. per totam. Maſcard. d. concl. 1293. num. 9. 15. & 18. vbi tamen eam concluſionem multipliciter reſtringunt, ac declarant. Mul-
28 tò verò magis † in pręſente ſcientia pręſumetur, vt fusè probat Maſcard. d. concl. num. 22. & Menoch. d. lib. 6. pręſum. 21. num. 6. Secundus,

29 dus, quando † de aliqua re eſt publica vox, & fama: latè Maſcard. d. tract. concl. 1100. nu. 2. Menoch. d. lib. 6. d. preſum. 23. n. 70. & de arbit. iud. lib. 2. caſ. 186. num. 8. poſt Dec. in c. cognoſcentes, num. 18. ibiq; Fel. nu. 17. de conſtit. Cui affine eſt, quod
30 dicitur, † ſcientiam præſumi de eo, quod publicè contigit, & eſt notorium, vt inter alios latè tradit Menoch. de præſum. d. præſum. 23. num. 68. & 69. Odd. d. art. 10. num. 67. quod idem erit de ijs, quæ fiunt
31 in loco, vbi quis ſolet frequentare, vt optimè oſtendit Maſcard. d. concluſ. 1100. num. 1. Circa quas tamen, ac ſimiles præſumptiones & coniecturas ſcientiæ adnotandum
32 eſt, eas vt plurimum † tolli, ſi probetur abſentia, vel ſimilis cauſa, quę iuſtam ignorantiæ cauſam prębeat, vt poſt Bal. d. c. cognoſcentes, ibique Abb. num. 10. Fel. & Dec. num. 19. Bero. num. 54. alioſq; quamplurimos letè oſtēdunt Menoch. d. caſ. 186. num. 16. Maſcard. d. concluſ. 1100. num. 3. & 880. num. eod. Quando verò hæc ipſa ignorantia (quę
33 etiam alioqui † prę ſumitur, l. ſuper ſeruis, vbi Gloſ. & Bart. C. qui milit. non poſſ. cum ſimilib. de quibus latè inter cęteros per Maſcard. d. concl. 880. nu. 3. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. num. 35.) quan
34 do inquam iuramento † probetur, habes latè per Maſcard. concl. 881. & Menoch. d. caſ. 186. ferè per tot.
35 Alios verò caſus, † quibus ignorantia, vel ſcientia pręſumatur, aut probetur, habes per eoſdem Menoch. Odd. & Maſcard. loc. omnibus ſuper. alleg. & Soc. reg. 175. Sed ad rē propiùs accedendo, quoniam vacatio beneficij, de cuius notitia quęrimus, quando præſumatur, contingere poteſt vel per mortē, vel alia ratione, quomodo probetur mors, vel eius notitia, colligere poteris ex ijs, quæ latè tradit Maſcard. concluſ. 1069. cū trib. ſeqq. & Aſin. in 2. par. ſuæ Prax. §. in principio textus, per totum. De vacatione autem
37 † per contractum matrimonij, per aſſecutionem alterius, aut reſignationem, videndus eſt idem Maſcard. d. tract. de probat. concluſ. 182. 183. & 1395. In ſpecie verò de notitia
38 † vacationis beneficij, quando præſumatur, atq; ſufficiens ſit, videri poſſunt Doct. in c. licèt, de ſuppl. negl. Prælat. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. & Clem. vnic. eod. tit.

QVAERO QVINTO, An, ſicut hoc tempus non currit ignoranti, ita etiam aliter iuſta de cauſa impedito, aut minori; vel ſaltem aliqua ratione iiſdem ſuccurratur.

39 Prima Cōcluſio. Probabile eſt, † quòd ſi ij omnes, qui optare debebant, iuſtè impediti fuerint, durāte tali impedimēto illud tēpus ijs nō currat; optimus tex. in l. 1. C. de annal. except. l. ob commiſſa, C. de adult. l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. l. vlt. §. donec, C. de iur. delib. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. cum alijs ſimilibus. ex quibus illa regula ſit, quòd impedi-
40 to † non currit tempus quam inter alios probat Tiraq. de retract. lign. §. 3. Gloſ. 4. num. 6. & de retract. conuent. §. 2. Gloſ. vni. nu. 78. dum tamen illud impedimentum non ſit affectatum, per ea, quæ latè tradit idem Tiraq. de retr. lign. §. 35. Gloſ. 4. num. 29. Multò verò magis

gis id verum erit, ſi aliqui ex ijs
41 † ſint minores: ijs enim ſaltem non currit huiuſmodi tempus, durante iuſto impedimento, cum præſcri-
42 ptio temporalis † minoribus non currat, ſed ipſo iure tuti ſint, vt eſt tex. in l. fin. C. in quib. cauſ. reſt. in int. non eſt neceſſ. loquens de præſcrip. legali, quod latius proſequitur Sfort. Odd. tract. de reſt. in integr. q. 88. art. 2.

Secunda Concluſio. Vbi etiam ipſo iure currat tempus illud optan
43 di, adhuc competet † tam minoribus ex cauſa ætatis, quam abſentibus alijſue iuſtè impeditis in integrum reſtitutio. Illud enim regula
44 re † eſt, abſentibus iuſta de cauſa ſuccurri per reſtitutionem in integrum, vt eſt tex. in l. 1. ff. ex quibus cauſ. mai. l. & ſi ſine, §. fin. ff. de minor. de quo abſentiæ impedimento luculenter, & optimè agit Odd. d. tract. q. 5. 6. & 7. per totas: de alijs
45 † impedimentis, quæ ad rem noſtram faciunt, fuſè, & eleganter tradit q. 11. & 14. in genere verò de impedimento, quatenus cauſam dat reſtitutioni, latè per eundem q. 27. & tribus ſeqq. vbi etiam tractat, quãdo proteſtatio, vel dimiſſio procuratoris neceſſaria ſit; quæ conſultò omitto, ne nimis longum faciã, & ea hic inſeram, quæ à tanto viro egregiè pertractantur. Duo tamen non omittam, quæ proximè rem noſtram attingunt. Alterum eſt,
46 tam minorem † ex cauſa ætatis, quàm maiorem ex cauſa iuſti impedimenti regulariter aduerſus qualibet omiſſa, & lapſus temporum ad aliquid agendum competentium reſtitui; prout regulam facit idem Odd. d. tract. q. 89. art. 1. per textus qui ſunt clari, in l. pen. C. de reſtit. in integr. ibi, ignorauerunt, vel prętermiſerunt, & in l. non omnia, ff. de minor. & admittit Gloſ. in l. ſi cum militaribus, verbo, diſtraxerunt, C. de reſtit, milit. ac Tiraq. de retract. conuent. §. 1. Gloſ. 2. nu. 57. loquentes de tempore legali, prout eſt in caſu noſtro. Alterum eſt, quòd, licèt in ijs, quæ mere ſpiritualia ſunt, vt matrimonium, ingreſſus religionis, votum, & ſimi-
47 lia, fortè minor etiam † non reſtituatur, vt poſt Gloſ. Abb. Anch. & alios in c. ex parte, de reſt. ſpol. & alios tradit idem Odd. d. tract. q. 60. art. 1. & aliquot ſeqq. tamen in ijs, quæ non ſunt merè ſpiritualia, ſed ſpiritualibus ſolùm annexa, prout
48 eſt materia beneficialis, datur † minori enormiter læſo in integrum reſtitutio, vt ſingulariter tradit Lud. Gomeſ. ad reg. Caacell. de trien. poſſeſſ. quæſt. 15. & latiùs Didac. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 4. num. 2. 3. 7. & 8. ac nouiſſimè Flamin. Pariſ. tract. de benef. lib. 3. quęſt. 7. ferè per tot. maximè à num. 19. ad 24. & à num. 45. vſque ad 56. vbi etiam pro
49 bant, id procedere † licèt de lucro captando agatur, vt puta de beneficio acquirẽdo, cuius obtinẽdi ius, vel ſpem proximam quis habebat; vel ſaltem recuperando, quod ſemel obtinuerat, & incautus dimiſerat, quo tamen caſu potiùs tractatur de damno vitando: & licèt res
50 integra † non ſit, quia beneficium iam alteri ſit collatum eo tempore, quo clericus minor læſus, poſtquã factus eſt maior intra quadrienniũ petit reſtitutionem aduerſus reſigna-

gna-

Digitized by Google

tionem beneficij,(& in noſtra ſpecie aduerſus omiſſam optionem pinguioris præbendæ,quæ deinde alteri fuit collata, vel dimiſſionem ſuæ præbendæ pinguioris pariter alteri poſtmodum collatæ;)id quod etiam generatim in prouiſione,ac reſigna-
51 tione beneficij,†vbi aliàs minor nõ habeat, vnde viuat, inter alios admitti t, ac tradit Chriſtoph. Rophiniac. in tract. de benef. cap. 17. num.13.& 16. poſt Abb. in cap. ex parte, de reſtit. ſpoliat. cum tamen Glo.& cæteri d.cap.ex parte procedere id nolint re non integra, quos ſatis refellunt Chriſtoph. Didac. & Pariſ.loc.cit. qui etiam contraria ita ſoluunt, vt ad eos remittere lectorem ſufficiat.An verò minor reſtitutus ad præbendam,quam dimiſit,vel non acquiſiuit per optionem, recuperet etiam ſtallum,& locum pриſtinum, vel quem habere potuiſſet in Choro,dicemus cap. ſeq. q. 2. in fin.

Quòd ſi rurſus a me aliquis quærat, an toti Collegio Canonicorum hæc reſtitutio cõpetat ex capite minoritatis ratione minorum, quos continet;vel etiam quia Collegium ipſum tanquam Eccleſia, iuxta tex. in cap.1.de in integr. reſtit. cum ſimil.vel tanquam pium Collegium, aut omnino tamquam Collegium, & Vniuerſitas hac in re priuilegio minorum gaudeat,iuxta latè tradita inter alios per Odd.d. tract. q.3. art.5.& 12.

52 Reſpondeo,quòd†ſi id agatur, vt aliquis ſaltem de Capitulo optet,ad hoc, vt optandi conſuetudo ſeruetur,neque ea turbari poſſit, aut interrumpi per huiuſmodi contrariũ vſum, tunc poterit totum Capitulũ Canonicorum propter hoc intereſſe,quod propriè ad illud ſpectat, vt vniuerſum eſt, & tanquam Eccleſia ex edicto minorum reſtitui,per tex. d.cap.1.& ea, quæ tradit Odd. loco proximè alleg. Si verò aliqui iam optauerint, alij non; tunc, cum hi Collegium non conſtituant,ſed tanquam ſingulares veniant, atq; adeo non iam de intereſſe totius Capituli,ſed aliquarum ſingularium perſonarum illius agatur, niſi perſonæ illę verè minores ſint,reſtitui non poterunt ex huiuſmodi edicto minorũ, vt colligitur ex traditis per Odd. ibid.poterunt tamen tamquam maiores,ſi aliqua ſubſit cauſa ex ijs,de quib.in tot.tit.ex quib.cauſ. mai. & ibi per Doct.ac Odd.d. tract.q.5. & mult.ſeqq.Quis autem ſit iudex cõ-
53 petens † in hac reſtitutione,patet ex tex.& ibi Doct.in l.fin. C. vbi, & apud quem,&c.& in cap. pen. de in integr.reſtitut.vbi habetur,ſolos iudices ordinarios adminiſtrationem habentes,vel ab eis delegatos poſſe reſtituere,non autem arbitros, de quo latè inter cæteros per Odd. d. tract.de reſtit.in integ. q.32. art. 1. cum ſeqq.& Io.Maurit.Dolan.in ſimili tract.c. 35.& plur. ſeqq. Quan-
54 do tamen,& quomodo† poſſint arbitri,& arbitratores ſaltem incidenter reſtituere,vel pronunriare reſtituendum,præter Doct.d.l.fin.& cap. penul.videndus eſt Odd. & Maurit. loc.mox cit. Caldas ad l. ſi curatorem habens,C.de in integ.reſtit. minor. Verbo,implorandum, num.25. cum duob.ſeqq.& Camil.Borel. in tract.de compromiſſ.§.2.Gloſ.1.nu. 174.cum ſex ſeqq.

QVAE-

Digitized by Google

QVAERO SEXTO, & poſtremò in hoc cap. An tempore optionis vacet ipſo iure præbenda dimiſſa, aut alia, quam optans habeat.

Quæſtio hęc, quæ, ſicut ad hoc ita etiam ſpectat. ad ſeq. cap. vnde etiã inter vtrumq; collocauimus, nonnullas habet inſpectiones, quas ſingulis concluſ. breuiter tamen, cum eas ferè omnes alibi attigerimus, hoc loco proſequemur.

Prima Concluſio. Per optionem
55 † regulariter vacat ſaltem aliquo modo præbenda, quam in ea Eccleſia optans habebat. Probatur, tum ex Gloſ. ab alijs approbata d. cap. fin. verbo, non fuerit, vbi ait, ex quo enim vacant præbendæ, neceſſe eſt, vnam remanere non optatam; tum quòd, ſi non vacaret, non poſſet ſine ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto optari, iuxta Gloſ. receptam, d. cap. fin. verbo, cum vacant, Rot. deciſ. 6. nu. 1. circa initium, de conſuet. in nou. & ſatis probat ille tex. ibi, cum vacant, & ibi, vacantibus: tum quòd in optione dicitur dimitti præbenda, quæ habetur, vt Doctores omnes tum d. cap. fin. tum vbicunque de optione tractant, vno ore loquun-
56 tur; per dimiſſionem autem † vacare dicitur præbenda, & beneficium, vt conſtat ex cap. is, cui, cap. ſi beneficia, & cap. cum ſingula, de præb. in 6. & Extrauag. execrabilis, Io. 22. eod. tit. tum denique ex cap. litteras, de conceſſ. præben. & Clem. fin. de præben. vbi habetur, obtinentem ſecundam præbendam in eadem Eccleſia non poſſe primam retinere, immo eam vacare, quæ duo iura concl. ſeq. examinabimus. Interim verò pro limitatione huius concluſ. duo commemoraſſe ſufficiat. Alterum, quod cap. præced. quæſt. 1. concluſ. 1. attigimus, & latiùs explicauimus eo ipſo cap. quæſt. vlt. ferè per totam, & hoc eod. cap. quæſt. 3.
57 ad finem, poſſe † iuniores præbendam, quæ cum Canonicatu, aut alio titulo vacauit; vel præbendam à priùs optante, ſeu antiquiore dimittendam optare, & ſuam dimittere cum proteſtatione, quatenus quoad priorem caſum, illa præbenda ab antiquiore non optetur, quoad ſecundum quatenus illa præbenda dimiſſa, vel dimittenda optabilis ſit, & ab ipſo iuniore obtineri poſſit, & non aliter, &c. tunc enim non omnino vacat præbenda, quæ dimittitur, vel dimittenda eſt, ſed ad eam redire poteſt malè optans; maximè ſi ignorãter malè optauit, vt ibid. ſatis dedu-
58 ximus. Alterũ eſt, per optionẽ † non ita vacare præbendam etiam liberè dimiſſam, vt, ſi fiat optio in menſe reſeruato, ipſa præbenda dimiſſa reſeruata, atq; adeo inoptabilis cenſeatur; quod idem dic, vbi optio fiat cum d. proteſtatione, ſed ea ſortiatur effectum. Ratio huius eſt, quia per optionem dimittitur ſola præbenda retento titulo, vt latiùs cap. ſeq. quęſt. 1. oſtendemus: at Reg. 8. reſeruat titulos, vel præbendas ſimul cum titulis vacantes: quare non obſtabũt illa verba eiuſdem Reg. aliàs, quàm per reſignationem, quocunq; modo vacatura: atq; ita habet communis praxis, & conſuetudo fundata etiam in d. cap. fin. de conſuet. in 6. vbi indiſtinctè, datur tempus viginti dierum optare volentibus etiam præbendam dimiſſam per optionẽ; facilè autem euenire poterat, & poteſt

teſt, vt viginti dierum magna pars incidat in menſem reſeruatum. qua ratione idem foret dicendum, vbi ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optari poſſet ipſe titulus, ac beneficium. neq; tunc etiam obſtabunt cit. verba Reg. 8. maximè cum hæc dimiſſio habeat vim reſignationis in manu Superioris, ad tradita per Rot. decis. 6. num. fin. de conſuet. in nou. & Gonzal. ad Reg. 8. Gloſ. 34. num. 65. cum aliquot ſeqq. eſtq; ſaltem tacita reſignatio; taciti autem, & expreſſi eadem eſt virtus, l. cum quid, ff. ſi cert. pet. cum ſimil. autē. Ad declarationem huius limitationis videas ea, quę dicta ſunt ſup. cap. 3. quæſt. 3. concl. 2.

Secunda Concluſio. Optante Canonico, vel alio beneficiato in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata præbendam aliquam, vel etiam ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine beneficium ipſum, ac titulum, & optione
59 plenum ſortiente effectum, † vacat ipſo iure præbenda, vel beneficium, quæ optans in eadem Eccleſia tunc obtinet; nec vtrumq; retinere poteſt. Probatur hæc concluſio quoad præbendam, vt a titulo, ac beneficio diſtinguitur, ex Clem. ſi iuxta, quæ
60 eſt fin. de præben. vbi † poſtquam dixerat Summus Pontifex, quòd adeptus Canonicatum, & præbendam cum expectatione Dignitatis in eadem Eccleſia, poterit acceptare Dignitatem, quæ præbendam habeat annexam, cùm vacauerit, ſubdit, quòd prima præbenda hoc ipſo vacabit, quòd ſecundam cum Dignitate prædicta fuerit aſſecutus; vbi Gl. recepta in verbo, hoc ipſo, dicit, hinc patere, quòd in præbendis eiuſdem Eccleſiæ ipſo iure per receptionem ſecundæ vacat prima. & in verbo, annexa præbenda, dicit, quòd, ſi non fuiſſet annexa, retenta prima præbenda conſequeretur Dignitatē ſine præbenda, quæ cum illa vacauit, iuxta cap. quia ſæpe, de præben. in 6. licèt hic tex. meo iudicio ad id parum faciat; nam ibi loquitur Pon
61 tifex † de iam obtinente Canonicatum, ſed ſine præbenda, cum expectatione tamen reſpectu primò prouiſi, vnius præbendæ, reſpectu verò ſecundi, præbendæ, & Dignitatis, Perſonatus, vel Officij, & decidit, primū præferri, ſi præbenda non annexa vacauerit cum Dignitate, Perſonatu, vel Officio, ſecūdum verò, ſi erat annexa illi Dignitati, Perſonatui, vel Officio. Pariter non video, quo
62 modo † pro ratione huius vacationis ipſo iure iuxta terminos d. Clemen. fin. quæ maximè ad rem noſtrā facit, illud afferat Gloſ. ibid. verbo, vacabit, quòd aliàs ille Canonicus eſſet triplex in Eccleſia ſine diſpenſatione Papali, cum tamen in hoc neque valeat conſuetudo etiam immemorabilis, & iurata, cap. 1. de conſuetud. in 6. nam non ideo eſſet triplex, quia haberet in eadem Eccleſia Canonicatum, & præbendam, ac ſimul Dignitatem cum præbenda maximè illi annexa; nam prębenda, & Canonicatus in eadem Eccleſia non faciunt quem duplicem, immo habenti Canonicatum de iure debetur præbenda in eadem Eccleſia, c. relatum, & cap. dilectus, il 1. de præben. cap. cum ſuper quæſtione, de conceſſ. prębend. cum ſimil. multò verò minùs, cùm vna præbenda eſt annexa alteri ex illis duobus beneficijs,

lis, vtrum cum aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, colligitur quoq; Præpoſituram illam collatam fuiſſe ſimul cum alia præbenda diſtincta ab ea, quam habebat ſimul cum Canonicatu eiuſdem Eccleſiæ; quod & in ſpecie inter ceteros adnotauit ibi Abb. circa initium. Et ſic deciſio eiuſdem tex. vt prior illa præbenda vacauerit ſaltem de iure per aſſecutionem Præpoſituræ, valde facit ad d. poſteriorem partem huius noſtræ concluſ. confirmandã. quod autem habet tex. in cap. cum noſtris, eod. tit. de conceſſ. præb. vbi ſimile haberi d. cap. litteras, tradit ibid. Gloſ. fin. quia non ad hanc, ſed potiùs ad ſeq. concl. pertinet, ibid. cum alijs erit allegandum: quod tamen ibidem afferemus ex Hier. Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 125. hanc ipſam 2. concluſ. ſaltem quoad prædictam eius poſteriorem partem maximè confirmat. De hac porro incompatibilitate ratione eiuſdem tecti, quid requirat, conſulendi ſunt Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. 20. Gonzal. d. Reg. 8. Glo. 10. a num. 32. & alij, quos ipſi citant.

Tertia, & poſtrema Concluſio. Quoties beneficium, vel præbenda pinguior, quam quis optat, eſt incompatibilis de iure cum præbenda, vel beneficio, quod, vel quam obtinet etiam in diuerſis Eccleſijs,
65 tunc † per optionem, (quæ tamen plenum ſortiatur effectum iuxta ſupradicta) vacat ipſo iure illa prima præbenda, vel beneficium; ſecus verò quando non eſſet talis incompatibilitas, quæ induceret vacationem ipſo iure; tunc enim is, ad quem ſpectat optio, ſeu prouiſio minoris præbendæ, aut beneficij, non poteſt optare, aut prouidere, niſi priùs, qui optauit maiorem præbendam, ſeu portionem, aliudue beneficium, voluntariè illam, illudue dimittat, aut a Superiore ſuo ad dimittendum condemnatus fuerit. Hæc concluſio tum ex ipſis fermè terminis per ſe patet; tum etiam ex eo confirmatur, quòd eam in ſpecie tenet Hier. Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 34. num. 125. ex Put. deciſ. 228. ad medium lib. 3. ſubdẽs etiam, ita fuiſſe reſolutum in vna Calaguritana de Amarita, 18. Decembris 1579. coram bo. mem Gypſio. Illud ergo dumtaxat reliquum eſt, vt breuiter videamus, quandonam beneficia de iure incompatibilia dicantur. De qua incompatibilitate plura
66 iura habemus, maximè verò † cap. ſanctorum, 70. diſt. c. in apibus, & cap. ſi quis translatus, 7. quæſt. 1. necnon 21. quæſt. 1. ferè per tot. cap. dudum, il 2., & cap. cum in cunctis, §. cum verò de elect. cap. inter corporalia, & toto fere tit. de translat. Epiſc. cap. eam te, de æt. qual. cap. quia nonnulli, & cap. conquerente de cler. non reſid. cap. quia in tantum, cap. cum iamdudum, cap. cum teneamur, cap ad hæc, cap. extirpandæ, cap referente, cap. præterea, cap. cum non ignores, c. de mult, ade præb. cap. cum noſtris, & cap. litteras, de conceſſ. præb. cap. gratioſè, & cap. gratia, de reſcript. in 6. cap. 1. de conſuet. cap. nemo, de elect. cap. ordinarij, de off. ordin. cap. is, cui, cap. non poteſt, cap. eum, qui, cap. ſuper eo, cap. ſi tibi conceſſo, cap. licèt, cap. cum ſingula, de præben. eod. lib. Clem. gratiæ, de reſcript. Clem. ſi

Digitized by Google

plures, & Clem. fin. de pręben. Extrauag. Io. 22. Execrabilis, & Bened. xij. ad regimen, de pręb. quę innouantur in Reg. 1. Cancel. Apoſt. item reg. 57. eiuſdem Cancell. & denique Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. & 5. & ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat. ex Doctor. verò plura inter ceteros tradit Abb. in ſolemni repet. d. cap. extirpandę, §. qui verò, ex num. 29. Alphon. Hoſ... Io. de Lign. & alij, qui proprios tractatus de incompatib. vel de plural. benef. ediderunt, Staphil. de litt. grat. tit. de var. mod. vacat. benef. §. tertius vacationis modus, Rebuf. in Praxi benef. par. 2. tit. de diſpenſ. ad plura benef. & par. 3. tit. 1. circa medium, Silueſt. & alij Summiſtę verbo, beneficium, Io. Azor. Inſtit. Mor. p. 2. lib. 6. cap. 10. cum trib. ſeqq. Nauar. in Man. de Orat. cap. 22. a num. 64. & Man. Confeſſ. cap. 25. num. 125. cum quatuor ſeqq. & in plurimis conſ. ſub tit. de pręben. ac nouiſſimè Gonzal. ad d. Reg. 8. Gloſ. 10. a num. 32. ad 43. & Gloſ. 15. num. 9. & multis ſeqq. ſeu in tertio modo vacationis. Duen. reg. 71. Capr. reg. 91. Maſcard. de probat. concl. 183. per totas.

Sed quoniam non modò iura in hac materia videantur ſibi aduerſari, vt adnotauit Gonzal. ſup. num. 10. ſed & Doctores ipſi antiqui, & moderni, vt monet Abb. d. §. qui verò, num. 28. & patet ex cit. Doctor. & dd. iurium interpretib. vt tam iura, quàm Doct. aliqua ratione concili-
67 entur, † nonnullas diſtinctiones afferendas, adnotandaſq; hac in re puto. Prima eſt; non idem fore, neneficia aliqua eſſe de iure incompatibilia, & ipſo iure, hoc eſt ita incompatibilia vt per, aſſecutionē vnius, præſertim ſecundi, hoc ipſo inducatur vacatio alterius, ſaltem de iure; quæ diſtinctio tacta fuit à Gonzal. d. num. 125. initio concluſ. alleg. & probatur etiam ex d. c. cum noſtris, cap. litteras, c. de multa, & Extrauag. Execrabilis & Conc. Trid. d.. cap. 4. & 17. in quibus potiſſimum hæc vacatio ipſo iure inducitur; adiunctis alijs iuribus citatis, in quibus ea vacatio non inducitur. Ex his verò, (& hæc ſit altero diſtinctio,) in quibuſdam, vt, d. c. conquerente, c. cum teneamur, & Conc. Trid. d. cap. 17. circa initium, ſolum retentio vtriuſque, aut plurium beneficiorum ſimul prohibetur; in alijs autem, vt d. c. gratia, cap. præterea, & cap. referente, decernitur, vt ex duobus vnum, quod maluerit beneficium, dimittere quis teneatur; in alijs deniq; præcisè quis primum dimittere cogitur, vel mandatur illo priuari, vt d. cap. quia nonnulli, & cap. de multa in 2. parte illius text. cū alijs ſimil. Tertia diſtinctio eſt iuxta tēporum, quibus canones illi cōditi ſunt, varietatem, prout eam facit Gonzal. d. Gloſ. 15. num. 10. vſque ad 15. vbi priùs poſt Card. conſ. 3. nu. 3. Abb. d. cap. quia nonnulli, num. 4. & Caſſad. deciſ. 1. num. 1. de conſtit. diſtinguit quatuor tempora. primū ex d. c. referente, & c. præterea: Secundū ex d. cap. quia nonnulli: tertiū ex d. c. de multa: quartū ex d. Extrau. Execrabilis. deniq; addit quintū tempus ex Concil. Trid. d. c. 4. & 17. Quę diſtinctio quàmuis iure poſſet impugnari; tum quòd omittit tempus antiquorum canonum, qui in-

De-

Decreto habentur, necnon Sexti,& Clementinarum, in quibus tamen pleraq; vt vidimus, hac de re habentur, tum quòd tria priora illa tempora ex Decretalib. conſtituta pro vno poni debebant,cum vnam habeant compilationem, in qua licèt plura cap. † inter ſe diuerſa ſint, ex quibus vnum plerumq; alterum ampliat, vel reſtringit, & gloſat, & quod in vno principaliter diſponitur, in alijs pleriſq; inciden ter ponitur, vt cuiq; vel mediocriter in ijs verſato ſatis patet;nullum tamen alteri aduerſatur, nullumq; eſt ſuperfluum, quia idem in pluribus iuribus principaliter diſponatur,vt ſatis conſtat ex proœmio Decretalium,ibi, quarum aliquæ propter nimiam ſimilitudinem,& quædam propter contrarietatem,& ibi, reſecatis ſuperfluis, iuncta Gloſ. ibid. communiter recepta, verbo, ſimilitudinem, verbo, contrarietatem, & verbo,ſuperfluis.Quare,vbi aliqua diſtinctio temporum hac in re foret adhibenda,prædicta ita reformanda eſſet, vt quinque quidem tempora diſtinguantur, ſed primũ conſtituatur tempus canonum Decreti; ſecundum Decretalium; tertium Sexti; quartum Clementinarũ ſimul,& Extrauagantium, (eodem enim ferè tẽpore emanarunt vtreque,vt colligitur ex Clem. dudum, de ſepultur.) quintum,& poſtremũ Cõc.Trid.Quãmuis inquã prædicta Gonzal. temporum diſtinctio ita iure impugnari poſſit, & debeat reformari;quia tamen, vt veteri prouerbio fertur, non curamus de modo,modò idem ſequatur effectus, l. ſi mater,vbi Dec. Bal. & alij,C. de inſtit.& ſubſtit. cum ſimil. aliquam præcedentis illius diſtinctionis rationem habentes, & certiora ex ijs colligentes, quæ ad materiam optionis facere poſſe exiſtimauimus;

68 (at "licèt plura cap.")

69 Dicimus primò, † ſicut duo curata beneficia, ita duas Dignitates, aut duos Perſonatus, aut horum quolibet cum altero ita eſſe incompatibilia ſiue in eadem,ſiue in diuerſis Eccleſijs, vt per aſſecutionem ſecundi vacet ipſo iure primum: ita colligitur ex d. c. quia nonnulli, & alijs iurib. ibi à Gloſ.cit.verbo,inſtituta,ſed expreſsè cauetur d. cap. de multa,iuncto d.cap. ad hæc, de præb. immo, ſi vtrũq;retinere quis contenderit, vacat ipſo iure etiam ſecundum, & obtinens remanet inhabilis ad ordines, & omnia alia beneficia obtinenda, vt diſponitur d. cap. de multa, & Concil. Trid.d. cap. 4.& 17.iuncta d.Extrauag.Execrabilis,§.quæ tamen,& §.qui verò, de præb. Id tamen locum non habet cum beneficia hæc ſunt vnita, c. vnico, 10. quæſt. 3. cap. cum veniſſent, de reſt. ſpol. vel cura eſt annexa ipſi beneficio acceſſoriè, d. cap. eam te,de æt. & qual. d. c.extirpandæ, §. qui verò, & d.cap. ſuper eo, & c. cum ſingula.

70 Secundò dicimus, † duo beneficia requirentia perſonalem reſidentiam ſunt ita incompatibilia,vt per aſſecutionem pacificam ſecundi ſiue in eadem, ſiue in diuerſa Eccleſia,vacat ipſo iure primum; quòd ſi illud retinere præſumat, debet etiã ſpoliari ſecundo. Quoad vacationem autem ſecũdi beneficij in eadẽ Eccleſia, ſatis diximus concl. præced. præcipuè ex d. c. litteras, &

Clem.

Digitized by Google

Clem.fin. Quoad diuerſas Eccleſias reſpectu vacationis, & pœnæ,probatur ex Conc.Trid.d.cap.4.vbi quod de pluribus curatis ſtatuitur d. cap. de multa, extenditur ad eos, qui alia beneficia Eccleſiaſtica aliàs incompatibilia ita,vt,qui ea ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine,& titulo contra formam ſacrorum canonum, & præſertim d.cap. de multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis,iuxta eiuſdem cap.diſpoſitionem,ipſo iure etiam præſentis canonis vigore priuatus exiſtat.Licèt enim Rot. deciſ.483. num. 4. & 5. dubitauerit, & deciſ. 484. num. 4. 1.par. diuerſ. tenuerit, Concil.in eo cap. nihil addere iuri communi, quod etiam voluit Hoied.tract. de incompatib. benef. 1. par. cap. 17. num. 39. iuncto 40. Pariſ. de reſig. benef. lib.3. quæſt.3. ex num. 132. Nauar. conſ. 10.24. & 25. de præb. Tamen quia Sacra Cõgregatio Cõcilij,vt etiam refert,ac ſequitur Gõzal. d. Gloſ. 15. nu.16.bis declaraſſe fertur, d. cap.4. locum habere etiam in beneficijs ſimplicibus perſonalem reſidentiam requirentibus; ideo nunc tenendum omnino eſt cũ eodem Gonzal. ſup. num. 17. cum duobus ſeqq. non ſolum primum beneficium Curatum, Perſonatum, aut Dignitatem vacare ipſo iure per pacificam poſſeſſionem ſecundi cuiuslibet eorum, ſed etiam primum Canonicatum, Portionem, Capellaniam, aliudue beneficium perſonalem reſidentiam requirens per aſſecutionem ſecundi eam requirentis;prout fuiſſe reſolutum à Rot. in vna Salamantina dimidiæ portionis 11. Decembris 1585.coram Orano & in Toletana Capellaniæ 15. Decembris 1591. coram Pamphilio,& in Tarraconen. Archidiac. 22. Martij 1593. coram Litta, & in vna Zamoren. Canonicatus,de Toro 18. Maij 1598. coram Corduba, teſtatur Gonzal.ſup.nu 19. vbi vſque ad num.26.ſingulariter id intelligit de reſidẽtia,ſeu obligatione reſidendi præciſa inducente priuationem tituli; non de cauſatiue, quæ priuat dumtaxat fructibus
71 beneficij, de qua † fortè intellexerunt Innoc. Hoſt. Io. An. & Abb. in cap. fin. de cler. non reſid. relati à Dec. d. cap. adhęc,dum abſolutè dixerunt, omne beneficium de iure reſidentiam requirere pro quo eſt d. c. quia nonnulli, vel intellexerunt de mere & officio annexo cuique beneficio, nam beneficium datur propter officium, cap. præter hoc, 32. diſt. & c. ſi qui, 81. diſt. cap.fin. de reſcript. in 6. cum ſim. & alioqui,quicquid ſit de iure,certè generalis conſuetudo habet,vt pleraq; beneficia, hoc eſt omnia ſimplicia,præter Dignitates, Canonicatus, & Portiones in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis, à perſonali reſidentia libera præſumantur, vt poſt Imol. d.cap.fin. num. 9. de cler. non reſid. Fel. c. dilectus, il 2. num. 1. de reſcrip. Rebuf. in Prax. benef.tit. de diſpenſat. de non reſid. num.8. Ferret. conſ.112.nu.1. tradit Gonzal. d.num. 26. affirmans, ita ſæpe fuiſſe in Rota deciſum; quã etiam conſuetudinem approbauit Concil. Trid. d.cap. 17. ibi,ſtatuit, vt in poſterum vnum tantùm beneficium

ficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur; quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumq; perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri; immo & ipſe Innoc. d. cap. cum iādudum, id ipſum admittit docens, etiam poſſe aliquem ſine diſpenſatione recipere, & retinere duo beneficia reſidentiam perſonalem non requirentia: Innoc. refert quoq; ac ſequitur Gloſ. d. cap. gratia, verbo, de iure teneri, de reſcrip. in 6. quam etiam ante Concil. communem eſſe opinionem d. cap cum iamdudum, & §. qui verò, teſtatur eam ſequens Nauar. d. cap. 25. nu. 127. Man. Confeſſ. Dum autem Innoc. exemplum affert de præbenda, ſeu Canonicatu, ſupponit, vel ita fortaſſe fundatum illum eſſe, vt reſidere obtinens non teneatur, vel certè contra reſidentiam per 40. annos, & aliàs legitimè præſcriptum eſſe; quod aliquando admitti poſſe, latè docuimus tract. de diſtrib. quotid. par. 2. quæſt. 12. con-
72 cluſ. 1. tunc autem † nihil obſtat, quin adhuc habeat locū optio vel reſpectu præbendarum, vel etiam ex ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto reſpectu titulorū, & Canonicatuū.

Tertiò dicimus, obtinentem be-
73 neficium vnum ſufficiens † nō poſſe quidem aliud etiam non requirens reſidentiam obtinere; non ideo tamen ſi obtineat, vacabit ipſo iure aut primum, aut ſecundum. Probatur; tum quòd id ſatis apertè conſtat ex verbis Trid. Concil. d. cap. 17. paulò ante citatis; tum quòd idem colligitur ex iuribus antiquis hac de re diſponentibus, nimirum cap. cum adeo, & cap. poſtulaſti, de reſcript. cap. conquerente, de cler. non reſid. c. cum teneamur, & cap. dilectus, il 2. de præb. & cap. is, cui, eod. tit. in 6. nullibi enim in ijs iuribus habetur, quòd habens beneficium ſufficiens ſi ſecūdum obtineat, hoc, illudue ipſo iure amittat, ſed ſolùm, quòd non debet habere aliud beneficium, qui habet vnum ſufficiens: & hoc poſtremum etiam adnotauit Gloſ. fin. d. cap. dudum, il 2. de elect. communiter recepta, vt refert, ac ſequitur etiam Nauar. d. cap. 25. Man. Confeſſ. num. 125. & repet. d. cap. adhęc, de præben. Quod autem in d. c. conquerente, mandat Papa Epiſcopo, vt, ſi ei cōſtiterit, illum G. clericum habere Eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia, eidem ſuper alio beneficio, quod ſibi collatum aſſerebat, ſilentium ſublato impedimento appellationis, imponeret, atque adeo ſaltem, illum priuet. nam vel hoc ideo eſt, quia haberet non vnum beneficium ſufficiens, ſed plura ſufficientia, vt loquitur tex. vel ideo, quia eius aduerſarius habebat titulum, & poſſeſſionem ipſe, verò nec poſſeſſionē habebat, nec de titulo docuerat, ſed ſolùm eum aſſerebat; vel deniq; admittimus, poſſe habentem plura beneficia ſufficientia, eorum altero, vel ſi iam vnum ſufficiens habebat, altero poſtea obtento etiam non ſufficiēte priuari, vt poſt alios ſentit Gonzal. d. num. 26.

Dicimus tandem pro complemento huiuſce totius quæſt. obtinentem ex diſpenſatione duas, vel

plu-

Digitized by Google

plures Dignitates, vel Perſonatus, aut etiam Canonicatus, ſiue in vna,
74 ſiue in diuerſis Eccleſijs,† poſſe per optionem abſq; alia diſpenſatione mutare præbendam; ſecus verò ſi ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus eſſet titulus. Prior pars huius dicti ſatis probatur ex ijs,quę adducemus cap. ſeq.quęſt.1. vbi latiùs oſtendemus,in optione regulariter non mutari titulum beneficialem, vt puta Canonicatnm, ſed ſolùm prębendam,quę ſi optetur a ſic diſpenſato,nulla ratione extenditur diſpenſatio,quę odioſa eſt, & reſtringenda,cap.1.de fil. presb. in 6. cum ſimil.nã tũc non mutatur aliquod ex beneficijs, quæ quis ex diſpenſatione ſimul retinere poteſt, ſicut mutatur in caſu poſterioris partis huius eiuſdem dicti. Quę poſterior pars meo quidem iudicio apertè colligitur ex Clem. ſi plures, de præb. vbi dicitur,quòd,ſi plures obtinens Dignitates, (hoc eſt ex diſpenſatione ſufficienti vt ibi adnotauit Gloſ. recepta,verbo,obtinẽs,vt ſit aliqua dubitatio: &,quod de Dignitatibus dicitur,idem ſtatuit, verbo, Dignitates,in Perſonatibus,vel beneficijs curatis,vel eorum altero,cum altero, cum ſit eadem ratio;) aliam Dignitatem acceptet, diſpenſatione ſuper retentione legitimè non obtenta,eius,poſſeſſione adepta pacificè, Dignitates,quas priùs habebat,ipſo facto vacare cenſentur. Apertiùs verò ex cap ordinarij, §. in conferendis,de offic.ordin.in 6. vbi cauetur, quòd habentibus ex ſufficienti diſpenſatione plures Perſonatus, vel Dignitates, aut beneficia curata aliud ſimile non conferatur, niſi ex eadem appareat,eum licitè hoc beneficium cum obtentis poſſe retinere; aut ea,quæ ſic obtinet,liberè, ac ſponte reſignet;aliter autem facta prouiſio nulla ſit. Sed manifeſtè conuincitur eadẽ poſterior pars huius dicti ex c. non poteſt,in 2.reſpon.de præb. in 6.vbi dicitur, quòd illud ſedis Apoſtolicæ indultum, vt quis duo beneficia curam animarum habentia, ſi aliàs canonicè conferantur eidem, poſſit recipere, ac licitè retinere,intelligitur de duobus primis beneficijs, quæ cum cura poſt dictum indultum obtinere contingit eundem. Atque adeo ex his iuribus, quòd per receptionem tertij beneficij curati, vel Perſonatus, ac Dignitatis vacent duo prima, quæ habet quis ex diſpenſatione, nec tertium hoc poſſit ſubrogare loco alicuius ex illis duobus, tradit Gloſ. communiter recepta d. §. in conferendis verbo, ea,quę,d.cap.non poteſt,verbo, primis, & verbo, eundem,ac d.Clem.ſi plures,verbo, vacare. Id tamen omnino limitan-
75 dum ita eſt,vt † nec vacet tertium beneficium, & poſſit hoc ſubrogari alteri illorum duorum, ſi alterum eorum liberè, ac ſponte reſignet, qui optare vult, antequam ad optionem veniat; prout de prouiſione diſertis verbis in d. §. in conferendis, diſponitur.

SVMMAE RERVM.

1 *Canonicatus, ſeu canonia diſtinguitur à præbenda; quæ tribus modis ſumitur.*

2 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*

3 Canonia

Digitized by Google

3 *Canonia non debet eſſe ſine præbenda, vbi adeſt in Eccleſia.*

4 *Præbenda naſcitur à canonia ſicut filia à matre.*

5 *Canonicatu collato cenſetur etiam collata præbenda.*

6 *Canonia, & præbenda quid ſit; & num. ſeqq.*

7 *Canonia eſt ius ſpirituale.*

8 *Canonia tribuit ſtallum in choro, & exercitium eorum, quæ ad diuinum officium ſpectant. item locum, & vocem in Capitulo; num. 9. niſi proviſus vel eſſet puer, vel non Subdiaconus; num. 10.*

11 *Canonia tribuit ius ad præbendã. item ius actu percipiendi diſtributiones quotidianas, niſi aliud obſtet; num. 12.*

13 *Præbenda quomodo definiri poſſit.*

14 *Præbenda ſumi poteſt pro temporalitate, & ſic competit etiam laicis.*

15 *Pæbenda habet aliquid ſpiritualitatis, quod eſt diſtinctum à ſpiritualitate canoniæ.*

16 *Canonici duo aſſumi poſſunt, nulla etiam vacante præbenda, vbi non eſt certus numerus præbendarum, ſecus vbi eſt certus.*

17 *Vacante vna prębenda poſſunt duo Canonici aſſumi, vbi ſaltem excreſcentibus facultatibus ea priùs diuiſa fuit.*

18 *Optione non mutatur Canonicatus, ſed ſola præbenda; & num. 21. cum ſeqq. mutatur tamen ius ſpirituale, quod eſt annexum præbendæ; num. 19. immo etiam quodammodo titulus, vbi ſaltem præbendæ ſunt diſtinctæ; nu. 20. Contrarium alij, qui exponuntur; num. 21. Alij diſtinguunt, qui reijciuntur; num. 22.*

23 *Capellanus nequit optare Portionem; ſicut nec Portionarius Canonicatum, Canonicus Dignitatem, aut horum præbendas; vel contra, ſine ſpeciali conſuetudine, aut ſtatuto.*

24 *Optione mutari titulum qua probent; & aliquot num. ſeqq.*

25 *Examen beneficiatorum quando ſit iterandum.*

26 *Canonicatus, & præbenda quam connexionem habeant.*

27 *Equites, & Cardinales cur optare poſſint titulos.*

28 *Optans tenetur pro ſua rata ſoluere partem fructuum præbendæ debitam Sacriſtiæ, vel alteri pio loco ex ſtatuto illius Eccleſiæ.*

29 *Canonicus nuper receptus debet priùs ſedere in vltimo loco intra ſuum ordinem.*

30 *Optans intra eundem ordinem aſcendit ſaltem per accidens ad locum ſuperiorem in Choro.*

31 *Præbenda non optata debet dari nouiter recepto, & prouiſo.*

32 *Optans ex ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto præbendam ſuperioris ordinis, aut gradus, ſimul etiam optabit ſtallum in illo ordine; poſtremum tamen in eo locum obtinebit; nu. 34*

33 *Canonici omnes presbyteri debent præcedere omnes Diaconos, & omnes Diaconi omnes Subdiaconos.*

35 *Optans præbendam ſuperioris ordinis poteſt ex ſpeciali conſuetudine ſtallum non mutare.*

36 *Cardinales quomodo per optionem aſcendant ad locum ſuperiorem.*

37 *Diſtinctio adimum, vel ſimpliciter*

Digitized by Google

antiquitas an in optandis domibus attendatur.

38 *Clerici antiquiores profeſſione, & Cardinales creatione cum Sacerdotes fiunt, præcedunt Sacerdotes iuniores, qui ipſos antea præcedebant; & ibi, an reſtitutus recuperet locum, & ſtallum in Choro.*

39 *Penſio aliquando ſaltem non impedit optionem.*

40 *Optans præbendam, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ realiter, & ſecundùm perpetuam adminiſtrationem; vel diſtinctæ quidem, ſed diuiduntur, & aſſignantur Canonicis ſaltem ad certum tempus in determinato corpore, dimittit onus penſionis.*

41 *Penſio eſt onus reale. & tranſit ad quemcumque tranſit beneficium, & præbenda, num. 42.*

43 *Fructus bonorum alicuius Eccleſiæ, & beneficij deſinunt eſſe obnoxij penſioni, quando ea deſinunt eſſe bona, & fundi illius Eccleſiæ.*

34 *Penſio non dimittitur per optionem, vbi per Caneparium Capituli fit certa diſtributio in bladis, aut pecunia loco præbendæ.*

45 *Penſio quomodo afficiat præbendam, titulum, aut perſonam.*

46 *Permutans præbendam quando teneatur ad penſionem.*

47 *Penſio per optionem non dimittitur, vbi ea impoſita ſit in totum, vel pro parte ſuper diſtributionibus quotidianis; ad ratam enim ſaltem illis correſpondentem ſoluenda erit ab optante.*

48 *Penſionarius non poteſt exigere à Capitulo penſionem impoſitam ſuper diſtributionibus quotidianis, cui vacante Canonicatu illæ accreſcunt.*

49 *Penſionarius, qui reſignauit duo beneficia Titio reſeruata ſibi penſione ſuper vtroque, ſi Titius alterum Seio dimittat, exiget penſionem à Titio, & Seio ad ratam valoris vtriuſque beneficij.*

50 *Diſtributiones quotidianæ acceſſoria non ſunt ad præbendam, ſed potius Canonicatum.*

51 *Penſio etiam impoſita ſuper ſolis diſtributionibus, vel ſuper diſtributionibus ſimul, & præbenda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nouæ prouiſionis mutat Canonicatum etiam in eadem Eccleſia.*

De præcipuis Optionis effectibus. Cap. VII.

QVAERO PRIMO, An per optionem mutetur ſola præbenda, an verò etiam titulus, & Canonicatus.

Pro intelligentia tam huius, quã etiam ſequentium Quæſtionum huius capitis;

Præmittendum eſt primò, Cano-
1 nicatum, ſeu canoniam† diſtingui à præbenda propriè ſumpta, ac præciſè. licèt enim præbenda ſumatur aliquando pro ipſo titulo beneficij, ac præſertim Canonicatus, vt in rubricis de præben. & de conceſſ. præb. Bellam. deciſ. 647. Selu. de benef. 1. par. quæſt. 3. num. 9. & 17. Fel. cap. poſtulaſti, num. 4. de reſcrip. & alij relati per Gonzal. ad Reg. 8. Gloſ. 5. §. 1. num. 3. & 7. vſq; ad 14. aliquando etiam pro certa portione fructuum beneficij

beneficij de per ſe diſtincta, nihil ſpiritualitatis habente, veluti quodam prędio, & commoditate temporali pro ſoluendis ſalarijs aduocati, procuratoris, muſicorum, & ſimilium; Gloſ.& Doct.in cap.cum M.de conſtit.Card.& Vital.Clem.fi. de præb. cum adductis per Gonzal.d.§.1.nu. 6.& 25.cum ſeqq. tamen propriè ſimul, ac præcisè ſumpta accipitur pro patrimonio, & reditibus beneficij, prout ſunt quædam acceſſio titulo canoniæ, & quædam annexio rei ſpirituali titulum, & canoniam ſequens, cap.maioribus, cap.relatum, cap.dilecto, de præben. Gloſ.d. cap. cum M.Caſſad.deciſ.17. num.4. de præb. & alij, quos refert, ac ſequitur Gonzal.ibid.num.4.ſubdens, num. 5.poſt Archid.in cap.ſi quis obiecerit, 1.quæſt.3.num.3.Fel.d.cap.cum M.num.18.Rot.deciſ.597.num.3.p. 1. diuerſ. in præbenda duo conſiderari, videlicet ius ipſum prębendæ, & fructus ex ea prouenientes: immo ius hoc præbendę per ſe ſpirituale eſſe; patebit ex dicendis, ex quibus etiam conſtabit, quomodo hæc ſpiritualitas, & annexio cum canonia, ſeu Canonicatu accipienda ſit; ſicut ex iam dictis colligitur, quod præmiſimus, Canonicatum, ſeu canoniam diſtingui a præbenda Canonicali: quod etiam probatur; tum ex tex.in cap.eum, cui, c.ſi clericus, & cap.ſi is, cui, de præben. in 6. & cap. fin.de conceſſ. præben. eod. lib. vbi Canonicatus ſupponitur collatus ſine præbenda, & not. ibi per Gloſ. & Doct.Gloſ.d. cap.cum M.Ferrarienſis, verbo, receperunt, vbi Abb. nu. 2.Fel. num. 16. de conſtit. Butr. & Imol.in c.eam te, de reſcript.Card. in Clem.fin.num.5.Imol.num. 4. de præben.Rot.Rom.deciſ.33.in princip.de reſcript. & deciſ. 26. de præben.num.5.deciſ. 11. num.9.de conceſſ.præb.in nou.& alibi ſæpe, alijſq; Doct.paſſim: tum ex communi ſtylo Curiæ, qui in Bullis prouiſionum ſolet apponere hęc verba, Canonicatum, & præbendam vacantem, &c.nam copula, &, † ponitur inter

2 diuerſa, cap.querelam, de ſimon. cum ſimil. tum demum experientia; videmus enim in Eccleſia Scalenſi Mediolani, & alijs pleriſq; vel omnes, vel aliquos Canonicatus prębendis carere, ſolaſq; diſtributiones quotidianas habere. Illud tamen verum

3 eſt, canoniam † non debere eſſe ſine præbenda, vbi in Eccleſia extent præbendæ; Rot.d. deciſ.33. Franc. Marc.deciſ.Delph.1272. par. 1. nu. 1.Gloſ. d.cap.cum M.verb. receperunt, & verb.vacauerat; & eſt optimus tex.in cap. relatum, & cap. dilectus, il 1. de præben. cap. cum ſuper quæſtione, de conceſſ. præben. cum ſimil.adductis per Gonzal.d.§.1.nu. 16.& 17.& hoc eſt, quod aliqui, vt Rot.d.deciſ.11.num.9. & poſt Laud. Card. d.Clem. fin.num.10. & 14. & alij quos refert, ac ſequitur Gonzal. eod. §. 1. num. 18. & ſeq. dicunt,

4 † præbendam naſci a canonia, ſicut filiam a matre; ſicq; intelligi poſſunt quotquot vel negant, diſtingui canoniam a præbenda, vel dicunt, non poſſe canoniam eſſe ſine præbenda: & hinc etiam fit, quòd vacan

5 te præbenda † per collationem Canonicatus cenſetur etiam collata præbenda, vt tradit Gemin.& alij c. ſi Capitulo, num.3. de conceſſ. præbend.in 6.latè Fel.d.cap.cum M.nu.

16. De quo tamen iure dubitari poteſt, alias fruſtra poneretur in collationibus Canonicatuum etiam præbenda; & quia certa prębenda non ſemper annexa eſt Canonicatui, aut Dignitati, Clem. fi. de pręben.

Præmitto ſecundò, in hoc differre canoniam a prębenda, quòd cano-
6 nia† eſt quoddã ius ſpirituale, quod prouenit ex electione, & receptione in fratrem, vt d. c. cum M. & c. dudũ, & c. dilectus, il 1. & cap. dilecto, de pręben. Præbenda eſt, quæ procedit ex inſtitutione, & officio, quia, ex quo habet quis officium, debet habere & ben eficium, c. inter cętera, de priuil. cap. ſi quis Sacerdotum, & cap. eos, 81. diſt. & cap. eam te, de reſcript. Hanc differentiam, & has definitiones, ſeu potiùs deſcriptiones tradit Gl. d. c. cum M. Ferrarienſis, in verbo, receperunt, & ibi Innoc. nu. 2. & alij de conſtit. quas meliùs explicat Laud. Card. & Imol. d. Clem. fin. ex quorum mente, & ſupra dictis ſic poſſumus definire canoniam, quòd ſit ius ſpirituale, per quod quis habet non ſolùm ſtallum in choro, & locum in Capitulo, (vnde ea, quæ ſunt diuini officij, nec non & Capitulares actus, modò cætera requiſita habeat, exercere poteſt) verùm etiã ius ad præbendam, & facultatem actu percipiendi diſtributiones quotidianas, niſi ignorantia cantus, vel quid ſimile obſtet. Et quidem, quòd
7 canonia ſit† ius ſpirituale, fatentur omnes Doctores loc. cit. & alibi paſſim: quod per eam Canonicus ha-
8 beat† ſtallum in Choro, & poſſit ea exercere, quæ ſunt diuini officij, eſt tex. d. cap. dilectus, il 1. de præben. ibi, ſtallo in Choro, & participatione qualibet diuinorum, idque, præter Doct. ibi notat Card. d. Clem. fin. nu. 14. poſt Guliel. de mont. Laud. quòd
9 competat ei locus,† & vox in Capitulo, tenet ibid. Laud. Innoc. & Hoſt. d. cap. cum M. vbi Fel. num. 18. facit tex. in c. cum inter, il 1. de renunt. &
10 cap. relatum, de pręben. niſi† vel eſſet puer, iuxta tex. in cap. ex eo, de elec. in 6. vel non eſſet Subdiaconus, Clem. vt hi, qui de ęt. & qual. quòd
11 vero ius habeat† ad præbendam, patet tum ex ſupradictis in 1. pręmiſſ. huius quęſt. tum maximè ex d. cap. dilectus, il 1. & cap. relatum, de pręben. & ijs, quę latè tradit Fel. d. cap. cum M. num. 16. & 17. idque etiam optimè probat Staphil. de form. expectat. in princip. num. 9.
12 Quòd autem† debeat actu percipere diſtributiones quotidianas, tex. eſt expreſſus d. cap. dilectus, il 1. & il 2. in fin. & facit, d. cap. cum M. notatque inter alios Rot. deciſ. 25. nu. 5. de præben. in no. latè Staphil. de form. expectat. in princip. nu. 8. Præ-
13 benda verò eſt† ius ſpirituale oriẽs ex canonia quoad ea, quæ ſpectant ad perceptionem fructuum, & prouentuum Eccleſiaſtici beneficij, ſicut eſt colligere decimas, primitias & oblationes, competens ex diuino officio, cui inſiſtit, tanquam vni de Collegio; ita poſt Laud. definiunt Card. d. Clem. fin. nu. 14. & Imol nu. 8. Ex quo patet, quòd, licèt pręben-
14 da† poſſit quoque ſumi pro ipſa tẽporalitate, quæ etiam competit laico, prout not. Imol. d. num. 8. Card. num. 4. Glo. d. cap. cum M. in verbo, receperunt, vbi Vinc. Abb. & ceteri, alijſq; per nos ſup. initio huius quæſt. ad id adducti: tamen propriè ſum-

Digitized by Google

15 ſumpta † habet aliquid ſpiritualitatis, diſtinctum a iure ſpirituali canoniç, vt prçter Laud. Card. & Imol. locis paulò ante cit. Innoc. in cap. maioribus de præb. & alios ibid. a nobis allegatos voluiſſe videtur Rot. d. deciſ. 25. num. 6. ſed clariùs Bellam. deciſ. 63. nu. 3. & Rebuf. in concord. Gall. in rubr. de collat. §. 1. verbo, canonicatum, & præbendam, optimus tex. in cap. cum ſuper quæſtione, de conceſſ. præben. in fi. ibi, ſententialiter decernimus, vt tibi, quàm citò ſe facultas obtulerit, prçbendale beneficium in Triden. Eccleſia conferatur, cum, ex quo receptus es in Canonicum, non debeas carere prçbenda; cum enim ibi prçbenda, vt diſtinguitur a Canonicatu dicatur beneficium prçbendale, patet, eam eſſe ius ſpirituale, cuiuſmodi eſt beneficium, cap. quanto, de iudic. ac ſçpe in tit. de pact. de tranſact. de rer. permut. de ſimon. Idem etiam ſatis, ni fallor, conuincitur ex tex. in cap. dilectus, il 1. de prçben. vbi prçbenda, vt a canonia diſtinguitur, vocatur pariter prçbendale beneficium; ſic enim ibi habetur, in Canonicum recipi facias, & ſibi de redditibus Eccleſiç ſingulis annis aſſignari prouentus, donec ei ſit in beneficio præbendali prouiſum; & in cap. dilecto, de prçben. ibi, eò quòd huiuſmodi ſpirituale ius diuidi; & meliùs ibi, quamquam interdum hi, ad quos ſpectat electio, de communi aſſenſu augmentare valeant numerum prçbendarum quoddam ius ſpirituale de nouo creando; vbi ſatis patet, loqui textum de prçbenda, prout eſt diſtincta a canonia, ſeu Canonicatu; dixerat enim ibi Pontifex, quòd, licèt vbi non eſt certus nume-
16 rus prçbendarum, † duo poſſint aſſumi in canonicum, nulla etiam prçbenda vacante; ſecus tamen, vbi eſt certus earum numerus, nam tunc vna etiam vacante non poſſunt ad illud duo ſimul eligi, ne hoc ius ſpirituale diuidatur: cum maxime electio, de qua ibi, quæque ad Canonicatum terminatur, non caſſetur, neque nulla declaretur, ſed ſolùm alter condemnetur ad reſtituẽdum alteri quicquid ratione ſuç inſtitutionis obtinuit, hoc eſt, prçbendç portionem; aut ſi ea electio nulla eſt, id fiat ex eo, quia non ſimpliciter, ſed ad vnã præbendã duo electi fuerant; cũ aliàs vel ſolùm ſimplici-
17 ter † eligi poſſint duo, cùm vna ſola prçbenda vacat, iuxta c. relatũ, & c. dilectus. il 1. de præb. vel tunc demũ, ſi prius illa præbenda in duas facultatibus, excreſcentibus per creationem duorũ iurium diuiſa fuerit, vt habetur in c. vacante eod. iuxta mentem Gloſ. ibi., & aliorum; de quo videndus eſt Rebuf. latiùs diſtinguens d. §. 1. rubr. de collation. verbo, vni, per totum. Quare admittenda non videtur opinio Abb. d. c. cum M. num. 23. dum vult, præbendam tunc ſolum dicendam eſſe quid ſpirituale, cùm habet canoniam annexam, licèt ideo alibi in c. maioribus num. 4. & cap. dilecto, num. 6. de præben. Omnino verò reijciẽda eſt opinio quam tenere videtur Gl. d. cap. cum M. apertè verò aliqui ſequuntur tum ibi, tum alibi præbendam Canonicalem nihil aliud eſſe, quàm meram temporalitatem redituum Canonicatus, vt beneficij.

Præmitto vltimò illam diſtinctionem, quam ſupr. cap. 2. quæſt. 2. concluſ. 1. latiùs explicaui, quòd ali-

quando

Digitized by Google

quando in Eccleſijs eſt certus, aliquando incertus numerus Canonicorum,& totidem etiam præbendarum; item præbēdæ aliquando ſunt indiſtinctæ, aliquando diſtinctæ inter ſe; His poſitis; ſit.

Prima Concluſio. Per optionem
18 † non mutatur Canonicatus,ſed ſola præbenda: ita Card. conſ. 126. num.4.Caſſad. deciſ. 17. num. 1. & ſeq.de conceſſ.præben.Gem. Franc. & omnes in cap. fin.de conſuet. in 6. & ibi Gloſ. verbo, prouiſiones, Rebuf. tract. de pacif. poſſeſſ. num. 142. in quam etiam ſententiam allegari poſſunt quotquot ſcripſerūt, per optionem non mutari titulum, de quibus inf. concluſ. 3. & ſatis apertè id patet ex tex.d.cap.fin.de conſuet. in 6.ibi, meliores optare præbendas; & mox, cum præbenda vacabit,& illa,quæ optata non fuerit,&c.Superiùs, autē ſatis oſtendimus,præbendam a canonia, & Canonicatu differre. Præterea probatur cōcluſio ex ijs,quæ inf.concl. 3.ferè per tot.adducemus, vbi etiā contraria diſſoluemus. Deniq; ex eo conuincitur, quòd,ſi mutaretur in optione Canonicatus, optans fieret nouus Canonicus; ideoq;ſedere deberet in vltimo loco inter Canonicos eiuſdem ordinis,&gradus,iuxta cap.1. & cap. ſtatuimus, de maior.& obed. cum vtrobiq; not. per Doct. & alijs adductis per nos ſup. cap.5. quæſt.1. concl. 1.notab.3. & quæſt. ſeq. in princ. & concl. 2. ad fin.& Gonzal. ad Reg 8. Cancell. §. 3. proēm. nu. 23. cum duob. ſeqq. & Gloſ. 5. §. 9. num. 110. præterea in optione poſtmodum primò facienda poſtponi deberet medio tempore receptis, quia iam non eſſet antiquior,per ea,quæ latiùs adduximus cap. 4.quæſt.1.concl.4. cap. 5. quæſt.1.concl.1.circa initium,& meliùs d.notab. 3. vbi in terminis, probauimus nō modò has duas illationes ex illa prima ſequela,quòd, ſi mutaretur Canonicatus in optione, fieret nouus Canonicus,paulò ante poſita, ſed & ipſam primam ſequelam. hoc autem quod ſequitur, nimium fieri in optione nouum Canonicum eum, qui optat, quæq; inde deduximus,ſunt abſurdiſſima,cōtra mentem etiam ſequacium contrariæ ſententiæ, contra communē vbiq; praxim, & contra rationem, quia,qui optat nō perdit antiquitatē, ſed potiùs illā cōſeruat,& auget, vt poſt Rot. deciſ. 411. in princ. & num.2.par.1.diuerſ. docet ipſe Gonzal.d.Reg.8.Gloſ. 34.num.50.vnus ex dd. ſequacibus,vt d.concl.3.videbimus.

Secunda Concluſio. Mutatur
19 † tamen per optionem ius ſpirituale, quod eſt annexum præbendæ:ita Rot.deciſ.6.num.5.& 6. de conſuet. in nou. Bellam. deciſ. 1. num. 2. & deciſ.63.num. 5. Compoſt. cap. fin. in 1. Gloſ. ext. de conſuet. Calder. conſ.7.de conſuetud.Io.An.& Frāc. d.cap.fin. de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 10.de præben.in antiq.& omnes ferè Doct.mox allegati. Quod autem in his duabus concluſion. diximus, dicendum quoque erit de Portionibus Manſionariorum, ſeu beneficiatorum in Eccleſia Collegiata, aliorumq; clericorum in quibus locum habet optio,ſimulq;dari poteſt titulus diſtinctus ab ipſa Portione,ſeu quaſi præbenda; nam tunc

in

Digitized by Google

in illis dimittetur per optionem non titulus, ſed portio, ſeu quaſi præbenda, quam obtinebant, & alia optata acquiretur. ſecus verò dicendum puto in titulis S. R. E. Cardinalium, necnon Commendis militum, ſeu Equitum; nam, cum non videatur aſſignari poſſe hæc diſtinctio tituli, ſeu Commendæ à præbenda, vel portione, per optionem mutabunt Cardinales quidem titulum, Equites verò Commendam; ſicque non dicentur ampliùs habere eundem titulum, eandemq; Commendam numericam, & indiuidualem, ſed ſolùm genericam, ſeu ſpecificã; quod in optione Canonicorum non contingit; idem enim Canonicus cum eodem Canonicatu manens mutat ſolam præbendam.

Tertia Concluſio. Probabiliter dici poteſt, vbi ſaltem præbendæ di-
20 ſtinctæ ſunt, mutari † quodammodo titulum beneficialem, & præbendalem, quatenus ſumere poſſumus titulum pro iure illo ſpirituali præbendæ. ita in ſpecie ſentiunt Rot. & Bellam. loc. cit. & hoc voluerunt, & concludunt, dum ibidem probare contendunt, per optionem Canonicatum mutari; ſicut præbenda huiuſmodi à Canonicatu diſtincta dicitur præbendale beneficium in cap. cum ſuper quæſtione, in fi. de conceſſ. præben. idem etiam, quòd titulus mutetur, tenuerunt Gig. de penſion. q. 63. num. 2. & alij quotquot ſecuti ſunt Rot. d. deciſ. 6. quos allegauimus, d. cõcl. 1. ex eo enim præcipuè probatur illa concluſio, in qua dicebamus, optandi conſuetudinem eſſe contra ius, ideoque requirere ſpatium 40. annorũ, quia ſi ne canonica inſtitutione nouus titulus acquiratur, contra tex. in cap. 1. de reg. iur. in 6. cum ſimil. & hanc eſſe Rot. opinionem affirmat Gemin. conſ. 21. num. 8. quam etiam tenere videntur Aen. de Falcon. de reſer. benef. q. 4. princ. num. 4. & 5. dum poſt Gaſp. de Peruſ. & Add. Rot. deciſ. 5. de conceſſ. præb. in nou. ait, ideo excommunicatum optare nõ poſſe, quia per optionem nouus titulus requiritur. In hoc ta-
21 men contrarium † ſentit Card. d. conſil. 126. num. 4. Alb. conſil. 347. num. 12. & 13. volum. 2. Io. An. Anchar. Prob. addit. ad Io. Monach. nu. 27. Gemin. & Franc. d. cap. fin. Caſſad. d. deciſ. 17. per totam, & idem tenet ead. Rot. deciſ. 15. de conſuet. & deciſ. 10. num. 2. de præb. in antiq. expreſsè quoq; deciſ. 5. eod. tit. in antiquior. & d. dec. 5. de conceſſ. pręb. in nou. Rebuf. d. num. 142. poſt Anch. d. cap. fin. Butr. c. fin. ext. de conſuet. & alij, dicentes, optionem non dare nouum titulum, ſed prouenire ex antiquo titulo; ita, vt fortè ſit hæc opinio magis communis: niſi velimus eos intelligere, vt loquantur vel vbi præbendæ diſtinctæ non ſint, vel de mutatione Canonicatus, ſumendo titulum pro Canonicatu, quaſi ſolùm velint, non mutari Canonicatum, quomodo titulum ſumebant Bellam. d. deciſ. 1. & 63. & Rot. d. deciſ. 6. dum probare volebant, per optionem titulum beneficialem, & Canonicatum acquiri. quam tamen interpretationem Abb. & Caſſad. libenter non recipiunt, dum fruſtra, & contra cæteros ferè omnes probare contendunt, per optionem mutari ſolam præ-

Digitized by Google

prębendæ temporalitatem, hoc eſt, ipſum fundum, quod tamen aliquo in caſu admittit Card.ſup. Rot.d.deciſ.6.num.1. ad fin. Anchar. d. cap. fin.num. 1. de conſuet. in 6.& Gonzal.d.Gloſ.34.num.61.cum aliquot ſeqq. Verùm id eſt ſatis apertè contra verba tex.d.cap.fin.quæ concluſ.1.ponderauimus, de conſuet. in 6.nam,dum ibi Pontifex decernit, clerico,pro quo ſcribitur,conferendã eſſe præbendam, quæ optata nõ fuerit,oſtendit,optari prębendam ex eo genere præbendarũ, quæ conferri ſolent clericis mandato Summi Pontificis, vt ibi ſentiunt omnes Doct. hæ autem non conſiſtunt in mera temporalitate, iſtæ enim etiã laicis dari poſſint,vt ſup.initio queſ. ex ipſo Gonzal. poſt alios præmiſimus; ſed habent ſpiritualitatem aut de per ſe,vt ſup.ad finem 1. præmiſ. oſtendimus,aut ſaltem per annexionem ad Canonicatum, quam etiam ipſe Gonzal. admittit, vt d. initio quæſt.vidimus.Tum etiam vel ex eo ſatis confutatur, quòd, vt mutetur ſola beneficij temporalitas nullum ad hoc ſtatutum, vel conſuetudo requireretur,ſed ſolum Iudicis, Superiorisue Eccleſiaſtici decretum, quod in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiritur, cap.ſine exceptione,12.quæſt. 2. cap. vtſuper, de reb.Eccl. alien. vel non,cum ſuis concord. & in ipſa permutatione fundorum Eccleſiaſticorum, cap.1. de reb.eccleſ.alien.vel non, cap.1.& 2.& cap.ad quæſtiones,cum ibi not. de rer. permutat.iuncto maximè c. nulli de reb.Eccleſ. alien.vel non, & Extrauag. Ambitioſæ, eod. tit. inter commun. vbi alienationis nomine, cùm de rerum Eccleſiaſticarum alienatione agitur,permutatio quoque continetur.

22 Ex quibus † confunditur diſtinctio,quam pro concordia prædictarum opinionum poſt Card. d. conſ. 126.num.4.facit Gonzal.d. Gl. 34. num.61.& ſeq quòd,aut agitur de præbenda temporali, quæ optatur vigore primi tituli,illo ſẽper retento;& ſic procedat prima opinio, vt in optione non mutetur titulus;aut de optione noui tituli, & præbendæ ſpiritualis,vtpotè, quia Capellanus aſcẽdit per optionẽ ad quartã portionem,(vel potiùs quartã portionis,)& quartus Portionarius aſcendit ad dimidiam,& dimidius ad integram, & integer ad Canonicum; & in qualibet optionum iſtarum dimittitur primus titulus ſpiritualis, ac primum beneficium, & de nouo obtinet optans nouum, & diuerſum titulum,ac beneficium:& in iſto caſu locum habeat cõtraria opinio, & quæ pro ea allegantur, inferiùs adducenda, ſimulq; a nobis diſſoluenda. Neq; huic diſtinctioni, (ſubdit Gonzal. ſup. num.64.) contradicit deciſio Rot.15.& Caſſad.17. dum dicunt,quòd optio nõ veniat ex nouo titulo,ſed ex antiquo,&quòd per optionem nõ extinguatur antiquus titulus, nec nouus acquiratur: nam iſta poſſunt in præbenda temporali verificari:& ſecundùm præfatam diſtinctionem,(ſubijcit idem Gonzal. num 65.)intelligi poteſt illud, quod controuertitur, an excommunicatus poſſit optare,vel nõ,ex eo, quòd vbi per optionem acquiritur nouus titulus, non poſſit, vt voluit Addit. Rot.d.deciſ. 5. de conceſſ. præb. & alij

alij ſup. cit. poſſit verò, quando non acquiritur, vt per eandem Rot. deciſ. 8. num. 4. 5. 6. & 10. de ſent. excommun. in antiq. Confunditur inquam hæc diſtinctio; tum ex prædictis, cum ſupponat, ſaltem aliquando poſſe optari meram temporalitatem præbendæ, quod iam refutauimus; illaq; controuerſia de optione excõmunicati potiùs dirimatur ex ijs, quę adduximus ſup. cap. 4. quæſt. 2. tum quia, vt fatetur Gonzal. d. nu. 65. Rot. d. deciſ. 10. Cald. d. conſ. 7. Io. An. & Franc. d. cap. fin. hanc diſtinctionem non admittunt, cum loquantur de optione præbendæ, & iuris ſpiritualis, & tamen velint, per eam non acquiri nouum titulum, ſed retineri antiquum, quod etiam ſẽtit Rot. d. deciſ. 8. de ſẽt. excomm. in antiq. præſertim num. 5. & 6. Ideo idem Gonzal. num. 66. & 67. aliam diſtinctionem pro eadem concordia inuenit, quæ tamen priorem in vno membro inuoluit, dũ vult, quòd prædicta diſtinctio procedat in ſimplici iure, & conſuetudine optandi, de qua tex. d. cap. fin. de conſuet. in 6. nam vigore talis conſuetudinis non poteſt optari noua præbenda ſpiritualis, & nouum beneficium ſine acquiſitione noui tituli, & dimiſſione primi, vt dicit Gloſ. ibid. verbo, nõ fuerit. & ideo, inquit videmus, quòd, ſi vnus Cappellanus optat dimidiam portionem, aut dimidius Portionarius optat integram portionem, aut integer Portionarius optat Canonicatum, ſemper in huiuſmodi optionibus dari ſolet titulus nou°, & canonica prouiſio fieri, & dimittitur titulus antiquus, aliàs ſub eodem tecto retinerentur ab ea dem perſona plures præbendæ ſpirituales, & plura beneficia contra c. litteras, de conceſſ. præb. & Clem. fi. in fi. de præb. Deciſiones verò, & Doctores loquentes de optione iuris ſpiritualis abſq; dimiſſione primi tituli, & acquiſitione ſecundi, ſunt admittendi data ſpeciali conſuetudine optandi præbendam ſpiritualem abſq; aſſecutione ſecundi tituli, & cum retentione primi, quia tunc valeret præfata conſuetudo; licèt, quoniam eſſet, contra ius requireret quadragenariam præſcriptionem. Verùm neq; hæc diſtinctio admittenda eſt; tum per adducta contra præcedentem diſtinctiouem, quæ in huius primo membro includitur; tũ quòd nullus Doctorum vtriuſque opinionis, ſi rectè ponderentur, mẽtionem facit ſpecialis cõſuetudinis, aut ea nititur; tum deniq; quia immo ex ſimplici iure, & conſuetudine
23 optandi, de quibus d. c. fin. † non poteſt Cappellanus optare portionem vacantem, ſeu eius præbendam, neque Portionarius Canonicatum, præbendamue Canonicalem, ſicut neq; Canonicus Dignitatem, aut eius prębendam; nec è contrario poteſt obtinens Dignitatem optare Canonicatum, eiuſue præbendam, aut Canonicus Portionem, quodue illi aſſignatum eſt loco præbendæ, ſine ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto, vt patet ex adductis ſup. cap. 1. quæſt. 3. cap. 3. quæſt. 1. cap. 4. quæſt. 1. concl. 1. & 2. ac deniq; cap. 5. q. 2. ferè per totam; ſatiſq; colligitur ex d. cap. fin. ibi, antiquiores Canonici meliores præbendas, cùm vacant, optare poſſint; ſolùm enim ibi optio fit conſuetudinis Canonicorum

Digitized by Google

optandi, & de ijs a Papa ſtatuitur: quare, ſi quid aliud tentandum eſt, debet id ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto eſſe inductum; ſicut & quòd optetur titulus beneficialis, ſeu Canonicatus, ſpecialis conſuetudo, aut conſtitutio requiretur, cum d. cap. cap. fi. ſolius prębendæ mētio habeatur, quam a Canonicatu diſtingui, & quid ſpirituale eſſe, iam ſup. ſatis oſtendimus. Neq; Gloſ. d. verbo, nō fuerit, vult, per optionem præbendę mutari titulum, ſeu Canonicatum, immo contrarium apertè inſinuat in verbo, prouiſiones; cum enim Pōtifex d. cap. fin. ſtatuere vellet certū terminum volentibus optare præbendas, ne prouiſiones Apoſtolica auctoritate faciendæ vltra debitum differantur, exponit Gloſ. de prouiſionibus præbēdarum, quia, inquit, Canonicatus collatus erat per Papam, vel per Executorem auctoritate Papæ conferri poteſt: & tamen loquitur Gloſ. quæ eſt Io. An. de præbenda, vt eſt ius ſpirituale, ſicut facit in nouell. Igitur, ſicut prior illa diſtinctio Gonzal. ita hæc poſterior deſeruire nequit concordiæ prædictarum opinionū, ſed potiùs noſtra, quam initio huius concluſ. attulimus, ſaltem quoad aliquos Doct. & rei ipſius veritatem. Vt autem prædicta poſterior diſtinctio vera in ſe ſit, erit ſic reformanda, vt ſine ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto nequeat Canonicatus, aut Portio, vel Dignitas nòn modò à perſonis diuerſorum huiuſmodi graduum, ſed etiam eiuſdem optari, cum ſit id contra ſpecialia iura, præſertim d. cap. fin. poſſit autem, ſi talis conſuetudo, aut conſtitutio ſpecialis inducta ſit, vt ex locis huius tract. paulò antè allegatis, præſertim cap. 5. quæſt. 2. ſatis colligitur; & quoad ſtatutum etiam ſuadetur ex adductis ſup. cap. 1. quæſt. 3. quoad conſuetudinem verò ex his, quæ adducit Rot. d. deciſ. 6. num. 6. & 7. de conſuet. in nou. & Gonzal. d. Gloſ. 34. num. 67. & quatuor ſeqq. licèt hic ad aliud ea alleget.

Sed quoniam tam Gonzal. quàm Rot. quædam adducit, quæ omnino probare videntur, in terminis d. c. fin. aut aliàs de iure per optionem acquiri titulum, & Canonicatum, illa proferamus hoc loco, ſimulq. diſſoluamus neceſſe eſt.

Gonzal. ergo d. Gloſ. 34. num. 60.
24 72. & duob ſeqq. illud allegat † irregularem, aut aliàs de iure prohibitum obtinere beneficia optare non poſſe, prout de cæco decidit Rot. in vna Salamantina integræ portionis 24. Aprilis 1582. coram Clemente VIII. tunc Auditore; quia, cum eſſet irregularis, c. hinc etenim, 49. diſt. non poterat optare integram Portionem vacantem, ac nouum beneficiuu, & titulum conſequi; idemq. latè proſequitur Addi. ad Simon. de reſeru. ben. q. 45. litt. A. ideq. ait Gonzal. ſup. nu. 74. ſe reſpondiſſe de morbo caduco laborante, quoad Portionem habentem ordinem ſacrum annexum, cum & hic irregularis ſit ad tale beneficium, Rebuf. de pacif. poſſeſſ. num. 226. Maiol. de irreg. lib. 2. c. 16. Caputaq. deciſ. 7. & 135. p. 1. & dec. 48. & 236. p. 2. & hinc Sacra
25 Congreg. Cōcilij declaraſſe fertur † cæptos beneficiari in quolibet aſcēſu eſſe de nouo examinandos, ac per Ordinarium approbandos, vt fuit

tatè reſolutū in vna Calaguritana beneficij, 28. Nouemb. 1587. coram Pamphilio, & in alia Calagurit. iuris aſcendendi, 23. Iunij, 1599. coram Seraphino, vbi rationem adducunt, quoniam in quolibet aſcenſu datur nouus titulus.

Verùm, quòd ad cæcos, aliosq; irregulares pertinet, ij optare non poſſunt ſine diſpenſatione, ſi tales facti ſunt ante obtentum beneficium, puta titulum Canonicatus per collationem; ſed id euenit, quia obtinere nequeunt ipſum beneficium per collationem, vnde pendet ius optandi; quare ſecus eſt, ſi facti tales ſint poſt iam legitimè obtentum beneficium, aut etiam ante, ſi ad beneficiū obtinendum fuerint diſpenſati, vt latè oſtendimus cap. 4. quæſt. 6. & 7. niſi fortè ex ſpeciali conſuetudine, aut ſtatuto eſſet optandus titulus ipſe, vt puta Canonicatus, aut Portio; vel etiam præbenda, quæ obtineri non poſſet, niſi ordo aliquis ſacer ſuſciperetur, qui adhuc ab optante eſſet recipiendus, vt d. quæſt. 6. concluſ. 4. in fin. admonuimus. Illa porrò declaratio Sacræ Congr. vbi adſit, & Rot. deciſiones accipiendæ ſunt, cùm verè ſit aſcenſus quoad titulum, qui mutetur, alias deberet nouum examen fieri, etiam cùm intra eundem gradum, & ordinem optio contingit, quod numquam aliquis dixit, aut praxis probauit. Rot. verò d. dec. 6. nu. 1. poſt medium, de conſuet. in nou. ad probādum, aliquādo, nimirum cùm prębendæ ſunt actualiter, & realiter diſtinctæ per dotes diſtinctas, & cuiq; præbendæ aſſignatas, mutari per optionem titulum, & Canonicatum; & ideo tunc exigi ad optionem conſuetudinem 40. annorum, præmittit vnū, in quo, inquit, Doctores concordant, quòd

26 Canonicatus, & prębenda, quę pro eo eſt inſtituta, tantam habent annexionem, & correſpondentiam inter ſe, quòd eo ipſo, quòd quis aſſequitur vnam prębendam Canonicalem per conſequens aſſequitur illū Canonicatum, pro quo prębenda fuerat inſtituta; quia ad poſitionem vnius connexorum ponitur reliquum, c. tranſlato, de conſtit. cum concord. ibi allegatis, & cap. acceſſorium, de reg. iur. in 6. Canonicatus autem, & prębenda Canonicalis inuicem ſunt annexi, & correſpondentiam habentes vna ad alterum, vt in ſumma, 1. q. 3. & ibi not. & c. ſi quis dator, c. ſi quis Epiſcopus, c. ſi quis obiecerit, & c. Saluator, verſ. in nomine, ead. cau. & q. & hoc tenent Io. An. Compoſt. & Collec. c. cum M. de conſt. Arch. & Io. An. c. ſi clericus, de præb. in 6. clarius Laud. & Zenzel. Clem. ſi iuxta, quæ eſt fin. de præb. vbi patet, quòd Papa vtendo ſua poteſtate excellenti dat vni Canonicatum ſupernumerarium ſub expectatione præbendę; & quando vacans præbenda illi confertur, eo ipſo confertur ſibi ille Canonicatus, qui ſimul vacauit cum præbenda, quia ille eſt, cum quo, & pro quo præbenda fuit inſtituta, & qui habet correſpondentiam cū ea, & aliter deſinit eſſe. Ex iſtis Rot. arguit ſic: ille, qui habet in Eccleſia vnam præbendam Canonicalem, & conſequitur aliam præbendā actualiter, & realiter diſtinctam a prima, conſequitur per conſequens nouum Canonicatum, quia primus Canonicatus remanet cum præbenda dimiſſa;

Digitized by Google

miſſa, & ille, qui vacauit cum prębenda, quam recepit, ſequitur ipſam prębendam, vt patet ex ſuperiùs allegat. ergo conſequitur nouum beneficium Eccleſiaſticum realiter, & actualiter diſtinctum ab illo, quod dimittit, vt ex ſe patet, & conuincibiliter probatur, ni c.litteras, de conceſſ. præb. & d. Clem.fin.de præb. ergo habens in Eccleſia vnam præbendam Canonicalem,ſi ea dimiſſa optat aliã à prima actualiter, & realiter diſtinctã, per optionem ipſam cõſequitur nouum beneficium Eccleſiaſticum à primo realiter diſtinctum. Hæc ibi Rota. Cuius licèt magna ſit auctoritas,cum tamen non ſit neceſſaria, &ipſamet variauerit,vt patet ex varijs deciſ.initio huius concluſ.& cõcluſ.1.allegat.non me nouet,vt aſſeram, citra ſpecialem conſuetudinem, vel cõſtitutionem optari poſſe Canonicatum, atque adeo recedam à communi opinione, quam ſup. hac ipſa concl. vt concl. 1. firmauimus,ac ſatis,ni fallor,confirmauimus; præſertim quia opinio hæc Rot. infirmo illo nititur fundamento, quòd regulariter Canonicatui cuiuis annexa ſit certa præbenda, per d.cap.litteras, & Clem.fin.tum quòd contrariam apertè conſtat ex cap. relatum, cap. dilectus il 1. de præb. & cap. cum ſuper quæſtione, de conceſſ. præb, & alijs iuribus,ex quibus habetur illa correſpondentia Canonicatus, & præbendæ; ibi enim dicitur, quòd obtinenti Canonicatum debetur aliqua præbenda, non autem contra,quod ſolùm tam quam ſpeciale ſupponitur in caſu d. Clem. & ſic Clem. hæc per locum à ſpeciali contrarium probat;vel etiã per locum à contrario; ideo enim ibi decernitur, vt ille expectans Dignitatem, qui habebat Canonicatum cum præbenda in ea Eccleſia, non poſſit ſimul retinere priorem præbendam, quia certa præbenda Dignitati erat annexa; ſecus verò eſſet,ſi non fuiſſet annexa, vt ibid. Gloſ. recepta in verbo, annexa, adnotauit: ſed adhuc id magis expreſſè habetur in cap.quia ſæpè,de præben.in 6.,vbi habetur, quòd ſecundus, qui impetrauit Dignitatẽ, & dræbendam, præfertur priori, qui ſolùm impetrauerat præbendã, ſi præbenda Dignitati eſt annexa, aliàs non.d.verò cap. litteras, nihil ad rem facit; nam vel loquitur de tituilis, & beneficijs,pro ijs ſumendo nomen præbendæ,vt patet ex ijs verbis, Canonicus eiuſdem Eccleſiæ,iunctis illis, in ipſa Eccleſia in Prępoſitum eſt aſſumptus, & voluit ibi Gloſ.recepta in verb.electus; vel certè nulla ibi annexionis mentio fit:atq;ad ſummum inde habetur, non poſſe in eadem Eccleſia retineri ab vno duas præbendas, ſed per adeptionem ſecundę vacare primã, quod conſonat ſolius præbendæ optioni,iuxta d.cap.fin.vbi omnes.alia verò iura, & Doct.in contrarium allegati loquuntur de ſola illa correſpondentia, vel annexione ad præbendam in genere.Tunc ergo ſolùm prębenda trahet ſecum Canonicatum, aut Dignitatem, ſi certa prębenda ei ſit perpetuò annexa, quod regul ariter non contingit. Deniq; quod obijci poterat de optionibus
27 † Equitum,& S.R.E. Cardinalium, illos ſuas Cõmendas,hos ſuos Cardina-

Digitized by Google

dinalatus titulos etiam Epiſcopales optare, atq; adeo optionem de titulis fieri; facilè tollitur dicendo, mirum non eſſe illas optiones fieri quoad titulos, cum in ijs non poſſit diſtingui titulus, & prębenda, ſicut in Canonicatibus, Portionibus ac Dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum contingit: quare eo ipſo, quòd in Collegio Cardinalium, & Equitum ſiue ex conſuetudine, ſiue ex ſtatuto inductum eſt ius optādi, poteſt, & debet fieri optio in titulis, cum aliud ab ijs diſtinctum optari nō poſſit. & ſic, cum ceſſent obiecta, iam ad alia tranſeamus.

Ex his porrò concluſ. pręſentis
28 quęſt. ſingulariter infertur, † quòd in illis Eccleſijs, in quibus eſt conſuetudo, vel ſtatutum, quòd dimidia, aliaue pars fructuum prębendę in illius vacatione ſoluatur Sacriſtię, vel Fabricę Eccleſię, quę ſatis approbantur à Trid. Conc. ſeſſ. 24. c. 14. de reformat. expreſſim verò, & in ſpecie à Pio V. conſtit. 106. quæ incipit, durum nimis, ſtatuente, vt vbicunque fructus, & diſtributiones Fabricę, vel Sacriſtię, aut alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum dumtaxat dimidia pars ipſi Sacriſtiæ, vel Fabricę, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati integrè percipiant; in illis inquam Eccleſijs, in quibus huiuſmodi ſtatutum extat, vel cōſuetudo, ſimulq; viget ius optionis, ea pars præbendæ, ſeu fructuum illius, pro ratione præbendæ, quæ primò vacauit, ſoluenda eſt Sacriſtiæ, vel Fabricæ Eccleſię, aut alteri pio loco, iuxta conſuetudinem, vel ſtatutum, ab eo, qui optauerit. idq; ab omnibus pręſtandum erit, qui ordine deinceps ſinguli occaſione illius vacationis, vel ad eam ipſam obtinendam optionis iure vſi ſunt, vel ad alias conſequendas; quę occaſione optionis ſucceſſiuè vacarunt; ita, vt vnuſquiſque ſoluat pro rata tantùm acceſſionis redituum ſibi illlo ipſo optionis iure factę: hęc verò ſolutio, vbi quiſque primi anni fructus ex prębenda, quam ſibi iam optauit, perceperit, ſtatim ab eo pręſtāda erit. Sic ſanè ijſdem ferè verbis conſtitutum eſt in Conc. Prouinc. Mediol. V. ſub tit. quæ ad benefic. collat attin. verſic. quibus in Eccleſijs optionis ius eſt. Sed & idem iure communi procedit, & ex præcedentibus concluſ. planè colligitur; cum enim per optionem ad minus mutetur præbenda, vt concl. 1. & 2. oſtendimus, eaq; acquiratur per optantem, ad quemcunque perueniet præbenda peruenire quoque debet onus hoc præbendæ, vt ex ea detrahi poſſit illa pars fructuum; onus enim fructuum ſequitur eorum poſſeſſorem, l. hactenus, ff. de vſufr. & l. quæro, ff. de vſufr. leg. cum ſimil.

QVAERO SECVNDO, An optando quis mutet ſtallum in Choro, & quomodo.

Supponendum eſt, nouiter receptum etiā mandato Pontificis priùs
29 † ſedere debere in inferiori loco iuxta ordinē ſuum; ita, vt, ſi presbyteralis præbenda ſit, quæ confertur, vltimum inter Presbyteros; ſi Diaconalis, vltimum inter Diaconos; ſi Subdiaconalis, vltimum inter Subdiaconos locum obtineat, qui illam præbendam aſſequitur; de quo per

Digitized by Google

tio fiat ex ſpeciali conſuetudine de ordine ad ordinem,ſeu de gradu ad gradum, optando quis præbendam
32 ſuperioris ordinis † ſimul etiam optabit ſtallum in illo ordine ob diſpoſitionem text. d.cap.ſtatuimus, de-
33 cernētis, vt omnes presbyteri † omnibus Diaconis, omneſque Diaconi omnibus Subdiaconis in Eccleſijs præcipuè pręcedant, primumq; locum obtineant, licèt poſt alios inferioris ordinis ſint recepti: poſtre-
34 mum tamen is optans † in ſuperiori ordine locum obtinebit, per ea, quę ſup.initio huius q.ſuppoſuimus, necnon per tex. in cap. 1. de maior. & obed. & cap. vlt. 17.& 75.diſt cũ ibi not. & ſimil.de quibus per Gloſ. & Doct. d. cap.ſtatuimus.

Hęc tamen Concluſio limitanda
35 foret, † niſi ſpeciali conſuetudine aliud inductum fuerit; cum valeat conſuetudo contra ius, dummodo ſit rationabilis, & legitimè præſcripta; hoc eſt quadragenaria, cap. final. vbi omnes, ext. de conſuetud.
36 Similiter † locum, vt audio, non habet in Collegio S.R.E. Cardinalium, in quo accepi, ita obſeruari, vt, cùm Diaconus Card. optat titulum Sacerdotalem, aut Sacerdos Epiſcopalem, non ſolùm aſcendat ad poſtremum locum hic Epiſcoporum, ille Sacerdotum Cardinaliũ, ſed etiam, iuxta antiquitatem ſuę promotionis ad Cardinalatus Dignitatem, obtineat locum ante omnes alios ille Sacerdotes, hic Epiſcopos mediò tempore promotos ad eandem Cardinalatus Dignitatem, ac deinceps tamquam antiquiores in eo ordine habeãtur quoad optionem vacantium deinde titulorum, iiſdem Cardinalibus medio tempore promotis, quos, vt diximus, præcedunt. Atq; hęc quidem obſeruantia illam poteſt habere rationẽ diſcriminis à Canonicorum optione; quòd antiquitas in optione Canonicorum, & pręrogatiua in pręcedendo ſumatur ex longiori ſeruitio Eccleſię pręſtito in ſuo ordine, vt colligitur ex Gloſ. d. cap. fin. verbo, antiquiores, de conſuet. in 6. quam inibi Doct. ſequuntur, necnon ex d. cap. 1.& c. ſtatuimus, cum vtrobiq; not. de maior. & obed. iuncta diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4.& ſeſſ. 24. cap. 12. de ręform. & Clem. 2. de ęt. & qualit. cum alijs per nos adductis cap. 5. quæſt. 2. vbi latiùs agitur de hac diſtinctione ordinum, eorumque annexione cum beneficijs; id ceſſat in Cardinalibus, quibus hoc ius optionis, & pręcedentię non datur ratione alicuius ſeruitij in aliquo ordine Eccleſiæ præſtiti, ſed ratione generalis obſequij, ac ſeruitij, quod Romanę, & vniuerſali Eccleſiæ, cuius ſunt Cardinales, diutiùs in huiuſmodi Dignitate præſtant: vnde inter eos ſimpliciter eſt attendenda antiquitas promotionis; dummodo, pręter ætatem, & alia requiſita ad hunc aſcenſum ad ſuperiorem ordinem Cardinalium ſiue de iure communi, quæ ſumi poterunt ex c. cum in cunctis, de elect. cap. licèt canon, & c. cum ex eo, eod. tit. in 6. & cap. 3. cum ſeqq. de ęt. & qual. & Clem. 2. eod. tit. cum ſimil. ſiue ex illius ampliſſimi Collegij conſtitutionibus, & conſuetudinibus approbatis, velint ipſi aſcendere; neq; enim coguntur, arg. d. c. fin. cum ibi not. de conſuet. in 6. Sic

etiam

Digitized by Google

etiam videmus inter ipſos Canonicos,cùm agiturde optandis domi-
37 bus,† non attendi diſtinctionem ordinum Subdiaconalium, Diaconalium,vel Sacerdotalium; ſed ſimpliciter,qui antiquior eſt inter Canonicos, licèt ſit Subdiaconus in optione domus vacantis, quæ non ſit annexa præbendæ, præfertur iuniori Diacono,vel Sacerdoti; cum tamen quoad præbendas ſecus ſit, ſecluſa ſpeciali conſuetudine, vel conſtitutione,vt latiùs d.q.2. c.5. docuimus id enim ideo fit,quia ratione domorum Canonicus nullum ſpeciale ſeruitiũ Eccleſiæ exhibet.Quod autem diximus de domibus quoad Canonicos,idem dicitur, & obſeruatur in domibus aſſignatis pro Portionarijs, vel Dignitatem obtinentibus, quoad ſingulos eorum gradus, vt non ordo,ſed antiquitas ſimpliciter
38 attendatur.Sic† in aliquibus quoq; Religionibus,in quibus debẽt Sacerdotes præcedere omnes clericos etiam antiquiores profeſſione, iſti clerici,non Sacerdotes fiunt, præcedunt Sacerdotes illos iuniores profeſſione;quia tunc accedit ordo, qui tantùm conditio quędam eſt,vt antiquior profeſſione præcedentia gaudeat, ad quam non requiritur, aut conſideratur ſpeciale aliquod ſeruitium ratione ordinis Sacerdotalis præſtitũ Religioni.idq;ob eãdẽ ferè rationẽ obſeruatur in optionibus,& prouiſionibus titulorum S. R.E. Cardinalium. Deniq; ſi quis a me quærat,an reſtitutus ad præbendam,quam dimiſit,vel poterat obtinere per optionem,recuperet etiam ſtallum,& locum priſtinum, vel quẽ habere potuiſſet in Choro;Breuiter reſpondeo,quòd reſtitutus gratioſa reſtitutione,quæ a ſolo Principe fit, eum locum non recuperat,per ea, quæ ex Bart.in l.2.ff.de decurion. & alijs poſt Sfort.Odd tract.de reſt. in integr.q.97.art.4.num.19. ex communi reſoluit Flam. Pariſ.tract. de reſign.benef.lib.3.q.7.num.73. vſq; ad 76.dum tradunt,talem reſtitutũ non recuperare locum priſtinum, quem in Collegio habebat. reſtitutus autem reſtitutione iuſtitiæ, quæ a iudice competente ob minorem ætatem,aliamue iuſtam cauſam cõceditur, recuperabit locum priſtinum,ex ijs,quæ latè adducit idem Pariſ.d.num.76.ac præcipuè ex illa regula,quòd tantum reſtitutio in integrum reſtituit,quantum læſio abſtulit,de qua in l.vlt.ff.de reſt.in int. & Tiraq.de vtroq.retr.§.1.Gloſ.14. num.74.& reſtituit in priſtinum ſtatum in omnibus,& per omnia, fusè Odd.d.tract.quæſt.1. art.4. vbi de communi,& in ſpecie, quòd ſtallum in Choro recuperet reſtitutus ad Canonicatum,tradit ipſemet Pariſ. d.q.7.nũ.80.ex Card.Pariſ.conſ.93. in fi.vol.4.Et hæc de hac quæſt.

QVAERO TERTIO, & poſtremò, An per optionem dimittatur penſio.

39 Suppono,† penſionem impoſitam de conſenſu impetrantis ſuper aliqua præbenda, non obſtare, quin aliquibus in caſibus is optare poſſit,vt non modò conſtat ex concluſ. ſeqq.ſed etiam in ſpecie poſt Put.deciſ.55.lib.3.tradit Gonzal.d Reg.8. Canc.Gloſ.34.num.43.cum ſeq.vbi id limitant,niſi in fraudem conſenſerint,per c.fi.de renun.in 6.nũc aũt videndum eſt,quinam hi caſus ſint.

Pri-

Digitized by Google

Prima Concluſio. Vbi præben-
40 dæ † in Eccleſia ſunt realiter, &
actualiter diſtinctæ; ita, vt ſinguli
habeant perpetuam adminiſtratio-
nem corporis, vel redituum ſibi aſſi-
gnatorum; vel diſtinctæ quidem illę
non ſunt, tamen ſingulis Canonicis
pro portione fructuum aſſignantur
quotannis, vel ad aliud tempus cer-
tum, & determinatum corpus, vel
certi reditus, quos ipſi exigere de-
bēt, iuxta diſtinctionem ſupr. cap. 2.
q. 2. concluſ. 1. latiùs explicatā: in
his inquam duobus caſibus, optan-
do quis præbendam, & propriam
dimittendo grauatam penſione, di-
mittit etiam onus penſionis: ita in
ſpecie tradit Gig. d. tract. de penſ. q.
63. num. 1. 2. & 3. quem etiam refert,
ac ſequitur Io. Azor. Inſtit. Moral. p.
2. lib. 8. c. 13. q. 4. & Gonzal. d. Gloſ.
34. num. 45. cum trib. ſeqq. dicens,
fuiſſe ita reſolutū in vna Corduben.
portionis, 30. Aprilis, coram Illu-
ſtriſſ. bo. mem. Card. Blāchetto, & a-
liàs pluries; idemq; ſatis apertè te-
net Nauar. conſ. 3. num. vlt. iunctis
antecedentib. de ſolut. lib. 3. vol.
1. & Rot. Rom. deciſ. 597. nu. 7. 1. p.
in nouiſſ. diuerſ. Ratio eſt, quia pē-
41 ſio † eſt onus reale, vt eſt optimus
tex. vbi Gloſ. pen. & alij, in cap. niſi
eſſent, de præb. Gemin. & cæteri cō-
muniter in c. fin. de off. ordin. in 6. la
tè Flam. Pariſ. tract. de reſign. benef.
lib. 6. q. 2. nu. 98. idem Gig. d. tract.
q. 39. & 40. num. 1. q. 43. & 47. nu. 2.
& conſ. 124. 138. & 150. nu. eod. Et
42 tranſit † ad quemcunque tranſit be-
neficium, & præbenda, vt tradit Gl.
in d. c. niſi eſſent, Caſtrenſ. conſ. 339.
incipit, quia exceptiones, nu. 4. verſ.
ſed reſpondeo, nuper volum. 1. in
impreſſ. Fel. nonnullos Doctor. ad id
referens in cap. ad audientiam, il 2.
nu. 6. de reſcript. Caccialup. tract.
de penſion. Eccleſ. q. 9. Gig. d. tract.
q. 44. num. 2. Mohedan. deciſ. 1. 2. &
30. de renunt. & latè poſt alios Pariſ.
trac. de reſign. benef. lib. 1. q. 8. n. 22.
27. 30. & ſeqq. Ad idem facit optimè
quod poſt Caſtr. d. conſ. 339. num. 4.
traduut Fel. d. nu. 6. Gig. d. q. 63. nu.
3. quòd, quando fundus, & bona deſi-
nunt eſſe beneficij, & Eccleſię, illius
43 fructus † non ſunt ampliùs penſio-
ni Eccleſiaſticæ obnoxij.

Secunda Concluſio. Vbi per Capi
tulum non aſſignantur certæ, ac de-
terminatæ præbendæ, ſiue diſtinctæ,
ſiue indiſtinctæ, modo, quo ſupra, cō-
ſiſtentes in certo, & determinato cor
pore, ſed per procuratorem Capitu
li, quem alij Caneparium, alij The
ſaurarium vocant, ſit certa diſtribu
tio in bladis, aut pecunia conſiſtens:
44 tunc † vbi cadere poſſit optio, de
qno aliquid diximus c. 3. q. 7. per eā
non dimittitur onus penſionis, vt in
ſpecie voluit Gig. d. q. 63. num. 4. &
Io. Azor. d. q. 4. ob eam rationem,
quia tunc optio non facit cenſeri no
uum beneficium, aut præbendam,
vt præbenda eſt titulus beneficialis
iuxta tradita per Rot. dec. 470. quæ
eſt, 6. num. 1. de conſuet. in nou. vbi
tamen potiùs vult, tunc non habere
locum optionem. Sed quicquid ſit
de hac ratione, nos aliam aſſignare
poſſumus a ceſſatione rationis, de
qua in ſuperiori cōcl. iuxta c. cū ceſ-
ſante cauſa, de appell. cum ſimil. de
quibus per Glo. ibi, & Tiraq. in trac.
ceſſante cauſa. Hoc enim caſu pen-
45 ſio † non tam afficit præbendam,
quàm titulum ipſum Canonicatus,

Digitized by Google

qui non dimittitur per optionem, vt ſupra vidimus; certos verò fructus non afficit, niſi cum deſignatione perſonæ, quæ illos percipit, prout talem Canonicatum obtinet; cum tūc certi fructus, & reditus in indiuiduo non aſſignentur: ſicq; non erit penſio merè onus reale, ſed perſonale, vel mixtum, aut reale reſpectu Canonicatus, ita, vt ad ſucceſſores in Canonicatu tranſeat; hoc enim commune eſt huic caſu cum ſuperioribus. Pro qua ratione, & ſimul etiam pro hac concluſione facit optimè dec. Delph. 1272. apud Franc. Marc. vbi traditur, quòd, ſi prouiſo de præbenda grauata penſione detur alia præbenda ſecundùm prouiſi qualitatem, quia non ſit in ſacris, & ſecundùm ritum Eccleſiæ, in qua fructus, & præbendæ diuiduntur in communi, onerata penſione remanebit. Facit etiam, quod (vt refert, ac ſequitur Gonzal. d. Glo. 34. num. 48.) fuit reſolutum in vna Valliſoletana, 1. Martij, 1602. coram Illuſtriſs. Pam-
46 philio, † cum eſſet reſeruata penſio ſuper bonis, & fructibus Decanatus de nouo illi applicatis, quando fuit erectus in primam Dignitatem poſt Pontificalem, quàmuis poſtea Decanus auctoritate Apoſtolica permutauerit dicta bona cum Capitulo pro duabus prębendis, teneri tamen Decanum ad penſionem, de quo videri poteſt etiam Marcheſan. de commiſſ. 1. par. c. 14. §. occurrere, ex num. 69.

47 Tertia Concluſio. Vbi penſio † impoſita ſit ſolùm ſuper diſtributionibus quotidianis, vel ſaltem pro parte, tunc per optionē non dimittitur pēſio pro rata, quæ reſpondet diſtributionibus, ſed pro ea parte remanet ſoluenda ei, qui optat. Hæc concluſio eſt de mente Doct. de quibus in ſuperiori concluſione, & probatur ijs planè rationibus, quibus eam comprobauimus: tunc enim pro ea rata non mutatur aliquis fundus, aut certum corpus, certiue reditus, qui ſpecialiter ſint penſione affecti, ſed ſolùm ſub ea determinatione, quatenus percipiuntur ab eo, qui penſioni conſenſit, eiuſue ſucceſſoribus in beneficio, & Canonicatu, qui nec per optionem mutatur, vt ſæpiùs dictum eſt, & ius tribuit actu percipiendi diſtributiones, vt ſupra hoc eod. cap. q. 1. oſtendimus. Idem etiam colligitur ex rationibus, quibus Nauar. conſ. 1. & 3. de ſolut. lib.
48 3. vol. 1. oſtendit, † penſionarium exigere non poſſe penſionem impoſitam ſuper groſſa, & diſtributionibus a Capitulo, cui vacante beneficio eæ accreſcunt, ſed ſolùm vel ab ipſo beneficiario, qui penſioni conſenſit, vel eius ſucceſſore in beneficio; cum nec Capitulum ſuccedat, aut beneficiarium dici poſſit, neque eæ tali onere affectæ cenſeantur, niſi quatenus a beneficiato lucrifiant, vt latiùs per eum, quod etiam nos fuſiùs oſtendimus tract. de diſtrib. quotid. par. 3. quæſt. 8. concl. 3. Neq; huic concluſioni quoad ea, quę de rata diximus, obſtare poterit, quòd durum, & inauditum videatur, penſionarium a duobus exigere debere vnam penſionem; quin etiam ab eo potiùs, qui præbendam aſſequitur, totam penſionem ſoluendam eſſe, cum præbenda reſpectu diſtributionum quotidianarum videatur ſe habere ſicut acceſſorium reſpectu ſui prin-

Digitized by Google

principalis, illud autem ab hoc tra hatur, eiuſque naturam ſequatur, cap.acceſſorium,de reg. iur. in 6. & l.cum principalis, ff. eod.tit. cum ſuis concord. Etenim non eſt durum,aut inauditum,vt, qui impetrauit ſibi reſeruari penſionē ſuper præbenda,& diſtributionibus,ab eo,qui obtinet præbendam, contingentem penſionis portionem exigat,reliquā verò ab eo,qui diſtributiones perci
49 pit.Si enim quis reſignauit† duo beneficia in fauorem Titij, reſeruata penſione centum ducat. qui Titius alterum eorum dimiſit, diuidenda erit penſio inter poſſidentes ad ratam valoris vtriuſque beneficij, vt poſt Gamb.tract.de auctor. leg. lib. 6.tit.de penſ.n.667.& ſeqq.tradit in terminis Flam.Pariſ.tract. de reſig. benef.lib.6. q.2. nu. 64. & ante eos Gomes reg.de inf.reſig.q.vlt.prope finem,verſ.eſt & alius caſus,il 2. dicens,ita fuiſſe cōcluſum per Rotam 16.Martij,1534.Neque diſtributio
50 nes†acceſſoriæ ſunt ad præbendā, eiuſue naturam ſequi debent,cum per ſe ſtare poſſint,ſed potiùs Canonicatui accedunt, vt inter cæteros adnotauit Phil. Prob.in add. ad Io. Monac.cap.vnico,verb.victualia, in prin.de cler.non reſid.in 6.Card. conſ.53.in fin. & per tex. optimum in cap.dilectus, il 1. de præben. qui quidem Canonicatus ius dat actu percipiendi quotidianas diſtributiones,vt ſupra etiā diximus.vnde etiā videmus,Canonicos plurimos præbenda carere,actu tamen percipere quotidianas diſtributiones, prout ſunt in Mediolanenſi ciuitate Canonici Eccleſiæ S.Mariæ Scalenſis. Vbi igitur penſio impoſita ſit ſolùm ſuper Canonicatu, & diſtributionibus, quia optās nullam habeat præbendam;tunc optans ſecum fert totam penſionem, cum ſit onus Canonicatus,cui accedunt diſtributiones,quiq; in optione non mutatur, ſed idem retinetur,vt ſup. oſtenſum eſt.Si verò penſio impoſita ſit etiam ſuper præbenda, quæ quidem ſit minoris reditus,quàm penſio;tunc pro rata quidem præbendæ,hoc eſt,pro concurrenti quantitate præbendæ dimittitur penſio ab optante; ita,vt tota præbenda,ſeu omnes eius reditus priùs exhauriantur, cum & ea priùs grauata cenſeatur, quàm diſtributiones,quę non niſi in ſubſidiū penſione grauatæ cenſentur, vt conſtat ex ijs,quæ inter cæteros adduxit Gig.conſ.144.num.15.& ſeq.pro reliqua verò parte, quæ reſpondet diſtributionibus, ſeu Canonicatui, ſoluenda eſt ab optante, cum ſecum ferat Canonicatum,cui adhæret,acceſſoriumq; eſt ius diſtributiones percipiendi, vt ſupra demonſtrauimus.Illud demum hac in re expeditum eſt, quòd etiam ex ſupradictis
51 ſequitur, quòd † ſi quis Canonicatum mutet in eadem quoque Eccleſia, omnino penſionem dimittet, quàmnis ea impoſita ſit ſuper ſolis diſtributionibus,ſiue ſuper diſtributionibus ſimul,& præbenda; tunc enim cum Canonicatu mutatur perſona;vnde tranſibit ad ſucceſſorem tota obligatio ſoluendi penſionē;eſt enim ille tunc nouus Canonicus,iuxta latè tradita c.1. quæſt.1. concl.1.

SVMMAE RERVM.

1 *Derogari poteſt in ſpecie optioni*

Digitized by Google

per Papam; & num. ſeq. In dubio tamen non cenſetur velle ei derogare; num. 3. & ſeqq.

2 *Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.*

4 *Papa in dubio non cenſetur velle derogare iuri quaſito. idq; ſiue illud ſit ius in re, ſiue ad rem; & licèt modicum inde fiat praiudicium; num. 5.*

6 *Derogare optioni non eſt neceſſe, vbi quis prouidetur de beneficio, ſeu prabenda vacante apud Sedem, vbi ſaltem prouidetur motu proprio.*

7 *Derogatio ſaltem generalis optionis requiritur, vbi Papa confert, vel mandat conferri prabendam generaliter reſeruatam. probabile tamen eſt, non requiri hanc generalem derogationem; num. 8. ſaltem in beneficijs vacantibus in menſibus Apoſtolicis; num. 9.*

10 *Regula Cancellaria vim legis obtinent.*

11 *Derogatio generalis ſufficit ad impediendam optionem, vbi prouidetur motu proprio de prabenda ſpecialiter reſeruata. ſecus verò vbi prouiſio fiat ad petitione partis; & qua ſit ratio diuerſitatis; num. 13.*

12 *Conſuetudo optandi locum non habet quoad Apoſtolicos impetrantes, niſi de hoc ſpecialis conſuetudo inducta ſit; num. 13.*

14 *Derogatio ſpecialis optionis requiritur, vbi prouiſio ſit vigore expectatiua alicui conceſſa. niſi Papa mandet prouideri de pinguiori prabenda, aut adſit motus proprius cum clauſula, non obſtante; optione, aut iure optandi; num. 15. vbi etiam, quòd motus proprius habet vim derogatoria.*

16 *Derogare optioni non poteſt Legatus de latere, ſed ſolus Papa.*

17 *Indultum conferendi an impediat optionem per ſuas clauſulas derogatorias; vbi etiam habetur de quibuſdam clauſulis an derogent iuri optandi.*

18 *Conſuetudo optandi non tollitur per non vſum. Idque, quàmuis euenerit caſus optionis; num. 19.*

20 *Facultas non tollitur per non vſum, neque ei præſcribitur; num. 21.*

22 *Conſuetudo non tollitur, niſi per contrarium vſum.*

23 *Lex non tollitur per actus negatiuos, ſeu per non vſum.*

24 *Priuilegium non tollitur, ſeu amittitur per non vſum.*

25 *Conſuetudo optandi tollitur per contrarium vſum, accedente maximè contradictione. dummodo obſeruatus ſit tanto tempore, quantum requiritur ad inducendam conſuetudinem; num. 26. hoc eſt, quadraginta annorum, vbi prabenda ſunt diſtincta; num. 27.*

28 *Conſuetudo qualibet per tantum temporis tollitur, quantum requiritur ad eam inducendam.*

29 *Conſuetudo optandi non tollitur per vnicum actum contrarium. idem in quauis conſuetudine; nu. 30. tolleretur tamen, vel ſaltem interrumperetur, vbi conſuetudo non eſſet completa; num. 31.*

32 *Conſuetudo, & ſtatutum optandi poteſt tolli à Papa per contrariam conſtitutionem; & nu. ſeqq.*

33 *Princeps poteſt per ſuam legem tollere contrariam conſuetudinem,*

ita

Digitized by Google

ita, vt non valeat, ſi poſtea indu catur.

34 *Statuta inferiorum poteſt Superior tollere.*

35 *Statutum, & conſuetudo optandi non tribuit vllum ius ſingulis, antequam caſus eueniat.*

36 *Papa, & Princeps poteſt præiudicare in acquirendis immo & in quæſitis, maximè vbi reditur ad ius antiquum; num. 37.*

38 *Conſuetudo, & ſtatutum optandi poteſt tolli per contrarium ſtatutũ Capituli ſimul, & Epiſcopi.*

39 *Reditus ad ius commune facilè permittitur.*

40 *Statutum etiam præiudiciale Eccleſiæ admittitur, cùm redimus ad ius commune.*

41 *Clerici ſtatuere poſſunt contra conſuetudinem, quæ erat contra ius.*

42 *Epiſcopus cum conſenſu Capituli an poſſit renuntiare iuri acquiſito Eccleſiæ per conſuetudinem.*

43 *Statutum optandi poteſt tolli contraria conſuetudine.*

Quomodo tollatur Optio, ſeu ius optandi. Cap. VIII.

QVAERO PRIMO, Quando & quomodo derogatur optioni.

1 Suppono primò, Papam † poſſe in ſpecie derogare optioni, eamq;
2 tollere, tum quia † habet in beneficialibus plenam poteſtatem, cap. 2. de præben. in 6. vbi Doct. omnes, & alibi paſſim, in quibus etiam ita poteſt præiudicare, vt tollat ius quæſitum, Calder. conſ. 12. de reſcript. Alex. conſ. 101. col. 5. vol. 1. Soc. conſ. 136. 2. par. cum alijs pene infinitis relatis per Gabr. com. conlc. lib. 3. tit. de iur. quæſit. non tollen. concl. 1. num. 9. & Pet: Cened. in collect. ad ius canon. collect. 21. num. 1. 3. par. tum quia ita in his terminis tenent communiter Doct. in c. fin. de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 5. num. 1. de conſuet. in nou. & deciſ. 2. eod. tit. in antiq. Caſſad. deciſ. 4. num. 1. de præbend. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 1261. num. 5. & 1271. num. 2. Staphil. de lit. grat. & inſtit. tit. de vi, & effect. clauſ. verſ. Inſuper derogatur, nu. 1. & 2.

Suppono ſecundò, Papam in du
3 bio † non cenſeri velle derogare optioni, iam factæ, aut iuri, ſeu ſtatuto, vel conſuetudini de optando: tum
4 quia Papa † in dubio cenſetur nolle præiudicare iuri quæſito per tertium, Abb. in cap. 1. de reſcript. nu. 10. & c. ſuper, & vbi plenè Babat. 1. 2. & 3. col. & per Gabr. d. concl. 2. num. 29. tit. de iur. quæſ. non toll. & eſt de hoc reg. Cancell. de non tollendo iure quæſito, vbi late Gloſat. & ſunt tex. in iure communi, cap. ex parte, & c. ſuper eo, de off. deleg. c. ex tuarum, de auctor. & vſ. pall. cap. quãmuis, & c. ſi propter de reſcrip.
5 in 6. cum ſimil. idque procedit † tã quoad modicum, quàm magnum præiudicium, & tam quoad ius ad rem, quam quoad ius in re, vt poſt Gloſ. in cap. cum olim, in verbo, præiudicium, de conſuet. & alios quam plurimos tradunt Fel. d. cap. ſuper eo, col. 2. Dec. conſ. 407. & 606. col. fin. Gomez. d. reg. de non tollen. iur. quæſ. quæſt. 1. in princ. verſ. alij verò, tum quia ita in ſpecie de optione tradunt ferè omnes Doct. ſup. alleg.

Digitized by Google

alleg. in 1. ſuppoſ. in fi. Siue ergo per optionem, aut ius optandi acquiratur ius in re, ſeu ad rem, non cenſebitur ei derogatum, niſi expreſsè id fiat per clauſulas ſpeciales, vel generales iuxta caſuũ diuerſitatem, de quibus nos latiùs in ſequentib. concluſionib:

Prima Concluſio. Vbi Papa
6 †prouidet de beneficijs vacantibus apud Sedem, nulla opus eſt derogatione, cum in ijs fieri non poſſit optio, & prouiſus ſit ipſo iure tutus per textum d. cap. fin. verſ. in præbendis, vbi Doct. omnes, de conſuet. in 6. Ibi enim apertè diſponit tex. quòd in prębendis, quæ apud Sedem vacant, non ſit locus conſuetudini optandi. Idq; ſaltem procedit, vbi motu proprio, & non ad inſtantiam partis reſeruatio fiat, vt poſt Rot. deciſ. 4. de conſuet. in nou. tradit Gonzal. d. Reg. 8. Gloſ. 34. num. 2. quæ autem beueficia, & præbendæ apud Sedem, ſeu in Curia vacare dicãtur, diximus ſup. cap. 3. q. 2. concl. 1.

Secunda Concluſio. Vbi Papa
7 † confert, vel mandat conferri etiã motu proprio præbendas generaliter reſeruatas, (de quibus nos latè d. q. 2. cócl. 2.) requiritur derogatio ſaltẽ generalis optionis per clauſulã, nó obſtãtibus ſtatutis, vel conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ: ita poſt Lap. Abb. Archid. & Io. An. d. c. fi. tradit in ſpecie Card. cóſ. 16. nu. 4. pro hoc facit tex. c. 1. de conſtit. in 6. c. conſtitutus, ext. de reſcript. & cap. cũ in Eccleſia, de præben. lib. 6. vbi Papa non intendit derogare ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ, niſi de ijs mentionem faciat. Proba-
8 bile tamen etiam eſt, † non requiri hanc generalem derogationem, vt ex mente ſup. Lap. Abb. & poſt Io. de Lig. tenent Gemin. d. cap. fin. §. in præbendis, num. 3. & Franc. num. 6. nec non tradit etiam Aen. Falcon. de reſeru. benef. quæſt. 4. princip. eff. 5. ad fin. ex eo, quia Papa reſeruando derogat omnibus iuribus, & ſtatutis, & tollit omnem poteſtatem conferendi, & ſic tollit tam iura, quàm ſtatuta, & conſuetudines, quæ dant poteſtatem optandi. Ad illa verò iura reſpóderi poteſt ea, procedere, vbi non ſit facta tacita derogatio optionis in conſtitutionibus, quæ vim legis habent. Sanè in
9 beneficijs† vacantibus in menſibus reſeruatis non requiretur derogatio etiã generalis optionis, tum propter eandem rationem, tum quia in medema reg. 8. Canc. ſit expreſſa derogatio ſtatutorum, & conſuetudinum optandi pinguiores præbendas; ſicque militat eadem ratio, quæ in vacantibus in Curia, de quibus in 1. concl. dici enim poteſt, quòd & in illis ius derogat expreſſe optioni; cum etiam Regulæ Can-
10 cellariæ † vim legis obtineant, & faciant ius generale, durante ſaltem vita Pontificis eas condentis, vt latè & optimè, probat Gomez. in proém. reg. q. 2. verſ. in contrarium verò, vſque ad fin. vbi quamplurimos referens teſtatur de magis communi, ſimulq; ſoluit contraria. Atq; ita in ſpecie d. Reg. 8. Clem. viij. cuiuſmodi etiam eſt eadem Reg. edita a S. D. Noſtro Paulo V. cum ijſdem omnino clauſulis, & alijs, per clauſulas generales, non obſtantibus, &c. contentas in mandatis de prouidendo, prorſus tolli ius optandi, voluit

Rot.

Digitized by Google

Rot.Ro.deciſ. 5. de conſuet. in nou. Caſſad. deciſ. 4.de conceſſ. præben. & Gonzal. d. commentar. reg. 8. 34.num. 3. dum poſt Creſcent. deciſ. 9. de conceſſ. præb. & Franc. Marc.quæſt.ſeu deciſ. Delph. 1269. lib.1. num. autem 2. idem Gonzal. plurib. relatis tradit quamlibet reſeruationem ſiue ſpecialem ſiue generalem ſaltem motu proprio factã tollere per ſe ſolam ius optandi; præcipuè verò alleg.Rot. dec.4.de conſuet.in nou. & dec. 1. nu. 17.de rer. permut. in nou. Cald. conſ. 3. de conſuet. Gemin. conſ.30.Caſſad. d. deciſ.4. num.1. & 7. Gaſp.de Peruſ. trac.de reſer. benef. 1.par.q.2.Aen. Falcon. ſim.tract.q.4.princip.effec. 5.37.39.& 50. Simon. eod. tract. q. 45.Mandoſ. reg.51.nu.7. Caputaq. deciſ.282.p. 1. ſentiuntq; alij relati ſup. cap.3.quæſt.3.concl.2.initio. Idem verò Gonzal. d. Gloſ. 34. nu. 6.& duob. ſeqq.docet non ideo ſuperfluam eſſe ſpecialem derogationem indultorum, & conſuetudinum etiam immemorabilium optãdi appoſitam in d.Reg.8. nam per eam tolluntur huiuſmodi conſuetudines, & priuilegia, ac indulta Apoſtolica optandi in omnibus menſibus etiam reſeruatis, quæ alioquin locum haberent, vt & nos ſup. diximus d. quæſt. 3.concl.7. Idem cum Gonzal.tenet Nicol. Garz. quem pôſt hæc ſcripta vidi,tract. de benefic.par. 5. cap.1.

Tertia Concluſio. In reſeruatio-
11 ne † ſpeciali, quæ ſit, quando Papa confert, vel mandat conferri aliquam præbendam, quæ alioqui per ordinarium collatorem conferri deberet, neque eſt a iure communi, vel per aliquam Extrau. aut Regulam reſeruata, communior videtur illa diſtinctio Lap. Abb. d.cap. fin.quòd,ſi fiat motu proprio,maximè cum clauſula generali, non obſtante, non habebit locum optio. ſi verò ad petitionem alterius, requiretur ſpecialis derogatio. Lap.ſequitur Io. de Lign.Gemin.& Franc. loc.cit.Card.d.conſ.16.num.4. Staphil. d.verſ. inſuper derogatur, nu. 4.Caſſad.d.deciſ.4.nu.1. de conceſſ. præben.Sic intelligi debet Flam.Pariſ. tract. de reſign. benef. lib. 2. q. 20.num.9. dum poſt Gemin. conſil. 39.vult,quòd,ſi de beneficijs vacantibus extra Curiam prouidet Papa, differtur optatio,ſtante clauſula derogationis;ſic etiam exponi,& intelligi poſſunt quotquot indiſtinctè dixerunt, quòd, quando Papa mandat conferri,non cenſetur ſublata optio, niſi expreſsè derogetur conſuetudini de optando, prout voluit Franc.Marc.d.deciſ.Delphin.1261. num.5. 1. par. & Rebuf. in Prax.benef. in form.& declar. nouæ prouiſ. verſic. nec tollitur optio; & quod
12 alij dixerunt † conſuetudinem optandi locum nõ habere quo ad Apoſtolicos impetrantes, propter clauſulas derogatorias.Rot.deciſ. 2. de conſuet. in antiq. dicens iſtam fuiſſe communem opinionem Rot. quã etiam ſequitur inter alios Franc. Marc. deciſ. Delphin.1271.num. 2. Gig.de penſion. d.quæſt.63. nu. 13. & Gregor. Tholoſ. tract. de benefic.cap.39.num.4.Prob.ad Io.Mon. d. cap.fin. num. 28. vbi tamen poſt
13 Oldr. conſ.285.dicit, † valere ſpecialem conſuetudinem ita inductã, vt optetur, etiam ſi ſint impetrantes

tes

Digitized by Google

tes Apoſtolici. Sic etiam exponi poſſunt tex. c. conſtitutus, ext. de reſcr. & d. c. 1. de conſt. in 6. & c. cum in Eccleſia, de pręb. eod. lib. cum ſim. dum volunt, conſuetudinibus, & ſtatutis Eccleſiarum non cenſeri derogatũ, niſi de ijs fiat expreſſa mentio, intelligendo expreſſam mentionem, hoc eſt, ſpecialem. Ratio verò illius diſtinctionis magis communiter affertur, quòd vbi ad inſtantiam partis conferatur, vel mandetur conferri, id procedit ex radice ambitionis, atq; adeo eſt reſtringendũ, c. quãuis, de præb. in 6. Clem. 1. in fi. eod. tit. cũ ſuis concord. quando verò motu proprio ſcribitur cum clauſula, non obſtante, non habetur reſpectus, niſi ad ſcribentem, qui legibus non arctatur; vnde ſufficit, quòd eius intentio quomodocunque deprehendatur, quæ ſatis patet, quando motu proprio ſcribit per clauſulam ipſam non obſtante, &c. vt optimè explicat inter alios Caſſad. d. deciſ. 4. nu. 7. de conceſſ. præben.

Quarta Concluſio. In expectati-
14 uis, † quando ſcilicet Papa mandat prouideri de præbenda primò vacatura in aliqua Eccleſia, omnino locum habebit optio, niſi in huiuſmodi litteris expectatiuis, quę hodie parum ſunt in vſu, fiat expreſſa derogatio conſuetudinis, vel ſtatuti de optando: & hic eſt caſus expreſſus, & proprius d. c. fi. de conſuet. in 6. ibi enim Pontifex, præmiſſa conſuetudine optandi, decernit, quòd, cum in Eccleſia, in qua eſt talis conſuetudo, mandat Sedes Apoſtolica, prouideri alicui de præbenda nulli alij de iure debita proximè inibi vacatura, poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare, cùm præbenda vacabit: idq; tradunt D. de Rot. dec. 5. de conſuet. in nou. Caſſad. d. deciſ. 4. nu. 2. & 5. Gemin. conſ. 104. idem Gem. & Fran. d. c. fi. Staph. d. verſ. inſuper derogatur, nu. 1. & 2. de effect. clauſ. Hæc tamen concluſio videtur duobus modis poſſe reſtrin-
15 gi. Primò, vt tunc † ſufficiat generalis derogatio, quando in ſpecie Papa mandat prouideri de pinguiori præbẽda, cum generali derogatione ſtatutorum, & conſuetudinum, vt apertè colligitur ex Rot. d. dec. 5. verſ. tũ etiã quia, quã in hoc ſequitur Fran. d. c. fi. in princ. nu. 4 ex eo, quia aliàs gratia impetrantis poſſet totaliter fruſtrari propter c. cui de non Sacerdotali, de præb. in 6. vbi, ſi Papa mãdet prouideri de præbenda certi valoris, non poteſt prouideri de alia minoris valoris. Secundò, ſufficere motum proprium cũ generali clauſula, non obſtante, vt poſt Gemin. d. cóſ. 104. tenet Caſſad. d. deciſ. 4. n. 2. & 3. cum tunc habeat vim derogatoriæ, vt poſt Lap. Abb. in c. quamuis de reſcr. in 6. & alibi, tradit Mil. in Repert. verbo, motus proprius, & Caſſad. d. num. 3.

Quinta Concluſio. Probabilius mi-
16 hi eſt † ſolum Pontificem, non autẽ Legatum etiam de latere, niſi ad id ſufficientem habeat facultatem poſſe derogare conſuetudini, ſeu ſtatuto optandi, quicquid in contrarium voluiſſe videatur in hoc Nicol. Delphin. tract. de iurepat. nu. 158. idem enim quod nos tradit, & ſatis comprobat Bellam. in tract. de perm. benef. p. 12. nu. 6. ratioq; manifeſta eſt, quia per huiuſmodi derogationem agitur de tollendo iure alterius in be-

beneficialibus, quo ſoli Papæ conceditur, c. 2. de præb. c. 6. cũ ibi not. & alijs per nos adductis ſupr. hac ipſa quæſt. in princ.

Sexta Concluſio. Indultum conferendi beneficia conceſſum Cardina
17 li, aut alteri† non derogat conſuetudini, aut ſtatuto optandi, licèt in eo appoſita ſit clauſula, non obſtantibus ſtatutis, & conſuetudinibus prædictæ Eccleſiæ, etiamſi pro ſufficienti eorũ derogatione aliàs de illis, eorũq. totis tenoribus ſpecialis, &c. mẽtio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda foret, tenores hmõdi præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habẽtes &c. ita ex Rot. in vna Bononien. optionis, 9. Ianuar. 1579. corã Lancell. Calder. d. conſ. 3. de conſuet. & alijs tradit Anaſtaſ. Germon. tract. de indult. Cardin. §. etiã ex eo, n. 24. & aliquot ſeqq. vbi rationem affert, cur ſecus ſit in prouiſione ipſius Papę; in qua tamẽ adhuc requirere videtur, vt dicetur, nõ obſtantibus ſtatutis, per quæ noſtra conceſſio impediri, vel differri poteſt, ex Gomes. in proem. Reg. Canc. q. 5. nu. 6. Quatenus autem Rebuf. in Praxi benef. 1. p. in form. declar. nou. prouiſ. propè fin. abſolutè tradit, per clauſulas generales, de quibus ibi per eum, non tolli optionẽ, ſi nominatim hoc non ſit in gratia expreſſum; ſunt autem illæ tres, quæ in omnibus nouis prouiſionibus apponi ſolent; primaque eſt, (ſeu ſi venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo, &c.) altera eſt illa (etiamſi eſſet in indulto expreſſum, quòd is nõ poſſit ſuſpẽdi, excõicari, vel interdici.) tertia deniq; illa eſt (qualibet alia dictę Sedis indulgẽtia generali, vel ſpeciali, cuiuſcũq. tenoris exiſtat, per quã præſentibus non expreſſã, &c.) id quidẽ in ſe veriſſimũ eſt, ſed tamen nihil magni dicit Rebuf. nullus .n. dubitare poterat, ius optãdi ſub illis verbis cõprehendi, niſi fortè cùm illud cõpetit ex indulto, aut conceſſione Apoſtolicà, de quibus dumtaxat loquũtur illæ clauſulæ, non autem cùm ex conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, quod vti ſup. ſuo loco oſtẽdimus, vt plurimũ accidit, de quibus nihil in illis in clauſulis habetur: vnde non video qũo ſuſtineri poſſit id, quod ait Rebuf. in declaratione poſtremæ clauſulæ ſuperiùs recitatæ, quòd aliàs per ipſam tollũtur ſtatuta impediẽtia, & differentia gratiam, vt, ſi dicatur, quòd, ſi vacet beneficiũ excedẽs decem libras, nõ detur impetrãti: nã ex c. 1. de conſt. in 6. conſtat, Papã nõ velle derogare ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ niſi id exprimat.

QVAERO SECVNDO, An conſuetudo optandi tollatur per non vſum.

18 Reſpondeo, cõem† reſolutionem Doct. eſſe, quòd nõ, ita Capic. dec. Neap. 134. n. 1. Fran. Mar. dec. Delphin. 1258. n. 6. Io. An. d. c. fi. in prin. in verb. poſſunt, & ibid. Anch. Butr. Lap. Abb. & Io. de Lig. & Gem. nu. 3. Fran. nu. 5. ad fi. Zerol. in Prax. Epiſc. verbo, canonia, verſ. ad duodecimũ, Gaſp. Cald. cõſ. 3. n. 3. de cõſu. Fran. Mon. cõſ. 56. n. 3. vol. 1. Io. Sel. in trac. de benef. 3. p. q. 36. n. 1. Fel. in c. cũ, acceſſiſsẽt, n. 26. ad fi. de cõſt. Pet. Rau. in enar. tit. de conſuet. ſect. 4. nu. 61. Balb. trac. de pręſcr. 4. par. quintę p. princ. q. 3. nu. 4. Gig. d. trac. de penſ. q. 63. n. 8. & alij paſſim, qui etiã ferè oẽs loquuntur, & dicunt, id procede

19 re,†vbi ẽt caſus euenerit optionis. Mouentur aũt, vt plurimũ Doct. ex eo,quia actus hic eſt merè voluntarius, vt patet ex tex.d.c.fi.ibi, ſi voluerint,poſſint,cùm vacãt,per ſe,vel per alios optare præbendas,quod & nos ſup.c.1.q.1.cùm definitionẽ explicaremus,in verbo,poſſunt,adnotauimus.Illud aũt certum eſt, quòd
20 per non vſum†nõ tollitur facultas, ſeu non præiudicatur facultati actũ faciendi.vt tradunt Io.An.& ceteri, d.c.fi.idem Io.An.& Abb.in c.Ioannes,de cler.coniug.latèRoch.Curt. in c.fi.ſect.4.nu.77. ext. de conſuet. Pro quo ẽt optimè facit cõis illa cõ
21 cluſio,quòd facultatis†iura ſunt impręſcriptibilia,vel,vt meliùs,& magis propriè loquamur, facultatis iuribus,ſeu facultati non pręſcribitur, de qua latè per Ant.Gabr. com.con cl.lib.5.tit.de præſcr.concl.10.Balb. d. 4.p.q.1. per tot. & Tiraq.in vol. conſue.tit. 3.§.1.Gl.2.cui ſimilis eſt illa concluſio, quòd libero arbitrio non præſcribitur,Gl.in l. vn. verbo, pro ſocio,C.de annal.excep. Io.An. & alij d.c.fi.de conſuet.in 6. Dec. ac ceteri d. c.cum acceſſiſſent, de cõſt. cum alijs, quos refert, ac ſequitur Gabr.ſup.concl.12.vndevtrãq;cõcl. iungit Gonzal.d.reg.8. Glo.5.§.6. num.35.36. & 37. vbi plurimos refert ad id, vt his iuribus nõ niſi poſt prohibitionem præſcribatur:d.tñ n. 37.ex Rot.dec.33.p.1.diuer.in alijs quoq; caſibus ait præſcribi his iuribus,vt,ſi quis ſoleret in ijs dare licentiam,& ſimiles alios ẽt colligere licet ex Gabr.d.concluſ. 10. cum du ab.ſeqq.Accedat, conſuetudinem
22 † non tolli per non vſum,ſed tũc demum,ſi habuit implicitum contrarium vſum:ita Abb.& alij d.c.Ioannes,Butr.in c.fi.col. 14. verſ. quæro an circa actus negatiuos,ext.de cõſuet.latè Roch.Curt.ibid.ſect.4.nu. 69.& 75.ſicut de lege,quòd non tol-
23 latur†per actus negatiuos,etiã per mille annos, fusè tradit ibid. Curt. nu.76.Fel.in c. cum acceſſiſſent,col. 10.verſ.hanc regulam limita,de con ſtit.&in c.inter cetera,col.5.de reſc.
24 & de priuilegio†notatur per Gl. & Doct.in c,vt priuilegia,de priuil.Ex quibus ẽt colligitur,&probatur cõis illa limitatio ad hanc noſtrã concluſionẽ,quã inter ceteros afferũt Gem. & Franc.poſt alios, d.c.fi.loc.cit. vt
25 nimirũ†cõſuetudo hæc optandi tollatur per cõtrariũ vſum, accedente maximè contradictione, dummodo
26†obſeruatus fuerit tanto tempore, quantum requirebatur ad inducendam conſuetudinem; quod ẽt tradit Io.Sel.trac.de ben.3.p.q.36.ad not. per Innoc.in c.accedẽtibus,de priu. & Gl.in c.cũ de beneficio,de pręb.in 6.Barbat. in c.fi. ext.de cõſue.& alij quos refert,& ſequitur.Curt.d.ſect. 4.nu.69. & 74. & Duen.reg.142.Ex quo duo confeſtim ſequuntur;alterũ
27 eſt,requiri†ſpatiũ annor.40.ad hãc conſuetudinẽ tollendam,cũ tãtũ tẽporis requiri ad eam inducendã,vbi præbẽdę diſtinctæ ſint,qm̃ cõtra ius eſt,ſup.c.2.q.2.concl.1.oſtẽderimus,
28 atq;ita†de quauis cõſuetudine,quę contra ius ſit,tenere videtur Barba. d.c.fi.col.29.per Gl.in l.nemo tẽporalis,ff.de reg.iur. & in ſpecie de cõſuetudine optandi quadragenaria, vt non niſi alia quadragenaria tollatur docet Gonz.d.reg.8.Gl.7. nu. 27.poſt Rot.dec.6.n.5.de conſue. in nou.ad ꝙ ẽt cõducũt alia per eũ allegata

ſegata d.Gl.7.a n.15.ad 37.&faciūt quę adducit Curt.d.nu.74.quicquid in contrarium dixerint Abb. d. c.fi. & Fel.d.c.cū acceſſiſſent n. 30. verſ. 7.limita,de conſt. volentes ſufficere decem annos.Alterum eſt,nou ſuffi-
29 cere†vnū actū cōtrariū,tū quia neque ad cōſuetudinē inducendā vnicū ſufficere docuimus d. q.2.cōcl.3. tū
30 quia ita de quauis † conſuetudine contra ius inducta tradunt Iaſ. Bar. & alij l.de quibus,ff.de leg.Abb.But. & Barb.d.c.fi.cum a lijs quos refert, & ſequitur Curt.d.ſect.4. nu.69.niſi
31 fortè cōſuetudo non eſſet†cōpleta; nā tūc per vnicū actū tolleretur,vel ſaltē interrumperetur,iuxta ea,quæ poſt Abb.Butr.& Barb.d.c.fi. tradit Curt.d.ſect.4.n.66.Fel. d.c.cū acceſſiſſent,col.antep.verſ.quintus caſus, de conſt.& Turzan.opin.99.num.4. Franc.Viu.deciſ. Neap.311.num.7.

QVAERO TERTIO, & vltimò. An conſuetudo,vel ſtatutum optandi tolli poſſit per contrariam conſtitutionem,vel conſuetudinem.

Prima Concluſio. Poteſt Summus
32 Pontifex†per conſtitutionem tollere non modò conſuetudinem, ſed ēt ſtatutum optandi. De conſuetudine patet, cum poſſit Princeps per legē
33 ſuam tollere†contrariam conſuetudinem ita ēt,vt non valeat contraria cōſuetudo poſtea inducta,vt tradunt Abb.d.c.fi.nu.22. Butr.nu.53. Bart.& ceteri,d.l.de quibus,Alex.in l.ſi nō ſpeciali,n.4.C.de teſti. & alij, quos referunt,& ſequuntur de cōi atteſtantes Imol in c.cū ab omni,n.3. de vit.&honeſt.cler.Curt.d.c.fi.ſect. 7.n.4.5.&ſeqq.Turzan.opin.99.Viui.lib.1.opin.53.& Soarez in theſ. recept.ſent.lit.C.n.285. De ſtatuto ēt
34 patet,quoniam clarum eſt,poſſe†ſuperiorem,& Pōtificem tollere ſtatuta particularia inferiorum,vt in ſpecie de ſtatutis Eccleſiarum eſt tex. apertus,& ibi notant oēs,in c.1. de conſt.in 6.De vtroq. ēt ſimul proba
35 tur,quia per ſtatutū† & conſuetudinē optandi non pōt dici acquiſitum vllum ius ſaltem ſingulis,antequam caſus eueniat,ad no. per Iaſ.in l.quo minùs,col.2.verſ.ſecundò,ego reſpōdeo,ff. de flumin.quod & nos in hac ſpecie ſemel admonuimus c. 1. q. 2.
36 Poteſt autem Princeps†præiudicare per cōſtitutionem ſuam in acquirendis, vt inter alios tradit Ruin. conſ.7.col.2.conſ.9.col.1.vol. 1.&alibi,prout refert,& ſequitur Port.concl.lib.5.concl.15.limit.12. & Gabr. com.concl.lib.3.de iur.queſ.nō toll. cōcl.1.immo poſſe in quæſitis,maxime in beneficialibus Papā præiudicare,ſupra oſtendimus q.1.in princ.
37 ac præſertim † vbi fit reductio ad antiquū ſtatū,vt voluit Port.vbi ſup. limit.10.poſt Gozad. conſ. 1. col.9. verſ.præterea,& ſecundò reſpōdeo, & Curt.Iun.conſ.1.col.8.Gabr. vbi ſup.concl.2.nu.28.Hic aūt redimus ad ius antiquum, cum ante diſpoſitionem d.c.fi.de conſuet.in 6.nullo iure expreſſim optio permitteretur, immo tolli videretur.

Secunda Concluſio.Poteſt per ſta
38 tutum Eccleſiæ † ſimul, & Epiſcopi tolli ab Eccleſia tam cōſuetudo,quā ſtatutum optandi.Dixi autem Eccleſiæ ſimul,& Epiſcopi, cum & Capitulum in his,quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ ſine Epō ſtatuere non poſſit,vt diximus ſup. c.2.q.3.neq;Epſ in his poſſit ſine Capitulo, cum de illorum intereſſe agatur, vulg. reg.

quod omnes tangit, de reg. iur. in 6. cum ſim. Probatur nunc vnaquæque pars concluſionis rationibus, quibus d. q. 3. oſtendimus, poſſe induci hoc ius optandi per ſtatutum, quàm uis verſaretur præiudicium Epiſcopi: idq; magis hoc caſu admittendum erit, cum ſic redeamus ad ius
39 commune, quod facilè † permitti debet, c. ab exordio, 35. diſt. cum alijs, quæ latè congerit Fel. d. c. cum acceſſiſſent, nu. 5. cum ſeq. & n. 30. verſ. Septimò limita. necnon c. cum omnes, nu. 7. & duob. ſeqq. de conſt. eo enim
40 caſu † valeret ſtatutum etiam Eccleſiæ præiudiciale, vt fuſe tradit Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ, col. pen. & ibi latè Fel. eod. tit. & in ſpecie, quòd poſ
41 ſint clerici † ſtatuere contra conſuetudinem, quæ erat contra ius, patet ex d. c. cũ omnes. de conſt. cum ſimi. & optimè oſtendit Curt. d. c. fi. ſect. 3. n. 10. ob eam quoque rationẽ, quòd tunc redimus ad ius commune. Ex quibus etiam patet, non obſtare illud, quod ex Innoc. in c. accedentibus, de priuil. & Alex. conſ. 5. vol. 5. tradunt Curt. d. ſect. 4. nu. 80. & Petr. Rauen. d. enar. ad tit. de conſue. ſect.
42 5. nu. 18. nimirum, non poſſe † Epiſcopum etiam cum conſenſu Capituli renuntiare iuri acquiſito Eccleſiæ per conſuetudinem. & quod docet Bart. in l. priuilegio, per illum tex. C. de ſacroſ. Eccl. Abb. c. pen. in fi. de ſepult. & alij, quos refert, & ſequitur Curt. d. c. fi. ſect. 5. nu. 42. non valere diſpoſitionem, per quam tollitur conſuetudo vtilis Eccleſiæ. Reſpondetur enim, ea procedere, vbi conſuetudo illa vtilis Eccleſiæ, ſit ſecundùm, aut præter ius, non autem contra ius, vt patet ex exemplis quę afferuntur per illos Doct. ita, vt eam auferendo redeatur ad ius commune, prout contingit in caſu noſtro. Quòd ſi conſuetudo optandi tolli poteſt per ſtatutum multò magis per aliam conſuetudinem, quæ fortior eſt ſtatuto, cum hoc non poſſit fieri contra legem, & canonem, c. inferior 21. diſt. c. cum inferior, de maior. & obed. Clem. ne Romani, de elect. cũ ſimil. conſuetudo tamen poſſit induci contra canonem, & legem, modò ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, c. fi. de conſuet. cum ibi not. ad quod faciunt etiam tradita q. præced. ad fi. vnde hoc declaratur. Ex quibus etiam illud demum indubitatum remanet, poſſe ſtatutum op-
43 tandi † tolli contraria conſuetudine, cum poſſit conſuetudo derogare iuri communi, quod fortius eſt particulari ſtatuto, c. fi. cum ibi not. ext. de conſuet. multò ergo magis derogabit ſtatuto, illudq; tollet, quod ẽt adnotauit Curt. ibid. ſect. 7. n. 17. poſt Corn. conſ. 293. circa ſupradictum vol. 1.

Atq; ex his finis iam tandem huic noſtro Tractatui de Optione Canonica imponatur ad laudem Omnipotentis DEI, eiusq; genitricis ac perpetuæ Virginis MARIAE, quibus, vt cetera omnia, ſic quæcunque ſcripſi, vt par eſt, accepta refero, ea quoque tum meliori ſententiæ, tum præcipuè S. Matris Eccleſiæ iudicio libenter ſubijcimus.

IN-

404.389

Digitized by Google

INDEX RERVM SINGVLARIVM, QVAE IN TRACTATV DE DECIMIS CONTINENTVR.

Prior nota ſingula capita, poſterior capitum numeros indicat.

A

ACTIO confeſſoria, negatoria, aut ex dolo quando locum habeat in materia decimarũ, remiſſiuè.cap.8. num. 38.

Aduocati, & Doctores, qui militare dicuntur, tenentur de ſuo lucro decimam ſoluere.4. 28. Idem in Cauſidico, & Notario; nu. 29.

Aedificari poteſt Eccleſia intra fines alterius, & in ea inſtitui per Epiſcopum ſacerdos percepturus obuentiones alicuius villæ, vbi iam conſtructam parochiani ſine magno incommodo adire non poſſunt.8.81.

Aes alienum non deducitur in ſolutione decimæ Papalis.9.174.

Ager, qui pluries in anno fructus profert, toties decimabitur.4. 12.

Agnorum, & vitulorum decima ſolui debent, cùm ij nutriti fuerint, nec indigent lacte màterno. 6.14.

Agnorum, ſeu vitulorum decimus ſol debet, prout ſub virga paſtorali tranſit. 6.27.

Animalium decima cui Eccleſia ſoluatur.4.16. Et quid de lacte, lana, & fœtibus; num.17.

Anniuerſaria non computantur in reditibus, ſeu valore beneficij; neq; in Bulla veniunt nomine prouẽtuum, fructuum, redituum, iurium, emolumentorum Canonicatuum, neque etiam appellatione diſtributionum quotidianarum.9.85.

Anniuerſaria, ſeu mortuaria, an ſubiaceant decimæ Papali.9. 84.

Appellari poteſt a Collectore multis in caſibus. 9.267. Vt ſi nimis breuem terminum ſtatuat ad ſoluendum; num.268. Item vbi pignoris loco caperet res notoriè ſacras, vel cultui diuino deputatas; num.269. Regulariter autem ab eo appellari non poteſt; num.276.

Appellari poteſt à Collectore reijciente exceptionem ſubreptionis, vbi multi impetrauerunt immunitatem à decimis Papalibus non facta mentione de priori aliorum impetratione. 9. 270.

Digitized by Google

270. *Item ſi a priuilegiatis priuilegium allegantibus decimam exigat; num.* 271.

Appellatio non admittitur, cùm per Rectorem à ſubdito decimæ exiguntur. 8.58. *ſecus ſi hic alleget priuilegium Papæ, vel compoſitionem legitimam; num.* 59. *Ratio affertur; num.* 60.

Argumẽtum à charitatiuo ſubſidio ad decimam Papalem *valet.* 9.125.

Argumentum a feudo ad emphyteuſim iure procedit. 5.69.

Aſſiſia quid ſit. 9. 48.

B

B*Aptiſmali Eccleſia regulariter debentur decimæ.* 7.27. *latiùs tamen diſtinguitur; num.* 28. *& ſeqq.*

Baptiſmalis Eccleſia conſentiens fundationi parochiæ intra ſuos limites cenſetur remiſiſſe ius decimandi, & alia iura parochialia pro illa portione limitum 7.30. *Non poteſt tamen propter hunc conſenſum aliquid temporale accipere; num.* 31.

Baptiſmalis Eccleſia *quæ ſit, & an ſit ſemper curata.* 7.4.

Beneficia tenuia, an ſubiaceant decimæ Papali. 9.38.

Beneficia vnita ſubiacent decimæ Papali, ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè, ſiue aliàs quomodocunque vniantur. 9.66.

Beneficiati tenentur de prædijs Eccleſiaſticis ſoluere decimas illi Parochiæ, intra cuius fines ſita ſunt prædia, ex magis communi. 5.6. *& ſiue prædia illa ſint dotalia beneficij, ſiue nõ; num.* 7.

Beneficium benignè, & largè eſt interpretandum. 4.82.

Beneficium conſuetum clericis aſſignari quodnam dicatur. 9.165.

Beneficium ſemel taxatum ab habente poteſtatem taxandi habetur pro taxato, niſi interueniat actus contrarius. 9.164.

Brachium ſeculare inuocari poteſt contra pertinaces in ſolutione decimarũ ſpiritualium. 8.57.

Brachium ſeculare non poteſt à Collecto*re decimarum Papalium inuocari ſine ſpeciali mandato.* 9. 254.

Brachium ſeculare regulariter inuocari poteſt à delegato etiam ſine ſpeciali mandato. 9. 255.

C

C*Anones, &* Concilia, *quæ indicant decimas diuino iure deberi, quomodo explicanda ſint.* 1. 32.

Canonicatus *ſubiacent decimæ Papali.* 9.22. & 69.

Canonicatus ſubiacent decimæ Papali tamquam beneficia. 9. 23.

Canonici tenentur reſidere. 9.70.

Capellæ ſubiacent decimæ Papali. 9. 20.

Capellæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica. 9.21.

Capi poſſunt perſonaliter non ſoluentes decimas Papales. 9.251. *Immo & Rectores Vniuerſitatum, & capita collegiorũ pro ſuis collegijs; n.* 252. *Niſi eſſent Doctores actu legẽtes; n.* 253.

Cardinales an generali conſtitutione comprehendantur. 9. 118.

Cardinales an teneantur ad generale ſubſidium. 9. 119.

Cardinales hodie ſemper eximuntur à ſolutione decimarum Papæ. 9. 123.

Cardinales in materia præcipuè pœnali, & reuocatoria priuilegiorum

non

non comprehenduntur in generali conſtitutione Papæ. 9. 112. *Neq; in regulis Cancellariæ*; num. 113.

Cardinales *non tenentur ſoluere decimam Papalem de ſuis beneficijs*. 9. 110.

Cardinales *ſunt pars corporis Papæ*. 9. 114. *& dicuntur filij primi gradus*; num. 115. *& à Papa vocantur filij, ſicut Epiſcopi fratres*; num. 116.

Cauſa *decimarum Papalium plenariè tractari debet, ſi quæſtio ſit inter clericum, & eum, cui Papa conceſſit decimam beneficiorum*. 9. 272. *Idem vbi quæſtio ſit inter duos clericos, puta titularem, & penſionarium*; num. 273.

Cauſa *decimarum Papalium ſummariè tractatur, vbi quæſtio eſt inter clericum, & Cameram*. 9. 274.

Cauſa *decimarum ſpiritualium in petitorio agitari debet coram iudice Eccleſiaſtico*. 8. 1.

Cauſa *decimarum ſpiritualium ſummaria eſt, ſi quæſtio ſit inter Eccleſiam, cui de iure communi debentur, & laicum, qui eas ſoluere debet*. 8. 41.

Cauſa *decimarum ſummaria eſt, vbi quæſtio ſit inter duas Eccleſias de iure decimandi*. 8. 43. *Idem ſi altera nitatur conſuetudine*; num. 44.

Cauſa *decimarum ſummaria eſt, quando agitur contra Aduocatos, & alios impedientes, ne decimæ ſoluantur*. 8. 51. *Contrarium alij*; num. 52.

Cauſa *decimarum ſummaria eſt, cùm Rector agit contra eum, qui ſe tuetur à ſolutione priuilegio in iure ſcripto*. 8. 53. *Aut etiam priuilegio ſpeciali, conſuetudine, vel præſcriptione*; num. 54.

Cauſa *decimarum ſummaria non eſt, vbi de decimis agatur, quæ ſolùm ex pacto, pollicitatione, aut voto debentur*. 8. 46.

Cauſa *decimarum ſummaria non eſt, vbi quæſtio ſit inter laicos de iure decimandi*. 8. 47. *Idem generaliter, quando decimæ debentur curæ ſpeciali*; n. 48. *Secus ſi agatur de ſucceſſione feudi antiqui decimarum*; num. 49.

Cauſa *decimarum, vbi quæſtio eſt meri facti, agitari poteſt coram iudice laico*. 8. 5. *Poteſt tamen etiam coram Eccleſiaſtico*; nu. 7.

Cauſa *decimarum, vbi quæſtio ſit de iure ipſo non poteſt in laicum compromitti, vt in arbitrum*. 8. 20.

Cauſa, *ob quam decima Papalis imponitur, debet eſſe iuſta* 9. 4. *In dubio autem iuſta præſument*; num. 5.

Cauſa *poſſeſſoria decimarum agitari poteſt coram iudice laico, vbi quæſtio eſt facti incidens*. 8. 13. *Poterit tamen etiam coram Eccleſiaſtico, immo debebit, vbi de poſſeſſorio principaliter agatur*; num. 14.

Cauſa *poſſeſſoria iuris decimandi, & quæuis alia ſpiritualis non poteſt tractari coram iudice laico, quando vel res inter clericos ſolùm agitur, vel reus eſt clericus*. 8. 18.

Cauſa *poſſeſſoria rei ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ dicitur abſolutè, & ſimpliciter ſpiritualis, & Eccleſiaſtica*. 8. 12.

Cauſa *potentior attenditur, cùm duæ concurrunt*. 6. 38.

Cauſa *ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, vbi quæſtio ſit meri facti, ſaltem incidenter cognoſci poteſt à iudice laico*. 8. 6.

Cauſa *ſpiritualis in petitorio agi debet coram iudice Eccleſiaſtico*, 8. 2. *Idem ſi poſſeſſorium mixtam habeat proprietatis rationem*; num. 3. *Idem, ſi*

Digitized by Google

curia mixta ſit ex Clericis, & laicis; num. 4.

Cauſa ſpiritualis regulariter ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. 8.11.

Cauſa ſummaria quid importet, & de modo in ea procedendi. 8.55.

Cauſæ, ob quas decimæ ſpirituales intro ductæ ſint. 1. 39.

Cenſuræ ferri non poſſunt, niſi ab habente aliquam iuriſdictionem. 9. 185.

Cenſus, & tributum ſolui non debet ante decimam; vel ſi ſoluatur computari debet in ſolutione decimæ. 6. 37.

Charitatiuum ſubſidium ſi ab Epiſcopo exigatur, & generale ſubſidium. à Papa, vtriq; præſtandum erit. 9. 15. *&, ſi vtriq; non poſſit, præſtabitur Papæ; num.* 16.

Chriſtiani, quæ teneantur ex diuino præcepto ſeruare. 1. 19.

Chriſtus quot modis veterem legem ad impleuerit. 1. 21.

Clauſula, cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel præeminentiæ exiſtant, comprehendit etiam S. R. E. Cardinales. 9. 122.

Clauſula, quorum tenores pro expreſſis habeantur, quam vim habeat. 9. 92.

Clauſulæ, ex certa ſcientia, effectus. 9. 134.

Clauſula motus proprij qui ſint effectus. 9. 133.

Clerici tenentur ad decimas reales de bonis patrimonialibus. 5. 3. *Idē quoad decimas prædiales; nu.* 4. *Quod tamen fortè non habet locum in ſacerdotibus, qui ſacra miniſtrant; nu.* 5.

Clericus, & Eccleſiæ poſſunt præſcribere exēptionē à tota decima. 5. 106.

Clericus, & Eccleſia poſſunt præſcriptione acquirere etiam totam decimam in aliena parochia. 5. 107. *etiamſi ipſi non habeant porochiam; num* 108.

Clericus non poteſt conuenir i coram iudice laico. 8. 19.

Clericus, qui per alium ſeruit Eccleſiæ ſuæ, quomodo ſoluet decimam Papalem. 9. 53.

Collector decimarum Papalium eſt iudex, habetq; iuriſdictionem. 9. 181. *eſt autem iudex delegatus, non ordinarius; num.* 186.

Collector decimarum Papalium debet eſſe perſona qualificata, iuxta tex. in c. ſtatutum §. 1. *de reſcrip. in* 6. *& Clem. etſi principalis, de reſcript.* 9. 201. *Idem in ſubcollectore, in quem translata ſit tota poteſtas; num.* 203. *ſecus, ſi vtriq; demandetur nudum miniſterium; num.* 204.

Collector decimarum Papalium poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere non ſoluentes decimas. 9. 237.

Collector decimarum Papalium quomodo liberare poſſit, & quietare ſoluentes, aut etiam non ſoluentes decimas 9. 263.

Collector decimarum tenetur ſoluenti decimas, ſi illud petat. inſtrumentum liberationis facere. 9. 264.

Collector Papæ debet tranſcendiſſe. 18. *ætatis annum.* 9. 200. *Idem in delegato; num.* 201.

Collector Papæ deputatur cum facultate exercendi cenſuras. 9. 184.

Collector Papæ dici poteſt negotiorum geſtor, & quando. 9. 193.

Collector Papæ poteſt ſine ſpeciali commiſſione deputare ſubcollectorem. 9. 205. *Immo & plures, niſi facultas limitata fuerit ad vnū; nu.* 206. *Quin etiam,*

Digitized by Google

etiam eo caſu poterit plures ſucceſſiuè ſubſtituere; num. 207. ſed tunc vno ſubſtituto alter reuocaretur; num. 208.

Collector Papæ non poteſt deputare Subcollectorem, vbi in commiſſione eſſent verba, per quæ colligatur, electam fuiſſe induſtriam perſonæ. 9. 211. & ſeq.

Collector res notoriè ſacras capiens poteſt ab Ordinario puniri. 9. 262. & an poſſit ei tunc violenter reſiſti; num. 260.

Collectores, aliiq; officiales deputati ad exigendas decimas Papales in aliquo loco non tenentur ad decimã beneficiorum, quæ ibi habent; ſicut in charitatiuo ſubſidio. 9. 124.

Collectores vocantur Nuntij Sedis Apoſtolicæ, ſed impropriè. 9. 188.

Collectoria, & Subcollectoria officium confertur in inuitum. 9. 192.

Collectoris facultas, & officium quando cenſeatur tranſire in ſucceſſorem in dignitate. 9. 217.

Collectoris facultas, & poteſtas probanda eſt per litteras, & non per teſtes. 9. 218. licèt ſit perſona illuſtris, & honeſta; num. 220. Idem in delegato; num. 221.

Collectoris facultas non probatur per tranſumpta litterarum, ſed ſolùm per originalia. 9. 222.

Collectoris facultas probari poteſt per teſtes, quando Collector eſſet deputatus in vrbe, vbi moratur Papa. 9. 226. Idem fortè in nudo exactore; num. 232.

Collectoris, ſeu Subcollectoris facultas probari non poteſt per communem hominum exiſtimationem. 9. 235. & ſeq.

Collectoris, ſeu Subcollectoris poteſtas extenditur ad alias quoq; pœnas, quàm cenſuras. 9. 248. Subcollector tamen minorem pœnam poteſt infligere; num. 49.

Colonus, cui in contractu aliqua gratia ſcienter non eſt facta, non tenetur ad decimam Papalem, ſed eam ſoluet proprietarius. 9. 86.

Colonus, & dominus ſoluere debent decimam ſpiritualem. 6. 39.

Colonus, & dominus vnam decimam ſoluunt de fructibus. 5. 2.

Compenſatio opponi poteſt in exactione decimæ Papalis. 9. 172. & ſeq. Quid in ſpirituali. 8. 61.

Compenſatio quando opponatur fiſco. 9. 173.

Componere non poteſt Collector decimarum Papalium ſine ſpeciali mãdato cũ iis, qui ſoluere debent, de certa aliqua sũma. 9. 139. Niſi haberet generale mandatũ cũ libera; n. 140. Vel niſi ea cõpoſitio tenderet ad cõmodum Cameræ; num. 141. Idq; melius poſſet Camerarius; num. 142.

Cõpoſitio inter clericos, vt minus decima, vel de aliquibus non ſoluatur, valet. 5. 123. Immo ea valebit inter clericos, & laicos; nu. 124. multò magis, vbi approbata ſit a Papa; vel fiat circa modũ ſolutionis; nu. 125.

Cõpoſitio inter perſonas Eccleſiaſticas vt decimæ vni Eccleſiæ debitæ alteri ſoluantur, valet. 5. 119. Dũ tamẽ accedat cauſæ cognitio, decretum, & conſenſus Epiſcopi; nu. 120. aut etiam eius Vicarij; num. 121.

Compoſitio, quòd decimæ laicis ſoluantur, niſi ad tempus, & iuſta de cauſa, non valet. 5. 122.

Compoſitio, vt perpetua ſit, & obliget ſucceſſorem, debet fieri cum auctoritate Superioris. 5. 126.

Digitized by Google

Compromiſſum eſt quædam tranſactio.8.25.

Compromitti poteſt in laicũ de fructibus decimarũ.8.24.Idem de fructibus cuiuſuis rei ſpiritualis. n.25.

Compromitti non poteſt cauſa decimarum in laicum, vt in arbitratorem.8.26.

Concilium Conſtantienſe quid de decimis Papalibus decernat.9.11.

Concilium Lateranenſe de quo in cap. quamuis,& c.prohibemus de decim. quod nam fuerit.5.67.

Confeſſoria actione agitur inter duas Eccleſias de proprietate iuris decimandi. 8. 39. Quòd ſi agatur contra colentem prædium, locus erit condictioni ex lege;nu.40.

Confines præſcribi non poſſunt. 5.99.

Conſuetudo attendenda eſt,cui Eccleſiæ ſoluat colonus decimam,prædialine,an Parochiali.6.43.

Conſuetudo circa quantitatem decimæ plurimũ poteſt, & attendenda eſt tam in prædialibus,quàm perſonalibus decimis.5.87.

Conſuetudo decennalis circa modum, & tempus ſolutionis decimarum attendenda eſt.6.16.

Conſuetudo differt a præſcriptione, & in quibus.5.85.

Conſuetudo eſt quædam lex communis.8.45.

Conſuetudo,etiam quæ contra ius eſt, non requirit ſcientiam, aut approbationem Principis.5.88.

Conſuetudo induci poteſt, vt fructus decimales priùs in propria horrea condantur, quàm clerici certiores fiant.6.3.

Cõſuetudo obtinere poteſt, ne decimas quis teneatur inferre in horrea clericorum.6.6.

Conſuetudo per vnicum actum non inducitur.9.158.

Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum.5.102.

Conſuetudo præter ius,quæ tangit iura Eccleſiarum requirit ſpatium quadraginta annorum.9.155.

Conſuetudo quantumcunq;longa nullas decimas, neq; quid aliud ſoluendi miniſtris Eccleſiæ indigentibus non excuſat a peccato, nec valet. 5. 90.

Conſuetudo quid ſit.5.86.

Conſuetudo quoad ſolutionem decimarum obſeruanda regulariter requiritur,& ſufficit,vt ſit 40.annorum 5.103.Neq;exigitur titulus; num. 104.

Conſuetudo,quòd decimæ etiam prædiales non ſoluantur ſtatim ſed certo tempore,valet.6.15.

Conſuetudo,quòd decimæ in agro relinquantur monito ſacerdote,antequam fiat ſeparatio,valet.6.7.

Conſuetudo,quòd decimę etiam mixtæ de minutis non ſoluantur,valet. 5.93.Idem in decimis ex certis rebus;num.94.

Conſuetudo,quòd decimæ vni Eccleſię debitæ alteri ſoluantur, induci poteſt.5.97.ſecus in prædijs, quæ proxima ſunt limitibus;num.98.

Conſuetudo,quòd de prædijs Eccleſiaſticis decima non ſoluatur,valet.5. 95.Idem fortè in prædijs patrimonialibus clericorum.num.96.

Conſuetudo ſoluendi decimas maximè attendi debet, vbi dubium eſt, ad quam Eccleſiam ſpectent.5.100. ſufficientq; decem anni vt inducatur;num.101.

Conſuetum an in pluribus dumtaxat vicibus verificetur.9.159.

Cre-

Digitized by Google

Creditor non tenetur interpellare debitorem, niſi ex vrbanitate. 6. 23.

D

DEbitor debet portare debitum ad domum creditoris. 6. 22.
Debitor decimarum non poteſt prætextu crediti decimas denegare. 8. 61. Nec propter ſterilitatem. n. 62
Debitori an debeat denuntiari, vt ſoluat. 6. 23. & 9. 13.
Decima decimarum, ſeu alimenta, quo iure Papæ debeantur. 1. 27.
Decima eſt quota pars, hoc eſt, vnum ex decem. 2. 4. & ſi quando ſoluitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima nu. 5. & cur hæc potiùs quota, quam alia electa ſit à Deo. nu 6.
Decima Papalis eſt onus reale Eccleſiarum, non prædiorum, impoſitum perſonis Eccleſiaſticis pro ipſis Eccleſiis. 9. 68.
Decima Papalis eſt onus, ſeu munus extraordinarium 9. 126. & patrimoniale; num. 146.
Decima Papalis impoſita in vna diœceſi ſoluetur de fundis beneficij illius diœceſis poſitis in alijs diœceſibus. 9. 67. & ſeq.
Decima Papalis originem habet à lege veteri, habetq; ſimilitudinem cum eius legis præcepto. 9. 1.
Decima Papalis ſoluitur de beneficijs. 9. 17. & ſeqq.
Decima Papalis ſoluitur de omnibus beneficijs, atq; Eccleſiaſticis reditibus. 9. 19.
Decima Papalis ſoluitur quoq; de ijs, quæ conſiſtunt in iuriſdictione, mero imperio, regalibus, & ſimilibus, deductis ſalarijs moderatis iudicum, & officialium, ac ſimilium perſonarum, ſine quibus iuriſdictio. & alia prædicta nequeunt expediri. 9. 61. Secus in expenſis, quæ fiunt in veſtibus ac victualibus officialium, aut circa familiam Prælatorum; num. 62.
Decima Pontifici an præſtetur de his, quæ conſumuntur vſu, vel eſu animalium, & quomodo. 9. 65.
Decima quædam eſt, quæ offertur Deo per ieiuniū, & pœnitentiam. 5. 22
Decima ſequitur fructuum detentorem. 6. 20.
Decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem prædij ſiue iuſtum, ſiue etiam iniuſtum. 4. 40.
Decima ſolui non debet de captis in bello iniuſto, cum ea obnoxia ſint reſtitutioni. 4. 46.
Decima ſolui non debet de legato, vel hæreditate 4. 37. Neq; de quibuſuis immobilibus acquiſitis, ſeu eorum acquiſitione. num. 38.
Decima ſoluitur etiam ab habente priuilegium de agro nuper ad culturam redacto, ex quo aliquid non modicum antea perciperetur. 4. 51.
Decima ſoluitur de apibus, earūq; fructu, cera, & melle. 4. 18.
Decima ſoluitur de domib. ſeu earum penſione 4. 22. & quid ſi conſtruatur domus in agro; num. 23.
Decima ſoluitur de fœno, quod in faſciculos redigitur. 4. 6. & 11.
Decima ſoluitur de lacte, lana, fœtu, & alijs, ſi qui ſunt, fructibus animalium. 9. 15.
Decima ſoluitur de lapicidinis, & quomodo 4. 33. Idem in auri, argenti, aliorumq; metallorum fodinis. num. 34.
Decima ſoluitur de omni artificio. 4.

Digitized by Google

24. atque adeo de negotiatione; num. 25.

Decima ſoluitur de omni lucro. 4. 36. atq; adeo de aduentitio, & profe-ctitio. 4. 30.

Decima ſoluitur de omnibus terrę fructibus, & alijs prouentibus. 4. 1.

Decima ſoluitur de quouis grano. 4. 2. Idem in palea; num. 3. Idem in fabis, & alijs leguminibus; num. 4. Idem in nucibus, caſtaneis, & alijs fructibus arborum; num. 5.

Decima ſoluitur de venatione. 4. 19. Item de piſcatione: & piſcarijs; nu. 20. Idem in aucupio; num. 21.

Decima ſoluitur de vino. 4. 9. Idem de oleo, & melle; num. 10.

Decima ſoluitur ex furnis, ſeu de commodo illorum. 4. 32.

Decima ſoluitur ex lino, & canape. 4. 7. Idem in croco; num. 8.

Decima ſoluitur ex terra ſata furtiuo ſemine. 4. 41.

Decima ſoluitur nihil ſoluto ijs, qui decimas ſoluere debent, quauis conſuetudine non attenta. 6. 47.

Decima ſoluitur omnibus ex bonis. 2. 2. licitè tamen quæſitis, num. 3.

Decima tamquam onus reale ſequitur tam prædij, quàm fructuum detentorem. 6. 46.

Decimæ beneficiorum concedi poſſunt laicis per Summum Pontificem. 9. 6.

Decimę debentur ſacerdotibus, quàmuis non petantur, & ſine vlla præuia monitione. 6. 21.

Decimæ in noua lege præcepta ſunt ad ſimilitudinem decimarum veteris legis. 5. 21.

Decimæ inſtitutæ fuerunt à Deo, & olim ſaltem ſub veteri lege præcepta. 1. 5. & non modò prædiales, ſed etiam perſonales; num. 6.

Decimę introductę quoq; ſunt ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum Dei, & Eccleſię. 1. 41.

Decimæ iure diuino, & naturali non debentur miniſtris non indigentibus. 7. 40.

Decimæ iure diuino nunc quoque debentur, & præceptæ ſunt ſecundùm communiorem ſententiam Canoniſtarum. 1. 9. & videtur in iure probari; num. 10. Contrarium Theologi omnes; num. 11. & aliqui Iuriſtæ; num. 12.

Decimæ originem habuerunt ante legem ſcriptam, quando ſolùm vigebat lex naturalis. 1. 1.

Decimæ perceptæ ſunt iure Pontificio. 1. 38.

Decimæ pro ſuſtentatione quoque pauperum dantur. 7. 39.

Decimæ propria auctoritate capi non debent, ſed peti extraiudicialiter, ſaltem ex vrbanitate. 6. 25.

Decimæ quomodo dicantur Deo debitæ. 1. 33.

Decimæ quomodo diuidi debeant in quatuor partes. 7. 8.

Decimæ quorumcunq; naſcentium in parochia Epiſcopi, vel Eccleſiæ Cathedralis, niſi ibi ſit alius Curatus, debentur Epiſcopo. 7. 7.

Decimæ ſoluendę ſunt cum integritate, ſeu ſine diminutione. 6. 48.

Decimę ſunt à Papa Eccleſiis aſſignatę. 5. 41.

Decimę venationum, & aucupiorum. Vide ver. venationum; & ſic de ceteris.

Decimam ex beneficijs ſoluere debent clerici ſūmo Pōtifici eā exigēti. 9. 2.

Decimarum communis eſt diuiſio, vt alię ſint prædiales, ſeu reales,

Digitized by Google

alia perſonales. 3.5.

Decimas non poſſunt laici obtinere in emphyteuſim ſaltem poſt Concil. Lateranenſe. 2.68.

Decimas non ſoluens tempore legis naturæ non peccabat contra legem naturalem. 1.3. *Idem in eo, qui non ſoluit tempore legis Euangelicæ;* nu. 4.

Decimas Papales exigere non eſt magnum, & arduum negotiũ. 9.215.

Decimas ſoluere omnes regulariter tenentur. 5.1.

Definitio decimæ ſpiritualis. 2.1. *Quæ explicatur;* num. ſeqq.

Delegatus poteſt cenſuras exercere. 9.238.

Delegatus poteſt compelli ad recipiendam delegationem. 9.191.

Delegatus Principis poteſt ſubdelegare. 9.209.

Delegatus vniuerſitati cauſarum poteſt dici ordinarius. 9.189. *ſecus ſi ea vniuerſitas ſit perſonarum, non cauſarum;* num. 190.

Denarius numerus eſt primus terminus numerorum, & perfectionem ſignificat. 2.7.

Denegare poſſunt laici decimas ſacerdotibus, cũ ſibi ab illis denegãtur ſacramenta. 7.35. *Id tamen facere nõ debent laici propria auctoritate, ſed in iudicio, excipiendo;* num. 36.

Denegari nõ poſsũt decimæ clericis ex eo, quia diuites ſint, neq; ijs ĩdigeãt. 7.38. *& ratio affertur;* num. ſeqq.

Deus O.M. reſeruauit ſibi decimas in ſignum vniuerſalis dominij. 1.20.

Deus reſeruauit ſibi decimam partem tamquam Leuitis ſufficientem, nec populo moleſtam. 2.8.

Diſpenſatio contra ius naturale, aut diuinum non admittitur. 5.52.

Diſtributio oneris decimæ Papalis quo modo facienda inter non exemptos. 9.144. *& ſeqq.*

Diuina percipiens in Monaſterijs, ijs non ſoluet decimas, ſed Eccleſiæ Parochiali, in qua eſt domicilium. 7.20.

Diuiſio decimæ conuẽtæ quomodo fiat inter clerum, remiſſiuè. 9.135.

Domicilia plura habens, ſoluit decimas perſonales, vbi eſt præcipuum domicilium. 7.21. *Quid, ſi domus ſit in confinio duarum Parochiarum;* num. 22. *Et quid ſi dubitetur, de qua Parochia ſit domus;* num. 23.

Domicilium mutans ſoluet ſecũdo Curato decimas perſonales. 7.24. *Quid, ſi non conſtet de animo mutandi domicilium;* num. 25.

Dominium decimarum non transfertur in Eccleſiam ante ſeparationem. 8.35. *Tunc autem agendum eſt actione perſonali, ſeu condictione ex canone;* nu. 36. *aut cõdictione ex lege conſuetudinaria, vbi decimæ debẽatur ex cõſuetudine;* nu. 37.

Dominium vſurarum, & rerum per vſuram acquiſitarum transfertur in vſurarium, quàmuis ſoluenti detur repetitio. 5.48.

E

Eccleſia Cathedralis ab Epiſcopali in quo diſtinguatur. 7.2.

Eccleſia Cathedralis nullum ius habet in Eccleſiis ſuæ ciuitatis. 7.15.

Eccleſia, cui de iure communi non debentur decimæ, poteſt eas remittere alteri Eccleſiæ. 5.134.

Eccleſia quotuplex ſit. 7.1.

Eccleſia ſita intra fines baptiſmalis quando percipiat decimas tam

Digitized by Google

reales, quam perſonales. 7. 28. & ſeq.

Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica habens donationem decimarum a laico, non poteſt eas præſcribere etiam tempore immemoriali. 5. 113.

Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ decimis priuari non debent. 5. 42.

Eccleſiæ Cathedrales Metropolitanæ, & Patriarchales ſubſunt decimæ Papali. 9. 24.

Eleemoſynæ, & oblationes an, & quando ſubſint decimæ Papali. 9. 51.

Epiſcopales decimæ, quæ ſint, remiſſiuè. 5. 132.

Epiſcopi, alijque Prælati non debent accedere ad ſuas Eccleſias, in ijſue recipi ſiue litteris ſuæ prouiſionis. 9 219.

Epiſcopi non ſoluentes decimas Papales quomodo, & quo ordine plectantur. 9. 239.

Epiſcopo debentur decimæ prædiorum, quæ in nullius Parochia ſita ſunt. 7 9. Idem vbi Parochiæ non ſint diſtinctæ; num. 10. Secus ſi locus ſit intra duas Parochias, ſed ignoretur, cuius ſit; num. 11.

Epiſcopo debentur decimæ ſtante conſuetudine. 7. 12. Item quæ donatæ fuerunt Eccleſiæ Cathedrali, vel alio modo ei debentur; num. 13.

Epiſcopus in ſua quarta decimarum eſt fundatus de iure communi. 7. 14.

Epiſcopus non poteſt alicui concedere per viam priuilegij immunitatem a ſolutione decimarum. 5. 40.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra Concil. gener. vel canones. 5 43.

Epiſcopus poteſt ex cauſa remittere decimas ſuæ menſæ debitas. 5. 44.

Epiſcopus poteſt imponere, & exigere a beneficiatis charitatiuum ſubſidium. 9. 10.

Epiſcopus poteſt interponere decretũ, & conſenſum in compoſitione ſuper ſolutione decimarum. 5. 45.

Epiſcopus poteſt nomine cuiuslibet vacantis Eccleſiæ agere ad decimas. 7. 16.

Epiſcopus ſimul cum clero poteſt aliquos ad ſui præiudicium eximere a ſolutione decimæ Papalis. 9. 136

Epiſcopus ſoluere decimas non tenetur, niſi Summo Pontifici ſaltem pro menſa Epiſcopali. 5. 23. De patrimonialibus tamen, & alijs beneficijs Eccleſiaſticis tenetur; num. 24. Item menſæ bona decimabuntur, ſi ea in alium transferantur; nu. 25.

Excommunicandus eſt non ſoluens decimas, cum teneatur. 8. 64. & 65.

Excommunicatio in eos, qui decimas ſpirituales non ſoluunt, ferri debet monitione præmiſſa. 8. 69. Idem in quauis ſententia excommunicationis; num. 70. & debet eſſe canonica monitio, & competens, hoc eſt, trina cum aliquo dierum interuallo; nu. 71.

Excommunicatio lata a Collectore cõtra penſionarium exemptum ob nõ ſolutam decimam Papalem eſt ipſo iure nulla. 9. 102. Idem in Religioſis exemptis ab huiuſmodi ſolutione. num. 103.

Excommunicatio lata a Prælato exigente procurationem contra iuris formam, vel ſpeciale priuilegium Sedis Apoſtolicæ eſt nulla. 9. 140.

Excommunicatio lata per Collectorem decimarum Papalium contra non exhibentes vaſa ſacra eſt nulla. 9 261.

Excommunicatio ſolùm generalis ferenda

Digitized by Google

renda eſt in Epiſcopos, Abbates, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas bono rabiles nõ ſuſpectas, vbi dũtaxat de quantitate, & æſtimatione fructuum circa ſolutionem decimæ Papalis agitur. 9 240.

Excommunicationis contemptus eſt cauſa proxima interdicti generalis. 9. 245.

Excommunicatus, & intruſus an teneantur ad decimam Papalem. 9. 137.

Executiuè an procedatur in exactione decimæ Papalis. 9. 265.

Exempti à ſolutione decimarum de nouàlibus, tenebuntur ſoluere, ſi ad id pacto ſe adſtrinxerunt. 4. 59. Aut ſoluendo tacitè renuntiauerunt priuilegio. n. 60. Idẽ ſi Eccleſia olim ex ijs haberet emolumentum; aut inde poſtea enormiter læderetur. 61.

Exempti à ſolutione nouàlium ſoluunt decimas de nouàlibus conductis. 4. 63. Idem de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concil. generale. 64.

Exemptio aliquorum non liberat Vniuerſitatem ab onere ad ratam. 9. 131.

Exemptione aliquorum Vniuerſitatem nimis grauante quid faciendum. 9. 132.

Exemptus ſimpliciter cenſetur exemptus ſaltem ab oneribus extraordinarijs. 9. 128.

Expenſæ deducendæ in ſolutione decimarum Papalium, remiſſiuè. 9. 180.

Expenſæ deducendæ non ſunt in ſolutione decimarum prædialium. 6. 28. Idẽ in decimis mixtis n. 29. & de ratione; num. 31. & 34.

Expenſæ ex decimis perſonalibus cur deducantur, non item ex realibus. 9. 34.

Expenſæ factæ in re immobili deducuntur vbi de lucro venditionis ſoluenda ſit decima ſpiritualis. 6. 35. ſecus ſi res remaneat penes me, & de eius commodo ſoluenda ſit. n. 36.

Expenſæ Monachorum, qui ex pacto ab obtinentibus Prioratus, grangias, & ſimilia ex gratia tenentur, deduci non debent in ſolutione decimæ Papalis 9. 57. Secus in obtinentibus ad iuſtam firmam annuam. num. 58.

Expenſæ neceſſaria, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum, deducuntur in ſolutione Papalis decimæ. 9. 176.

Expenſæ, quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus aut ædificijs conſtruendis, vel conſeruandis non deducuntur ex decima Papali 9. 177. Item neque illæ, quæ pro villis tuendis fiũt in guerris, ſiu caualcatis. n. 178. Itẽ illæ, quæ fiunt pro foſſatis, reparationibus molendinorum, & ſimilibus. num. 179.

Extrauagans inſerta in corpore iuris vim legis habet; & ſententia contra eam lata eſt nulla. 9. 28.

Extrauagans vn. de decim. in com. quæ eſt Bonif. VIII. an ſolùm locum habuerit in decimis per eum impoſitis, & expirauerit eius morte. 9. 27.

Extrauagãs vn. de decim. nunc quoq; allegari poteſt pro deciſione. 9. 29.

F

FAuor fidei Chriſtianæ maximus eſt. 9. 120.

Fauorabilis diſpoſitio comprehendit etiam

Digitized by Google

etiam Cardinales.9.121.

Fructus decimales portari debent in horrea clericorum, vbi ſine magno labore,& ſumptu id fieri poſſit. 6. 1. Neq; aſportari poſſunt fruges, donec clerici certiores fiant de collectione; num. 2.

Fructus decimales portari debent in horrea publicè ad id deputata, ſi quæ ſint. 6. 5.

Fructus decimales portari non debent in horrea clericorum, ſi id ferat conſuetudo. 6. 6.

Fructus intelliguntur deductis expenſis. 6. 31.

Fructuum arborum decima ſpiritualis ſoluenda eſt. 4. 5.

Fructuum arborum, & hortorum decima Papæ exhibetur. 9. 64.

Fructuum decimalium; ſeparatio fieri non debet, antequam moneatur Sacerdos. 6. 7. Valet tamen conſuetudo, quòd in agro relinquantur, monito Sacerdote, antequam fiat ſeparatio; ibid.

Frugum decima ſolui poteſt vna cum palea; quamuis contrarium alij ſentiant. 6. 9.

Frugum omnium terræ ſoluenda eſt decima ſpiritualis. 4. 2. & ſeqq.

G

GEnera decimarum quot, & quæ ſint. 2. 1.

Generalis ſententia quomodo ferenda ſit in non ſoluentes decimam Papalem. 9. 247.

Generalis ſententia excommunicationis; vel interdicti. Vide verbo, excommunicatio, vel interdictum generale.

Grangiæ quid ſint. 9. 55.

Groſſi fructus, vide menſa groſſa.

H

HEremitæ, & alij obſeruantes regulam SS. Dominici, vel Franciſci, ſi viuant per ſe, tenentur ad decimas de agris, & vineis, quas colunt. 5. 34. Quòd ſi in vna domo viuant, non tenentur ad decimas de hortis ſuis in circuitu domus, aut animalibus ibi paſcentibus, ſeu eorum nutrimentis; num. 35.

Hortorum decima quomodo ſoluatur. 4. 11.

Hoſpitalarij, Ciſtercienſes, & Templarij non tenentur ſoluere decimas prædiorum ſuorum, quæ proprijs manibus ſeu ſumptibus excolunt. 5. 10. ſecus de prædijs conductis; num. 11. Item ſecus in prædijs acquiſitis poſt Conc. gen. nu. 12. Quid, ſi acquirantur pro Monaſterijs ædificandis; num. 13.

Hoſpitalia pauperum, & infirmorum an ſubſint decimæ Papali. 9. 31. & ſeq.

Hoſpitalia pauperum, & infirmorum nomine beneficiorum propriè non comprehenduntur. 9. 33.

Hoſpitalia regulariter in beneficium non conceduntur. 9. 34. ſecus in hoſpitalibus militarium ordinum, aut aliorum Religioſorum; num. 35.

I

IGnorantiam edicti allegans, & probare volens quando audiatur. 9. 266.

Illicitè acquiſitorum decima prædialis ſoluenda eſt. 4. 39.

Im-

Digitized by Google

Immemorabilis poſſeſſio quomodo probetur. 5. 76.
Immemorabilis præſcriptio an ea idem ſit cum centenaria. 5. 75.
Imperator, *aut alius laicus non poteſt laicis concedere immunitatem à ſolutione decimarum.* 5. 39.
Impoſitio decimæ Papalis an denuntiari debeat. 9. 12. & *ſeqq.*
Immunitas à ſolutione decimarum cur poſſit à Papa laicis concedi. 5. 53.
Incapaces alicuius iuris non poſſunt illud præſcribere etiam per tempus immemorabile. 5. 115.
Induſtria perſonæ electa cenſetur in magno, & arduo negotio. 9. 213.
Induſtria perſonæ per quæ verba electa cenſeatur. 9. 212.
Inhiberi poteſt per iudicem debitori decimarum, ne fruges exportet ab agro, antequam ſoluat. 6. 4.
Intellectus *cap. 2. de his, quæ fi. à Præl. ſin. conſ. Cap.* 5. 63.
Intellectus *cap. veniens, de tranſact.* 5. 127.
Intellectus *illius loci Matth. 5. non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* 1. 20. & *ſeq.*
Intellectus *loci Matth.* 23. & Luc. 11. *hæc oportuit facere, & Matth. 22. reddite, quæ ſunt* Dei Deo. 1. 35.
Intellectus *SS. Patrum, qui dixerunt, decimas diuina lege ſoluendas eſſe.* 1. 29.
Intellectus *cap. in aliquibus, §. vlt. de decim.* 1. 25.
Interdictum *generale ferri non poteſt à Collectore contra ciuitatem ob nõ ſolutam decimam* Papalem 9. 242. Idẽ *in quouis debito pecuniario; n.* 243. *ſecus ſi priùs lata ſententia excommunicationis ſingulares perſonas, ea contempta fuit; num.* 244.
Iudæi *de terris, quas colunt, decimas ſoluere tenentur.* 5. 36. Idem *in infideli, & hæretico; nu.* 37. *Idem etiam in decimis perſonalibus; num.* 38.
Iudex laicus an cognoſcat de iure decimandi competente ex feudo, priuilegio, vel præſcriptione. 8. 15.
Ius decimandi non poteſt laicis concedi in emphyteuſim, ſaltem poſt Concilium generale Lateranenſe. 5. 68.
Ius decimandi regulariter non poteſt ab Epiſcopo laicis concedi. 5. 59. *Poteſt tamen alijs Eccleſiis cum aliqua cauſa; num.* 60. *Immo & laicis ex iuſtiſſima cauſa poterunt ad vitam, aliudue tempus concedi fructus decimarum; num.* 61.
Ius decimandi, ſeu potiùs commoditas decimarum poteſt ab Epiſcopo laicis concedi in vim alienationis cum cauſa cognitione, & conſenſu eius, de cuius intereſſe agitur. 5. 62.
Ius decimandi tamquam ſpirituale laicis non competit; immo eius iuris incapaces ſunt. 5. 57.
Ius decimas percipiendi poteſt per Papam Principi, vel alteri laico ex cauſa concedi 5. 82.
Ius diuinum, & naturale regulariter indiſpenſabile eſt, & immutabile. 5. 47. & 52.

L

LAici compellentes Prælatos ipſis ſubmittere iura ſuę Eccleſię ſũt excommunicati. 8. 66.
Laici decimas ſuper beneficijs imponere non poſſunt. 9. 7. *Neque inferiorus* Prælati; *num.* 9.
Laici exigentes ab Eccleſiis, Eccleſiaſticiſq; perſonis, earumue bonis taleas

leas, collectas, aut decimam, ſeu aliã partem bonorum ſunt excommunicati. 9. 8.

Laici licitè poſſident decimas ſibi ante Concil. Lateranen. *non autem poſtea conceſſas. 5. 66.*

Laici poſſidentes decimas in feudũ ante Conc. Later. poſſunt eas de conſenſu Epiſcopi in Eccleſiã trãsferre. 5. 71. In alios verò laicos feudi titulo trãsmittere nõ poterũt; nu. 72. Idq; procedit ẽt in ijs decimis, quæ feudo extincto redeũt ad Eccleſiã; nu. 73.

Laici poſſunt decimas titulo cõductionis percipere, & quaſi poſſidere. 5. 64. Quibus etiam locari poſſunt ad vitam accedente maximè ſuperioris auctoritate; num. 65.

Laici ſpoliati iure percipiendi decimas, & agentes interdicto recuperandæ, an ſint ante omnia reſtituendi. 5. 82.

Laicus conductor decimarum poteſt conueniri corã iudice laico, & debet, niſi adſit cõtraria fori præſcriptio. 8. 16. *Contrarium verius. nu. ſeq.*

Laicus debet conueniri à clerico coram iudice laico, niſi adſit contraria conſuetudo, maximè ſi non conſtet rem eſſe Eccleſiaſticam. 8. 17.

Laicus non eſt capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, neq; poteſt exercere cenſuras. 9. 195. Neq; eſſe Vicarius Epiſcopi; num. 196. & an poſſit ex licentia Papæ; num. 197.

Laicus non poteſt eſſe Collector Papæ cum facultate cenſurandi. 9. 194.

Laicus num poſſit deputari Collector cum facultate exercendi cenſuras ex certa ſcientia Papæ. 9. 198.

Laicus poteſt deputari nudus exactor decimarum Papalium. 9. 199.

Laicus tempore etiam immemorabili non poteſt præſcribere decimas. 5. 114.

Laicus tutus erit præſcriptione immemorabili decimarum, ſeu iuris decimandi accedente fama priuilegij. 5. 118.

Legatorum iuriſdictio in omnibus concurrit cum Ordinarijs. 9. 187.

Leproſi ad decimas tenentur ſi colunt agros, aut vineas; vel ſi viuunt per ſe in domibus ſuis 5. 33.

Leproſi, Heremitæ, & alij huiuſmodi, ſi ſimul in vna domo viuant non tenentur ad decimas de hortis ſuis in circuitu domus, neque de animalibus ſuis ibidẽ paſcentibus ſeu eorum nutrimentis. 5. 35.

Lex Barbarius, ff. de off. prætor. quando locum habeat. 9. 236.

Lignorum decima ſoluitur Eccleſiæ, in cuius finibus creuerunt. 4. 13.

Locus, & tempus in decimis non eſt de ſubſtantia. 5. 81.

M

Magis dignum trahit ad ſe minùs dignum. 9. 258.

Manutenendus quiſq; eſt in ſua poſſeſſione. 9. 162.

Matrix Eccleſia, quæ ſit; & cur ita dicatur. 7. 3.

Mediocre dari debet in ſolutione decimarum ſpiritualium. 6. 26.

Memoriam extare in contrarium probatur per teſtes, vel inſtrumenta. 5. 78.

Menſa groſſa Canonicorum ſubiacet decimæ Papali, vbi ea ſuccedat loco præbendæ, licet decima abſolutè imponatur ſuper beneficijs. 9. 74.

Menſa groſſa, quæ in diſtributiones quotidianas deſtinata eſt, tunc ſaltem

Digitized by Google

tem ſubiacet decimæ Papali, cùm ea impoſita eſt ſuper quibuſcunque prouentibus Eccleſiaſticis. 9. 76.

Menſa groſſa vt plurimum diſtinguitur a præbenda, & quotidianis diſtributionibus. 9. 71. Aliquando tamen ſuccedit loco præbendarum; nu. 72. aliquando de ipſa menſa groſſa ſoluuntur diſtributiones; num. 73.

Mercenarius de mercede ſua ſoluit decimam. 4. 31.

Meretrix, & hiſtrio ſoluere tenentur decimam perſonolem. 4. 43. Eccleſia tamen ab illis eam non recipit, niſi pœnitentiam egerint, ne eorum delictis conſentire videatur; num. 44. & 49.

Meretrix, quàmuis turpiter accipiat non tenetur tamen reſtituere, quæ ex meretricio acquiſiuit. 4. 49.

Milites ſoluere debent decimam de captis in iuſto bello. 4. 26. Immo etiam de ſtipendijs; num. 27.

Miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatio eſt de iure diuino, & naturali. 5. 91.

Mixtæ decimę cui Eccleſię debeantur. 7. 26.

Mixtarum decimarum tertia quædam ſpecies datur diſtincta à reali, & perſonali. 3. 9.

Molendinorum, & furnorum ſeu potius redituum, qui ex illis percipiuntur, decima Papalis præſtatur. 9. 63.

Molendinorum quorumcunq; decima ſpiritualis ſoluitur, & quomodo. 4. 35.

Moniales, aliiq; Regulares an ſoluant decimam Papalem. 9. 37.

Monitio debet præcedere ſententiam excommunicationis. 8. 70. & debet eſſe canonica, & cōpetēs, hoc eſt, trina cum dierum interuallo; nu. 71.

Monitio quomodo facienda ſit clero, vel collegio, vt ſoluat decimam Papalem. 9. 246.

Monitoria excommunicationis cōtra non ſoluentes decimas ſpirituales, non debent neceſſariò continere clauſulam illam, niſi cauſam rationabilem volueris allegare. 8. 72. Debet tamen iudex ſe priùs informare ſaltem ſummariè, an ille, quem monet, ſubditus ſit, vel ſuas litteras conditionales formabit nu. 73.

Moralia præcepta obligant etiam tempore nouæ legis. 1. 8.

Motus proprius quos pariat effectus. 9. 133.

Munera Prælatis liberaliter donata, an ſubſint decimæ Papali. 9. 45.

Munus ordinarium quod ſit. 9. 127.

N

Negotium arduum, & magnū, quodnam ſit, indicantis arbitrio relinquitur. 9. 214.

Nomen prouentus generale eſt, & cōprehendit omnem reditum vndecunq; nobis obuenientem. 9. 78.

Nomen reditus, & obuentionis ſatis generale eſt. 9. 80.

Nouale quid ſit, & quomodo definiatur. 4. 50.

Nouales decimæ eodem tempore præſcribuntur, quo veteres. 4. 86.

Noualium decima debētur, cùm quis de iis non habet priuilegium. 4. 52.

Noualium decimæ debentur parochiæ, in cuius finibus ſurgūt. 4. 53. Quid ſi noualia appareant intra duas parochias & neſcitur in cuius finib'; nu. 54. & quid ſi limites quo-

Digitized by Google

quo modo apparent; num.55.

O

OBlationes, & eleemoſyna an, & & quando ſubiaceant decima Papali.9.51.

Oblationes, & primitia in quo differant a decimis.2.9.

Oblationes, quæ fiunt ad Sacrificium, ſubrogata ſunt loco quarundam decimarum veteris legis.3.3.

Obſeruantia vltima an ſemper attendatur.9.161.

Obtinentes Prioratus, grangias, domos, reditus, penſiones, vel cenſus ab Eccleſiis, an, & quomodo decimam Papa exhibeant.9.56.

Obuentionis, & reditus nomen ſatis generale eſt.9.80.

Officiales, & Collectores non tenentur ad decimam Papalem.9.124.

Officiales, & Collectores ſunt immunes ab extraordinariis oneribus. 9.129.

Originalia regulariter exhibenda ſunt, non autem exempla.9.223.

P

PActum inter dominum, & conductorem, quis eorum decimam ſoluat, ſeruandum eſt.6.44.

Papa diſpenſare regulariter non poteſt contra ius diuinum.1.26.

Papa eſt ſupremus iudex, & Ordinarius.9.14.

Papa non tenetur decimas ſoluere, ſed ipſe aliis imponit.5.20.

Papa reſpondendo, & definiendo ſuper caſu particulari, canonem, & legem condit. 9.29.

Parochialis Eccleſia, cui decima perſonales ratione Sacramentorum ſoluuntur, quæ ſit.7.18.

Parochialis, & prædialis Eccleſia, quænam ſit.7.5.

Parochus non poteſt propria auctoritate denegare ſacramenta ſubditis, qui, cum debeant, non ſoluunt decimas, niſi id notorium ſit.7.37.

Paſcuorum, hoc eſt, paſtura iumentorum, decima ſpiritualis ſoluitur, ſi locentur, aut vendantur; eſtq; prædialis decima.4.14. quid in decima Papali dicendum.9.47. & ſeq.

Pauperes tenentur decimas ſoluere 5.28. & ſeqq.

Pauperes tenentur ſoluere decimas pro ſuis eleemoſynis.5.30. Poterunt tamen vnum pro alio ſoluere; num. 31. Itē non tenentur ſoluere, ſi ſint in extrema neceſſitate; aut cogantur omnia vendere, & mendicare, ſi integram decimam ſolnere velint quam longo tempore non ſoluerint; num.32.

Paupertatis prætextu aliena tenere, vel aliis peccare non licet.5.29.

Penſio aſſignata ob remunerationem laborum, & obſequii etiam præſtandi non ſubiacet decimæ Papali. 9. 100.

Penſionarius Cardinalis an teneatur ſoluere decimam Papalem.9.101. & 110.

Penſionarius exemptus ab onere ſoluendi decimam non poteſt cogi ad ſoluendum a Collectore habente facultatem eam exigendi a quibuscunq; perſonis, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis.9.94.

Penſionarius non poterit moleſtari a Collectore, qui exegit integram decimam a Rectore beneficii. 9.94.

Penſionarius regulariter tenetur pro
rata

Digitized by Google

rata penſionis decimam Papalem exhibere ex communi contra aliquos. 9.87. Idem in ſubſidio charitatiuo; num. 88.

Penſionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, cùm penſio conſtituta eſt libera ab omni onere etiam decimæ. 9.89. ſecus, ſi priuilegiũ ſit ſolùm generale; nu. 90. aut ſi ei exemptioni per Papam derogetur cum clauſula, quorum tenores, &c. num. 91.

Penſionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, vbi penſio non excedat ſummam ſeptem ducatorũ. 9.97. Niſi plures penſiones, quis obtineret, quæ ſimul iunctæ eam ſummã excederent; n. 98. Id verò procedit, licèt talis penſio fuerit aſſignata in beneficium; num. 99.

Perceptio, & poſſeſſio decimarum probari poteſt per teſtes ſingulares. 5. 79.

Perſonales decimæ etiam nunc debentur. 3.10. Idem & multò magis de realibus, & mixtis; num. 11. & 5. 91.

Perſonales decimæ quæ ſint. 3.7.

Perſonales decimæ regulariter debentur deductis priùs expenſis. 6. 32. non modò vtilibus, & neceſſarÿs, ſed etiam voluntarÿs; num. 33.

Perſonales decimæ regulariter debentur ſolùm in fine anni. 6.11. Tutius tamẽ eſt ſtatim eas ſoluere; n. 12. Recuſari autem non poſſunt, ſi intra annum ſoluantur; num. 13.

Perſonalis decima de illicitè acquiſitis ſoluitur, vbi dominium transfertur, nec competit ſoluenti reſtitutio. 4.42. ſecus, ſi vel dominium non transferatur, vel, ſi transfertur, datur repetitio; num. 45.

Petitorio agens ad decimas præteritas, & ſeparatas, poterit agere rei vindicatione. 8. 33. ſecus, vbi decima non eſt ſegregata; num. 34.

Pignorari non poſſunt decimæ à laicis ipſis quoq; Eccleſiis, niſi ad illas ea decima pertinerent. 5.70.

Piſces ſtagnorum, & belluæ garenarum, an & quando decimentur à Summo Pontifice. 9.49.

Pitantia Monachorum non ſubiacent decimæ Papalis. 9.41.

Pitantia quid ſint. 9.42.

Plura beneficia obtinens in pluribus ciuitatibus, & diœceſibus, de omnibus ſoluet decimam Papalem. 9. 25.

Pœna, & incommoda, quibus afficiuntur non ſoluentes decimas ſpirituales, remiſſiuè 8.63.

Portio exemptorum à ſolutione decimæ Papalis an; & quomodo accreſcat reliquo clero ad eius præiudicium, vbi Camera cum illo conuenit de certa ſumma. 9.130. & ſeqq.

Portio, quæ datur domino non ratione locationis, ſed cenſus, aduocationis, vel ſimilium, decimatur ad præiudicium domini. 6.41. Idem de ea, quæ à colono alicui gratis datur; ad præiudicium enim accipientis decimatur; num. 42.

Poſſeſſio an in noualibus admittatur. 4.88.

Poſſeſſio probari poteſt per teſtes ſingulares. 5.80.

Poſſidens noualia per tẽpus immemoriale illa præſcribit. 4. 85. Immo, ſi per 40. annos cum titulo colorato; num. ſeqq.

Poſſidens, ſeu poſſidere volens ius decimandi, cauſam agere poteſt coram iudice laico. 8.8. Idem in poſſeſſorio cuiuslibet cauſæ ſpiritualis, iuxta com-

communiorem. 8.9. Contrarium in vtroq; verius; num. 10.

Præcepta iudicialia, & ceremonialia veteris legis non obligant nunc. 1.13.

Pręcepta iudicialia veteris legis an nunc ſeruari poſſint. 1.15. Et quæ illa ſint; num. 16.

Præcepta moralia legis Euangelicæ omnia ſunt iuris naturalis pręter præcepta de fide, & Sacramentis. 1.22. Idem in præceptis Decalogi; num. 23.

Præcepta moralia vetera obligant etiam tempore nouæ legis. 1.8.

Præceptum decimarum an ſit morale. 1.7. & 14.

Præceptum decimarum inter Eccleſiæ præcepta computatur. 1.37.

Præceptũ decimarũ nũ in primo Decalogi præcepto contineatur. 1.18.

Præceptum decimarum ſpiritualiũ non poteſt tolli a Chriſtiana Rep. & ibidem de ratione 5.54.

Præceptum decimarũ ſpiritualium quoad ſubſtãtiã, hoc eſt, quoad congruam ſuſtentationem miniſtrorum eſt de iure diuino, quoad modũ verò eſt de iure humano. 1.36.

Præceptum diuinum conſuetudine tolli aut minui non poteſt. 1.24.

Pręidiales, ſeu reales decimę quæ ſint. 2.6.

Prædium ad culturam nouam redactum ſiue nihil antea perciperetur ſiue aliud, quomodo ſit decimandum. 4.23, & 51.

Prælati, & clerici exules de ſuis prouentibus Eccleſiaſticis decimas Papalis perſoluere debent. 9.26.

Prælati inferiores decimas ſuper beneficiis imponere non poſſunt. 9.9.

Prælati tenentur ad decimas prædiales, & perſonales. 5.9.

Præſcribens decimas in vna parte fundi, percipit quoq; noualia in alia parte eiuſdem fundi. 4.84

Præſcribens decimas in vno loco, ſi fiant ibi noualia, non habebit decimas noualium. 4.79. Idem in præſcribente decimas ex conſuetudine; num. 83.

Præſcribens decimas in vno territorio, habebit quoq; noualia impropriè ſumpta. 4.89.

Præſcribere poſſunt laici exemptionem a ſolutione decimarum etiam in totum, vbi tamẽ aliàs poſſit Parochus commode ſuſtentari. 5.105.

Præſcriptio decimæ vnius rei non extenditur ad aliam rem, etiam eiuſdẽ fundi. 5.109. Neq. de decimis antiquis ad noualia; num. 110. Neq; de perſona ad perſonam; num. 111.

Præſcriptio centenaria cur non requiratur in taxa decimæ Papalis, cum alioqui ea neceſſaria ſit contra Romanam Eccleſiam. 9.156.

Præſcriptio, conſuetudo, & compoſitio in ſoluendis decimis ſpiritualibus ſeruanda eſt. 7.6.

Pręſcriptio immemorabilis vim habet priuilegij. 5.116. Secus tamen vbi adeſt incapacitas in poſſidente; nu. 117.

Pręſcriptio immunitatis, & iuris decimandi quoad capaces requirit ſpatium 40. annorum cum titulo, vel tempus immemoriale etiam ſine titulo. 5.112.

Præſcriptio legitima in rebus Eccleſiaſticis eſt quadragenaria. 9.154.

Pręſcriptio non eſt ſine poſſeſſione. 4.80.

Præſcriptio odioſa eſt, & reſtringenda. 4.81.

Pręſumptio vnica pluribus, & vehemen-

mentioribus eliditur prǽſumptionibus.1.31.

Prǽteritǽ decimǽ,& non petita debentur clericis,eaſque exigere poſſunt. 6.17.

Primitiæ, & oblationes in quo differant a decimis.2.9.& quid ſint;nu. 10.

Princeps non poteſt aliquid ſtatuere contra ius naturale in damnum præſertim alterius.5.51.

Princeps ſecularis, aut Papa non poſſunt tollere ius diuinum. 5.48.poſſunt tamen interpretari; num.49. non verò limitare maximè in ſpiritualibus,num.50.

Princeps ſecularis, cui Papa conceſſit decimas beneficiorum ſui dominij,licitè poteſt componere cum beneficiatis ſuper ſolutione decimæ.9.143.

Priuare beneficio non poteſt Collector non ſoluentem decimam.9.250.

Priuatio præſupponit habitum.9.18.

Priuilegia decimarum maximè noualium,vbi incipiunt nimis grauare Rectores,quomodo moderanda ſint per locorum Ordinarios.4.74

Priuilegiari poteſt laicus per Papam ne decimam ſoluat.5.46.

Priuilegiatus ne ſoluat decimam Papalem, ſi ſoluat ſponte, aut ſine vlla proteſtatione an ſibi praiudices.9.108.

Priuilegiatus,vt non ſoluat decimam Papalem,ſi a Collectore cogatur ſoluere, & ſoluat cum proteſtatione, quòd non intendit praiudicare ſuo priuilegio,talis proteſtatio eum iuuat. 9. 105. Idem in priuilegiato, ne ſoluat charitatiuum ſubſidium; n.106. Idē vbi nulla proteſtatio acceſſit,ſed per vim extorta fuit ſolutio;num.107.

Priuilegio renuntiare an quis cenſeatur per vnicum actum contrarium priuilegio.9.109.

Priuilegium conceſſum clericis percipiendi decimas alienǽ Parochiǽ cōprehendit etiam noualia. 4.65. Secus ſi conceßum fuit laicis, licèt decima in feudum fuerint datǽ; nu. 66.

Priuilegium conceſſum de non ſoluendis decimis non extenditur ad eas, in quarum poſſeſſione eſt is,cui de iure competunt decimæ 5.55. ſecus, ſi poſſeſſio ſit apud eos,quibus de iure ſpeciali competunt;num.56.

Priuilegium exemptionis noualium quomodo perpetuum dicatur.4.62.

Priuilegium non ſoluendi decimas ad noualia non extenditur.4.67.Secus vbi priuilegium ſolùm conceßum fuit de non ſoluendis decimis de laboribus proprijs;num.68.

Priuilegium non ſoluendi decimas noualium intelligitur de ijs noualibus in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis quaſi poſſeſſionē iuris percipiendi decimas,ſeu quǽ eo tempore iam proſciſſa fuerant. 4. 69.

Priuilegium percipiendi decimas noualium aliquibus conceſſum pro ea parte,qua veteres poſſidebant, non extenditur ad aliam, quàm illam partem 4.70 probarent autem ſe poſſediſſe aliquam partem tempore priuilegij,ſi eam per tempus immemorabile ſe poſſediße,& nunc oſtenderent poſſidere;num.71.

Priuilegium percipiendi decimas noualium pro parte,qua veteres poſſidebant, non extenditur vltra dimidiam. 4. 72. Secus tamen eſt in Monachis Ciſtercienſibus, &

Car-

Carthuſienſibus; num.73.
Priuilegium percipiendi decimas obtinens, tenetur congruam portionẽ ex ijs aſſignare Eccleſia Parochiali. 5.84.
Procedi poteſt ex officio contra non ſoluentes decimas ſpirituales. 8.76.
Procurationum decima, an, & quando Papæ ſit exhibenda. 9.59.
Procurationum materia, remiſſiuè. 9.60.
Procurator fiſci vtitur iuriſdictione, & officio iudicis. 9.182.
Procurator ſiue generalis ad negotia, ſiue ſpecialis ad aliquem actum, ſeu effectum poteſt alium ſubſtituere. 9.210.
Prouentus. vide verb. Reditus, & Fructus.

Q

QVartæ Epiſcopalis, vel potiùs decima Papalis ſubrogata eſt loco decimæ, quam olim ſoluebant Leuitæ Sacerdotibus. 3.2.
Quota decima cur diminui poſſit per conſuetudinem. 5.89.
Quotidianæ diſtributiones nomine beneficij non veniunt. 9.82. Neque nomine fructuum illius; aut in eius valore computantur; num. 83.
Quotidianæ diſtributiones res quadã diſtincta ſunt vt plurimum a menſa groſſa. 9.71. Aliquando tamen de ipſa menſa groſſa ſoluuntur diſtributiones; num. 73.
Quotidianæ diſtributiones ſubiacent decimæ Papali, vbi ea impoſita eſt ſuper omnibus beneficijs, & quibuſcunq; prouentibus Eccleſiaſticis. 9.77 idẽ, vbi imponeretur ſuper reditibus, & obuẽtionibus Eccleſiaſticis. nu. 79. ſecus vbi dumtaxat imponeretur ſuper beneficijs, vel eorum fructibus; nu. 81.
Quotidianarum diſtributionum nomine quid veniat. 9.85.

R

REales decimæ prædiali Eccleſiæ, perſonales Parochiali debentur. 7.17.
Rector agens ad decimas poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ, vel retinendæ, quomodo concludet. 8.27. & tribus ſeqq.
Rector beneficij, qui integram decimã Papalem ſoluit, poteſt vti retentione erga penſionarium. 9.96.
Rector Parochialis, qui neceſſe habet conducere plures Capellanos, an de eorum ſalario, & victu ſoluat decimam Papalem. 9.52.
Rector poterit agere interdicto, vti poſſidetis, quàmuis etiam ſemel non perceperit omnes decimas, ſed aliquas tantum. 8.31. Item non modò contra recuſantes ſoluere, ſed etiam contra alios Curatos, ac Religioſos, & ceteros quoſcunque eum turbantes in tali poſſeſſione; num. 32.
Rectore agente contra ſubditos ad decimas, incipi poteſt a præcepto. 8.56.
Rectores Eccleſiarum, alijue clerici nõ tenentur decimas ſoluere alijs, qui Superiores non ſint, de decimis, quas ipſi percipiunt. 5.8.
Redecima quid ſit, & an debeatur, ſaltem ſtante conſuetudine. 5.2. & 6. 43.
Reditus Eccleſiaſtici non excedentes ſummam ſeptem florenorum auri annuam, decimæ Papali non ſubſunt. 9. 39. ſecus, ſi plura quis habeat

Digitized by Google

beat beneficia, quæ ſingula dictam ſummam non attingant, collecta autem excedant; num. 40.

Reditus hoſpitalium militarium ordinum, aut aliorum Religioſorum an ſubiaceant decimæ Papali. 9. 36.

Reditus leproſariarum domorũ Dei, & hoſpitalium pauperum non ſubiacent decimæ Papali. 9. 31. quid verò de reditibus, qui ſuperſunt vltra vſus pauperũ, & infirmorũ; nu. 32.

Redituum Eccleſiæ exiguitati quõ ſuccurratur per vnionem beneficiorũ, & aſſignationem oblationum, ſeu decimarum. 8. 80.

Reges, & Principes tenentur ad ſolutionem decimarum, tam prædialiũ, quàm perſonalium. 5. 26. eas tamen fortè non tenentur ſoluere niſi Epiſcopo; num. 27.

Relicta Eccleſiis, vt ex ijs emantur perpetui reditus, non ſubiacent decimæ Papali. 9. 43. ſecus in alijs legatis relictis Prælatis ratione Eccleſiarum vel officiorum; num. 44.

Religioſi Ciſtercienſes. Vide verb. Hoſpitalarij.

Religioſi etiam exempti decimas antiquas habentes ex donatione laicorũ aut earum partem in aliquibus Eccleſiis, non poſſunt pro ead. portione, vel ſimili ſine alia cauſa nouales ſuperuenientes exigere. 4. 75.

Religioſi omnes decimas de nutrimentis animalium ſoluunt, hoc eſt, de animalibus, quæ ipſi nutriunt. item de hortis ſuis. 5. 14.

Religioſi omnes decimas ſoluũt de animalibus, quæ alijs tradunt nutrienda. 5. 15. Item de hortis, quos alijs tradunt colendos; nu. 16. Aut ſi eorum olera venderent; nu. 17.

Religioſi omnes regulariter tenentur de prædijs acquiſitis, & acquirendis integras decimas ſoluere Eccleſiis, quibus erant decimales. 5. 18.

Religioſi oẽs ſunt exẽpti a ſolutione decimarũ de noualibus, quæ proprijs manib. ſeu ſumptib. excolunt. 4. 56. Idẽ in Tẽplarijs, & Hoſpitalarijs; n. 57. ſecus, ſi ab exẽptis his ea noualia tradantur alijs excolenda; n. 58.

Religioſi non ſoluentes decimas Eccleſiis debitas, aut prohibentes eas ſolui, & alia huiuſmodi facientes quibus pœnis afficiantur. 5. 19.

Remiſſio decimarum Epiſcopaliũ valet, & eſt largè interpretanda; extenditurq; ad prædia acquirenda. 5. 132. dummodo fiat iuxta canonicas ſanctiones; num. 133.

Remittens debitas ſibi decimas, nouales quoq; remiſiſſe videtur. 4. 76. dũmodo remiſſio fiat legitimè, & ſecundum canonicas ſanctiones, & iuſta de cauſa; num. 77. & 78.

Remittere poteſt Eccleſia Parochialis decimas ſibi de iure communi debitas cum aſſenſu Summi Pontificis. 5. 135. An verò poſſit cum ſolo aſſenſu Epiſcopi num. 136.

Retineri non poteſt decima clericis ob malos eorũ mores. 7. 32. Vel etiam, quia eius fructus in malos vſus cõuertant; nu. 33. Quid verò ſi ſacerdos non deſeruiat Eccleſiæ, vel notorius peccator ſit; num. 34.

Retineri non poteſt decima clericis, quia diuites ij ſint, neq; ea indigeant. 7. 38. Ratio affertur; nu. ſeqq.

Retineri non poteſt decima Rectori pro impenſis factis in Eccleſia Parochiali ædificanda, ſiue faciendis in eius ampliatione. 7. 41.

Retineri poſſunt a laicis decimæ ſacerdotibus, cũ ſibi ab illis denegantur ſa-

ſacramenta.7. 35. Id tamen non facient laici propria auctoritate; num.36.

S

SAcramenta an denegari poſſint ſubditis non ſoluentibus decimas. 7.37.

Sacramenta percipiens in pluribus Ecclesiis per annum, ad ratam temporis ijs decimas ſoluet. 7.19.

Sacrilegium an committant retinentes decimas ſpirituales.8. 68.

Sacrilegus an ſit excommunicatus. 3. 67.& ſeq.

Semel decimatum non debet ampliùs decimari, & ſemel exactum non debet ampliùs exigi.9. 95.

Semina non deducuntur ex decimis prædialibus.6.30.

Sepultura Eccleſiaſtica priuatur non ſoluens decimas, quas tenetur ſoluere.8.74.

Sepultura Eccleſiaſtica priuatur notoriè decedẽs in peccato mortali.8.75.

Solemnitates iuris non neceſſariò adhibentur, vbi quæſtio ſit inter Eccleſiã, cui de iure cõmuni debẽtur decima, & laicũ, qui debet ſoluere.8.42.

Soluentes pro decima Papali minus debito excommunicari poſſunt ſpecialiter, exceptis Epiſcopis, Abbatibus & alijs non ſuſpectis.9.241.

Solutio decimæ Papalis fieri debet in moneta currenti in locis redituum, de quibus ſoluenda eſt decima. 9. 148. Neq; cogetur quis eam cambire, ſeu permutare; n.149. quid autẽ, ſi duæ monetæ pariter currant in eo loco, alteraue magis, aut ſi poſt tempus impoſitionis, taxationis, aut priuilegij mutetur; num. 150.

Solutio decimæ Papalis fieri debet in pecunia numerata. 9.147.

Solutio decimæ Papalis regulariter fieri debet ad ratam beneficiorum. 6. 146.

Solutio decimæ prædialis fit ſtatim poſt fructus collectos.6.8.

Solutio decimæ prædialis, vbi non fiat ſtatim, vel ſaltem iuxta conſuetudinem præmonitus non ſit Curatus, res peribit debitori.6.10.

Solutio decimæ ſpiritualis quõ inter colonũ, & dominũ diuidẽda ſit. 6. 40.

Solutio veri valoris beneficiorum, cùm plures decimæ Papales imponuntur, quomodo fiat.9. 145.

Species decimarum quampluſimæ, remiſſiuè. 3.4.

Spirituale quib. modis q̃d dicatur. 5.58

Spiritualia in laicum compromitti nõ poſſunt.8.22. Poſſunt tamen in laicum ſimul, & clericum; num. 23.

Stagnorũ, & piſcariarũ decimæ Papalis q̃n, & quomodo ſoluatur. 9.50.

Statuere an, & quomodo poſſint laici de decimis.8.16.

Stylus curiæ Romanæ attendendus eſt.9.183.

Subcollector priùs deputatus quando cenſeatur reuocatus, etiam non facta de eo mentione, per poſteriorem deputationem 9 216.

Subcollectoris facultas probatur per litteras Collectoris cũ eius ſigillo ſine manu Notarij, aut ſubſcriptione teſtium.9. 233.

Subcollectoris facultas probari poteſt per teſtes. 9.229. Contrarium tenent alij. 230.

Subdelegationes probantur per ſola ſigilla delegatorum. 9.234.

Subditi tenentur iure naturali, & diuino congruè ſuſtentare paſtorem anima-

animarũ ſuarum indigẽtem. 1. 34.

Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 9. 75.

Succedens in ius alterius debet vti iure illius. 8. 50.

Succeſſor in beneficio, an verò praeceſſor, eiuſque hæredes teneãtur ad decimam Papalem. 9. 138.

Sũmaria cauſa eſt, vbi res non patitur dilationem, vt in alimentis. 9. 279.

Summariè proceditur in exactionibus functionum fiſcalium, tributorum, & collectarum. 9. 275.

Superiori cenſus ſolui debet ante omnia. 9. 175.

Sylua an, & quomodo ſubiaceant decimæ Papali. 9. 47. & ſeq.

T

Taxa attendi non debet in ſolutione decimæ Papalis, vbi Papa eã imponit, & expreſsè colligi vult nõ attenta vlla taxa. 9. 151. ſecus vbi ſimpliciter imponatur ſuper beneficijs, eorumue fructibus; num. 152.

Taxa conſueta dicitur, quæ eſt legitimè praeſcripta per quadraginta annos. 9. 153. & ratio; nu. ſeqq.

Taxa, quæ non ſit obſeruata per quadraginta annos, neq; beneficiati, neq; Camera Apoſtolica in exactione decimæ tenetur ſtare. 9. 157.

Taxari poſſunt a Collectore decimarum beneficia non taxata abſq; ſpeciali mandato. 9. 171.

Taxatio an praecedere debeat iuramentum, vel contra. 9. 169.

Taxatio facienda eſt in exactione decimæ Papalis, vbi non ſit facta. 9. 167. & quomodo ea fiat; nu. 168. & ſeqq.

Templarij non tenentur ſoluere decimas prædiorum ſuorum, quæ proprijs manibus, ſeu ſumptibus excolunt. 5. 10. Idem in noualibus. 4. 57. ſecus, ſi ea noualia tradant alijs excolenda; n. 58. Item ſecus de prædijs conductis. 5. 11.

Tenor litterarum Collectoriæ amiſſarum probari poteſt per teſtes. 9. 227. Idem in delegato, licèt aliqui contrà; nu. 228.

Teſtes, atq; inſtrumenta regulariter parem vim habent in probatione 9. 221.

Teſtes deponentes de immemorabili præſcriptione, & poſſeſſione debent eſſe memores de quadraginta annis. 5. 77.

Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam perceptionem, & poſſeſſionem decimarum. 5. 79.

Titulus ante Concilium Lateranenſe probatur ex poſſeſſione immemorabili decimarum cum fama huiuſmodi tituli, & conceſſionis; neque aliqua inueſtitura requiritur. 5. 74.

Titulus non requiritur in præſcriptione immemorabili immunitatis decimarum, aut etiam iuris decimandi quoad eius iuris capaces; ſecus in praeſcriptione quadragenaria. 5. 112.

Tranſactio de decimis futuris non ſoluendis fieri poteſt cum aſſenſu Superioris, ſi pro decimis Eccleſia compenſetur in alijs. 5. 129. etiam dando aliquid temporale prædium; nu. 130.

Tranſactio, & compoſitio ſuper decimis præteritis fieri poteſt ſine conſenſu Superioris. 5. 128.

Tranſumptum litterarum Collectoris probat eius facultatem, vbi nulla lite pendente tranſumptatum fuit ſer-

ſeruata forma c. fin. de fid. inſtr. 9. 224. Aut etiã ſumptũ ſuis ex regi-ſtris Bullarum Papæ; nu. 225. ſecus ſi ſimplex tranſumptum ſit, ſeu exemplum; num. 227.
Tributa non exiguntur a filijs, ſed ab alienis. 9. 117.
Tri butum, & cenſus ſolui non debent ante decimam ſpiritualem; vel, ſi ſoluatur, computari debet in ſolutione decimæ. 6. 37.

V

VAſa ſacra, & huiuſmodi ornamenta diuino cultui deputata capi non poſſunt in exactione decimæ Papalis. 9. 256. Idem fortè in-ijs, quæ ſunt promiſcuo vſui deputata; num. 257.
Vaſa ſacra, & huiuſmodi ornamenta non poſſunt per Collectorem decimarum Papalium accipi pignoris loco etiam a ſponte dantibus. 9. 259.
Venationum, & aucupiorum decimæ an ſint reales, perſonales, vel mixtæ. 3. 8. & quid de fœtibus animalium num. ſeq.
Verba ſumenda ſunt in potiori ſignificatione. 1. 30.
Vicariorum, & Coadiutorum materia, remiſſiuè 9. 54.
Viſitator poteſt cogere ſubditos ad ſoluendas decimas ſuo Rectori. 8. 77.
Niſi aliquam cauſam rationabilem allegarent; num. 79.
Viſitatori incumbit correctio exceſſuum, & ſpiritualis ſollicitudo erga clerum, & populum. 8. 78.
Vnicus actus, poſt quem tranſacti ſint quadraginta anni, facit taxam conſuetam. 9. 160. & ſeqq.
Vnicus actus ſucceſſiuus conſuetudinem inducit. 9. 166.
Vnicus actus ſufficit, vt quis in ſua-poſſeſſione manuteneatur. 9. 163.
Vocandi ſunt ad taxationem fructuũ occaſione decimæ Papalis per Collectorem faciendam, omnes, quorum intereſt. 9. 170.
Vota gentilium circa decimas, & eorum decimæ, remiſſiuè. 1. 2.
Vſuræ an peti poſſint ob retentionem, ſeu omiſſam per multum temporis ſolutionem decimarum. 6. 24.
Vſurarum, ac rerum per vſuram acquiſitarum decima perſonalis non ſoluitur. 4. 44. & 47. Quid de prædiali; num. 39. & ſeq.

X

XEnia Prælatis liberaliter facta, & donata non ſubiacent decimæ Papali. 9. 45.
Xenia quid ſint, & vnde dicantur. 9. 46.

Finis Indicis rerum ſingularium ad Tractatum de Decimis.

IN-

Digitized by Google

INDEX RERVM SINGVLARIVM, QVAE IN TRACTATV DE OPTIONE CANONICA CONTINENTVR.

Prior nota ſingula capita, poſterior capitum numeros indicat.

A

ABſentes ab Eccleſia optare poſſunt. Cap. 4. *num.*31.

*Abſentes cauſa ſtudiorum de licentia Prælati, vel Papæ, percipiunt fructus præbendarum.*4.32.*&* 48.

*Abſentes in ſeruitijs Papæ, vel Eccleſiæ cur optare poſſent, etiam ſtante conſuetudine, vel ſtatuto, quòd ſoli præſentes optare poſſint.*4.45.

Abſentes in ſeruitio Epiſcopi ſui optare poſſunt. 4.46. *Quid in abſentibus cauſa ſtudij de licentia* Papæ, *vel Epiſcopi; num.*47.

Abſentes in ſeruitio Papæ, vel Eccleſiæ optare poſſunt, licèt conſuetudo, vel ſtatutum diſponat, quòd ſoli præſentes optent. 4.32. *hi enim habentur pro præſentibus; num.*33.

*Abſentes iuſta de cauſa in integrum reſtituuntur.*6.44.

*Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*3.125.

*Actus clericorum Eccleſiæ Collegiatæ quidã Collegiales ſunt.*4.73. *& qui; nu.*74. *quidam non Collegiales; nu.*75. *& qui ſint; nu.*76.

*Actus conſuetudinis debent eſſe interpolati, & conformes.*2.37.

*Actus quot requirantur ad conſuetudinem inducendam iudicis arbitri- relinquitur.*2.35. *Quid autem hac in re potiſſimum attendere debeat iudex; num.*36.

*Aedes, ſeu domus canonicales per ſe non conferuntur.*3.11.

*Agnitio bonorum poſſeſſionis facta per ſequentem in gradu intra tempus primi, operatur effectum ſuum, vbi prior non agnoſcat.*5.4.

*Alternatiua menſium, eiuſque effectus remiſſiuè.*3.61.

Alternatiua locum non habet, cùm Epiſcopus non Cardinalis abeſt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem. 3.79.

*Alternatiua requirit reſidentiam Epiſcopi, nec ſufficit ficta etiam in iure priuilegiata.*3.79.

Digitized by Google

Alternatiuè acceptata non renuntiat Epiſcopus obtinendo indultum. 3. 94.

Animus inducendi conſuetudinem quomodo colligatur, remiſſiuè. 2. 16

Antiquior canonicus, qui poſtea mutauit præbendam per impetrationem & collationem in eadem Eccleſia, poſterior eſt in optando ei, qui medio tempore receptus fuit. 5. 12. vbi habes multa ſimilia.

Antiquior Canonicus ſi differat optare intra debitum tempus vacantẽ præbendam, quomodo eam poſſit optare iunior. 5. 3.

Antiquior num ſit qui per Cameram poſſeſſionem cepit, ijs, qui eam poſtea ceperunt per ſe ipſos, vel procuratorem. 5. 12. & 13.

Antiquior quis, ſit prior in data, ſi negligens non fuit, an prius receptus. 4. 43.

Antiquiore Canonico non optante vacantẽ præbendam, optat ſequens, & ſic deinceps. 5. 14.

Antiquiore optante vacantem præbendam ſequens optare poteſt præbendam, ab eo dimiſſam; & ſic ceteri gradatim. 5. 15.

Antiquiores Canonici prius optãt. 4. 15. antiquiores inquam non ætate, ſed receptione; num. 16. Declaratur; num. ſeqq.

Antiquiores Canonici regulariter prius optare debent, quam iuniores. 5. 2.

Antiquiores ætate, vel maiores ordine poterunt ex conſuetudine ſpeciali præferri in optando. 4. 18. vel etiam Doctores, aut aliæ perſonæ inſignes, num. ſeqq.

Apprehenſa poſſeſſione præbendæ, non cenſetur apprehenſa poſſeſſio domus optatæ; neque apprehenſo vno fundo cenſetur apprehenſus alter. 5. 39.

Apprehenſio poſſeſſionis an ſit neceſſaria in optione præbendæ, aut domus 5. 33 & 36.

Apprehenſio poſſeſſionis poſt collationẽ beneficij cur neceſſaria ſit, & ad quid proſit. 5. 35.

Arbitri, & arbitratores an poſſint reſtituere, vel ſaltem pronuntiare reſtituendum, remiſſiuè. 6. 54.

Argumentum à Rubrica eſt optimum iure. 2. 4.

Argumentum à maiori ad minus qualiter admittatur in diſpenſatione. 4. 98.

Argumentum ab vno connexorum ad aliud, vel à deſtructione conſequentis vti procedat. 4. 107.

Aſcenſus ad maiorem dignitatem permittitur, non autem deſcenſus ad minorem. 3. 141. Quod explicatur. 3. 150

B

Beneficia alternatiua, vbi ei locus ſit non ſunt reſeruata, non obſtãte prima parte Reg. 3. 84.

Beneficia collationis Cardinalium Epiſcoporum etiam non reſidentiũ reſeruata non ſunt, ſiue ſpectantis ratione Epiſcopatus, ſiue titulorum 3. 80. & 86.

Beneficia collationis Legatorum Cardinalium vacantia in menſe Apoſtolico an ſint reſeruata. 3. 87.

Beneficia collationis ſimultaneæ Capituli, & Card. Epiſcopi vacantia in menſe Apoſt. non ſunt reſeruata. 3. 88. immo & quæuis alioqui reſeruata, de quibus in Indulto; num. 89.

Be-

Digitized by Google

Beneficia Curialium decedentium in itinere, dum ſequuntur recedentem Curiam, vacare dicũtur in Curia. 3.27. Item decedentium in loco, vnde receſſit Curia, quam ſequi propter morbum non potuerunt; n.28.

Beneficia Curialium, qui etiam Sede vacante ad locum per duas dietas Romanæ Curiæ proximum, vbi domicilium non habent, quauis de cauſa ſecedant, ibique moriantur, vacare dicuntur in Curia. 3.23.

Beneficia deuoluta per deuolutionem non vacant denuò. 3.107.

Beneficia deuoluta quomodo dicantur conferri per Papam iure ordinario: vbi etiam infertur ad beneficia degentium, ac decedentium in Curia, qui Curiales non erant, neque ibi occaſione Curiæ morabantur. 3.107.

Beneficia iurispatronatus laicorũ poſſunt expreſſè reſeruari. 3 119.

Beneficia iuris patronatus optari non poſſunt. 3.112.

Beneficia officialium, & S.R.E. Cardinalium potiùs dicuntur ſimpliciter reſeruata, quàm vacantia in Curia. 3.53. Idem in vacantibus per adeptionem alterius incompatibilis; num.54.

Beneficia omnia an requirant perſonalem reſidentiam. 6 71.

Beneficia omnium familiarium Papæ, necnon & familiarium S.R.E. Cardinalium ſunt reſeruata. 3.58.

Beneficia quælibet S.R.E. Cardinaliũ, & quorumcunque officialium extra Curiam etiam decedentium vacare dicuntur in Curia. 2.31. De Protonotarÿs; nu 32. De Collectoribus, & Subcollectoribus; nu.33. Idque procedit, quamuis officiales poſtea eſſe deſierint; nu.34.

Beneficia reſeruata optari poſſunt ex ſpeciali conſuetudine ſuper hoc inducta 3.105.

Beneficia reſeruata per alternatiuam optari non poſſunt. 3.78.

Beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium, & Concordatorum non ſunt reſeruata menſium reſeruatione. 3.80.

Beneficia vacantia extra Curiam quouis modo reſeruata an optari poſſint, ſi Epiſcopus, aut alius habeat in ea Eccleſia Indultum reſeruatorum. 3.82.

Beneficia vacantia in Curia, ſi non conferantur intra menſem a Papa, poſſunt conferri per ordinarium collatorẽ. 3.71. ſecus in deuolutis ad Papã; nu.72. aut alias reſeruatis, n.73.

Beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis ſunt reſeruata, & qui menſes illi ſint. 3.60.

Beneficiatus non poteſt ſuum beneficium diminuere, aut damno afficere. 4.6.

Beneficiatus habens Eccleſiam Parochialem ſuo beneficio annexam non dicitur ſimpliciter habere curam animarum. 4 9.

Beneficÿ collationem excommunicato factam mero iure tenere, ſatis probabile eſt. 4.26.

Beneficium conferri alicui poteſt nomine abſentis. 4.61.

Beneficium impetrari poteſt ſine mandato. 4.62.

Beneficium in Collegiata obtinere quis non poteſt, niſi poſſit intra annum ordinem requiſitum ſuſcipere. 4.105.

Beneficium iuris patronatus laicorum poteſt ſpecialiter, & expreſsè re-

Digitized by Google

reſeruari. 3.119.

Beneficium iuris patronatus optari poteſt accedente conſenſu patroni. 3.121. Vel, ſi ſpecialis conſuetudo ſuper hoc inducta ſit, vt id quoque optetur; n.122.

Beneficium non collatum ab Epiſcopo Card. intra ſex menſes deuoluitur ad Archiep. etiam non Card. 3.90.

Beneficium ſemel affectum ſemper manet affectum. 3. 35. Et ſemel liberum ſemper manet liberum. 3. 107.

Beneficium ſufficiens quomodo ſit incompatibile cum alio. 6.73.

Beneficium vacare in curia, & eſſe reſeruatum an idem ſit. 3.17.

Beneficium vacat in Curia, vel potius eſt reſeruatum per adeptionem ſecundi incompatibilis. 3.38. & 50.

C

CAeci non poſſunt offerre panes domino, ſeu eſſe Sacerdotes. 4. 129.

Cæcis miſerendum, & ſubueniendum. 4.118.

Cæcus capax eſt dignitatis Eccleſiaſticæ, ad quam ius aliquod habebat ante cæcitatem. 4.121.

Cæcus factus, poſtquam beneficium obtinuit poterit optare. 4.117. & ſeq.

Cæcus in Papam eligi non poteſt, electus tamen in ſede manebit. 4.122.

Cæcus repellitur a beneficio. 4. 110. Item ab optione; num. 111.

Canonia, & præbenda quid ſit. 7.6. & ſeqq.

Canonia ius quoddam ſpirituale eſt. 7.7.

Canonia non debet eſſe ſine præbenda, vbi adſunt præbendæ in Eccleſia. 7.3.

Canonia tribuit ius ad præbendam. 7.11. Item ius actu percipiendi quotidianas diſtributiones, niſi aliud obſtet; n.12.

Canonia tribuit ſtallum in Choro, & exercitium eorum, quę ad diuinum officium ſpectant. 7.8. Item locum, & vocem in Capitulo; n.9. Niſi vel eſſet puer, vel non Subdiaconus; num.10.

Canonicatu collato cenſetur etiam collata præbenda. 7.5.

Canonicatus, & præbenda quam connexionem habeant. 7.27.

Canonicatus, ſeu Canonia diſtinguitur a præbenda. 7.1.

Canonici duo aſſumi poſſunt, nulla etiam vacante prębenda, vbi non eſt certus numerus præbendarum; ſecus, vbi eſt certus earum numerus. 7.16.

Canonici omnes presbyteri debent præcedere omnes Diaconos, & omnes diaconi omnes Subdiaconos. 7.33.

Canonici præbendati, ac Dignitates debent infra annum ſuſcipere ſi poſſunt ordinem requiſitum. 5.24. & omnino in ea ætate eſſe conſtituti, vt illum intra idem tempus poſſint ſuſcipere; num.25.

Canonici ſoli, ſeu beneficiati in aliqua Eccleſia Collegiata regulariter optare poſſunt. 4.1.

Canonicus an habeat ſucceſſorem, & an Pœnitentiarius. 4.7. & 12.

Canonicus, aut alias coniunctus coniunctione ſpirituali non poteſt pro alio coniuncto impetrare, aut acceptare. 4.68.

Cvnonicus nuper receptus debet prius ſedere in vltimo loco intra ſuum ordinem. 7.22.

Digitized by Google

Canonicus, qui ex conſuetudine optare non poteſt, niſi ſemel, ſi ſemel optauit prabendam, ſuper qua moueatur ſibi lis, non poterit pro ea vice aliquam optionem facere. 4.41. Poterit tamen redire ad ſuam prabendam iam dimiſſam, ſi ſuccumbat, eamq; dimiſerit cum debita proteſtatione; num.42.

Canonicus, qui maior eſt ordine, poſterior tamen receptione, quomodo debeat praferri in portione percipienda. 4.17.

Capellani Coadiutores an teneantur reſidere in Eccleſia, in qua Capellaniam obtinent. 4.157.

Capellani optare nequeunt Porteonē; neq; Portionarij Capellaniam ſine ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto. 7.23.

Capitulum, ſeu Collegium vniuerſum reſtituitur ex edicto minorum, vbi agitur de ſeruanda conſuetudine, vel ſtatuto optaudi, quia nemo optauit, aliàs ſecus. 6.52.

Cap. ſtatutum, de prab. in 6. correctum fuit. 3.74. cuius tamen contrarium aliqui tenent; num.76.

Cardinales antiquiores in eodem ordine optant. 3.5. & cur optent titulos. 7.27.

Cardinales quomodo per optionem etiam in diuerſo ordine ſeu Collegij aſcendant ad locum ſuperiorem. 7.36.

Cardinalis Epiſcopus ſuccedens non Card. non poteſt conferre beneficiū, quod vacauit in menſe Apoſt. tempore praceſſoris. 3.91. & quid in caſu conuerſo. 91.

Clauſula, nec aliter, etc. quid operetur. 5.65.

Clerici, & Presbyteri ſimplices in aliqua Eccleſia an poſſint optare Canonicatus, & Canonici Dignitates. 3.6.

Clerici poſſunt ſtatuere contra conſuetudinem, qua eſt contra ius. 8.41.

Clericus etiam non conſtitutus in ſacris optare poteſt. 4.77.

Coadiutor cum futura ſucceſſione an poſſit abeſſe tribus menſibus in anno, aut impeditus percipere diſtributiones. 4.172.

Coadiutor cum futura ſucceſſione nō poteſt optare. 4.163. nec tenetur reſidere pracisè, ſed cauſatiuè; nu.64. & ſedet poſt receptos ad titulum coadiutoria durante. 4.141. cum multis ſeqq.

Coadiutor quotuplex ſit. 4.139.

Coadiutor ſimplex an ſit Pralatus; & an beneficia poſſit conferre, & reſignationes admittere. 4.154.

Coadiutor ſimplex optare non poteſt. 4.152. & ſeq. & habere debet qualitates beneficiati; num.155. & verificare narrata; nu.156.

Coadiutoria cum futura ſucceſſione an ſit titulus ſufficiens ordinationis. 4. 169. & habeat vim reſignationis; num. 17[?]. quomodo vacet; num. 165. & an ſit odioſa; nu. 148.

Coadiutoria ſimplex non vacat per mortem naturalem, aut ciuilem coadiutoris, ſed ceſſat, expirat, aut extinguitur ceſſante vita, aut impedimento coadiuti. 4.153.

Coadiutus optare poteſt, ac ſi coadiutorem ſimplicem non haberet. 4.151.

Coadiutus perinde optare poteſt, ac ſi coadiutorē cum futura ſucceſſione non haberet. 4. 158. Alij tamen diſtin-

ſinguunt; num.159. quæ diſtinctio refellitur; num.160.

Coadiutus titulum beneficij non amittit, neq; coadiutor etiam cum futura ſucceſſione datus eum tunc acquirit.4. 140.151.152.154.158.& 163.

Collatio beneficij facta excommunicato nulla eſt.4.23.

Collatio, ſeu inueſtitura non requiritur in optione.5.32.

Compilatio Decretalium nihil contrarij, aut ſuperflui habet.6.68.

Concordata an obſtent optioni. 3. 80. & coadiutoria cum futura ſucceſſione.4.171.

Conditio habetur pro impleta, cùm non ſtat per eum, qui implere debet. 4.44.

Coniuncta perſona ſine mandato admittitur adoptandum. 4. 63. ſicut etiam in beneficialibus; num. 64. requiritur tamen ratihabitio; nu. 69.

Coniunctæ perſonæ regulariter admittuntur pro coniunctis, ſi caueant de rato.4.65. & quæ illæ ſint; nu. 66. & vſque ad quem gradum; nu.67.

Conſanguinei remotiores poſſunt cogere proximiores, vt ante annum conſanguineis a ſtatuto præfixum retrahant.6.16.

Conſuetudine, & ſtatuto induci poteſt ius optandi.1.21.

Conſuetudine optandi ab aliqua Eccleſia ſublata per Pontificiam conſtitutionem, non poterit ſimilis conſuetudo ex eadem cauſa denuo introduci. 2.45. poterit tamen ex noua cauſa; num.46. vel accedente expreſſo conſenſu Pontificis; num.47. vel etiam ſine noua cauſa, vbi ſolũ præterita conſuetudo in ſpecie ſublata eſt; num.48.

Conſuetudinem optandi inducere non poſſunt laici, aut etiam clerici illi, qui eius iuris non ſunt capaces ex ſe. 2. 40. vel niſi illius capaces fiant ex diſpenſatione Summi Pontificis; num.41.

Conſuetudo a quibus perſonis induci poſſit, remiſſiuè. 2.29.

Conſuetudo contra ius non extenditur de caſu vero ad fictum, neque de loco ad locum, neque de perſona ad perſonam.4. 34. Idem dicendum eſt in ſtatuto; num. 35. Quod tamen perpetuum non eſt, remiſſiuè; num.36. præcipuè verò vbi in caſu omiſſo militat eadem omnino ratio; num.37. vel vbi ea æquiparantur a lege; num.38.

Conſuetudo contra ius quando extendatur ad caſum fictum.4.50.

Conſuetudo extenditur ſaltem aliquando.3.146.

Conſuetudo illa, quæ contra ius eſt, requirit ſpatium quadraginta annorum ſaltem de iure canonico. 2. 5.

Conſuetudo magnam vim habet. 4. 82. & quando contra ius admittatur; num.83.

Conſuetudo non extenditur. 3. 140. Quod tamen explicatur; num.146. & ſeq.

Conſuetudo optandi innititur æquitati canonicæ.2.1. eſtque rationabilis, & a iure approbata; nu.2.

Conſuetudo optandi iuxta nonnullorum ſentẽtiam eſt præter ius; ideoq; ſecundùm eos inducitur ſpatio decem annorum; alij aliter diſtinguunt.2.15.

Conſuetudo optandi quando ſit præter, & quando contra ius, quanto q; tempore inducatur, latè diſtinguitur.

tur.2.16.& ſeqq.

Conſuetudo optandi inducitur ſpatio decem annorum vbi prabenda certa ſunt in numero, ſed non diſtinctę quoad proprietates, quoniam portiones quędam inaquales aſſignantur.2.17.

Conſuetudo optandi, vt inducatur, vbi prabenda ſunt diſtincta, requirit ſpatium quadraginta annorum.2.18.

Conſuetudo optandi, vbi prabenda ſunt diſtincta, eſt contra ius; vel, ſi prater ius, derogat tamen iuri Eccleſia, cui collator praeſt. 2. 19. & ſeq.

Conſuetudo optandi domos cur poſſit induci minori ſpatio, quàm quadraginta annorum. 2. 21. & 3. 9. cum ſeqq.

Conſuetudo optandi domos in Eccleſia Mediolanenſi antiquiſſima eſt. 3.12.

Conſuetudo optandi requirit ſciētiā, & patientiam ordinarij collatoris. 2.23. Item ſcientiam & conſenſum ſaltem tacitum maioris partis Capituli; num.24. eumque non erroneū, ſed ex certa ſcientia, & animo inducendi conſuetudinem; num.25.

Conſuetudo optandi quomodo probetur, remiſſiuè.2.28.

Conſuetudo optandi, ſicut & cetera conſuetudines, vnico actu induci non poteſt. 2.30. etiamſi actus ſit notoriùs toti collegio; num.31. Niſi actus ſit ſucceſſiuus; num.32.& 38. vel iudiciarius; num.33. Quod tamen eſt dubium; num.34.

Conſuetudo optandi vnico actu cum quadragenaria praſcriptione fortè inducetur.2.38.

Conſuetudo optandi non debet neceſſario eſſe obtenta in contradictorio iudicio, ſicut & alia conſuetudines, niſi vbi vnico actu inducenda eſt. 2.39.

Conſuetudo optandi, ſeu ſtatutum poteſt etiam locum habere in Collegio Manſionariorum.3.4.

Conſuetudo optandi inter Canonicos inducta non extenditur ad Dignitates, ſeu Pralatos, vt poſſint optare Canonicales prabendas.4.2.

Conſuetudo optādi, ſicut quæuis alia, inducta in vna Eccleſia non extenditur ad aliam Eccleſiam, licèt illi ſubiectam.4.40.

Conſuetudo optandi non eſt improbata a iure, ſed immo permiſſa, & quodammodo approbata.4.51.

Conſuetudo optandi locum non habet quoad Apoſtolicos impetrantes. 8. 12. niſi de hoc ſpecialis conſuetudo inducta ſit; num.13.

Conſuetudo optandi non tollitur per non vſum.8. 18. Idq; licèt euenerit caſus optionis; num. 19.

Conſuetudo optandi tollitur per contrarium vſum, accedente maximè contradictione.8.25. dummodo obſeruatus ſit tanto tempore, quantū requiritur ad inducendam conſuetudinem; num.26. hoc eſt, quadraginta annorum, vbi prabendę ſunt diſtincta; num.27.

Conſuetudo optandi non tollitur per vnicum actum contrarium; 8. 29. Idem in quauis conſuetudine; nu. 30. Tolleretur tamen, vel ſaltem interrumperetur, vbi conſuetudo non eſſet completa, num.31.

Conſuetudo optandi, ſicut & ſtatutum poteſt tolli a Papa per contrariam conſtitutionem. 8. 32. & ſeqq.

Conſuetudo optandi, ſicut & ſtatutū, po-

poteſt tolli per contrarium ſtatutum Capituli ſimul,& Epiſcopi. 8.38.

Conſuetudo præter ius eſt, quæ neque contra, neque etiam ſecundùm ius eſt. 2.10.

Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum. 2.6. *Idem ſecũdùm aliquos in quauis rationabili, & æqua; num.* 7. *Si tamen agatur de præiudicio tertij priuati requiruntur xxx. anni; nu.* 8. *ſi verò de præiudicio Eccleſiæ, quadraginta; num.* 9.

Conſuetudo quomodo probetur remiſſiuè. 3-27.

Conſuetudo rationabilis contra ius requirit ad ſui introductionem ſpatium 40. *annorum.* 2.22.

Conſuetudo rationabilis quæ ſit, iudicis arbitrio relinquitur. 2.11. *Quid autem arbitrari debeat iudex, explicatur; nu.* 12. *& ſeqq.*

Conſuetudo tollitur per contrarium vſum. 8.22.

Conſuetudo tollitur tanto tempore, quantum requiritur ad eam inducendam. 8.28.

Contingentia vt plurimum attendenda ſunt. 5.11.

Copula, Et, ponitur inter diuerſa. 7.2.

Corpore vitiati a ſacrorum ordinum ſuſceptione, & executione regulariter repelluntur. 4.89.

Corpore vitiatus diſpenſatus ad ordines etiam maiores non ideo optare poterit. 4.115.

Corporis vitium, aut deformitas repellens nunc hominem a ſacris ordinibus quodnam ſit. 4.90.

Corporis vitiũ repellens ab ordinibus annexis beneficio in aliqua Eccleſia *repellit etiã ab illo beneficio.* 4.109.

Curialium nomine quinam comprehendantur. 3.26.

D

Deciſio quædam Rot. Rom. explicata. 4.125.

Deformitas iure impediens, aut non impediens ſuſceptionem ordinum, eorumue miniſterium quænam ſit. 4.93.

Deformitas quoad ordinem ſuſceptũ inducit tantùm irregularitatem in illo actu, qui ab eo corporis vitio impeditur. 4.91.

Deportatus poteſt eligere, & optare. 4.28.

Derogare in ſpecie optioni poteſt Papa. 8.1. *& ſeq. In dubio tamen non cenſetur velle ei derogare; nu.* 3. *& ſeqq.*

Derogare optioni non eſt neceſſe, vbi quis prouidetur de beneficio vacante apud Sedem, ſaltem vbi motu proprio. 8.6.

Derogare optioni non poteſt Legatus, *ſed ſolus Papa.* 8.16.

Derogatio generalis ſufficit ad impediendam optionem, vbi prouidetur motu proprio de præbenda ſpecialiter reſeruata; ſecus vbi prouiſio fiat ad petitionem partis. 8.11. *& ratio diuerſitatis; num.* 13.

Derogatio *ſaltem generalis optionis requiritur vbi Papa confert, vel mãdat conferri præbendam generaliter reſeruatam.* 8.7. *Probabile tamẽ eſt, non requiri hanc generalem derogationem; nu.* 8. *ſaltem in beneficijs vacantibus in menſibus Apoſtolicis; num.* 9.

Derogatio ſpecialis conſuetudinis, vel ſtatuti

Digitized by Google

ſtatuti & iurati de optando non requiritur, vbi alicui prouideatur de præbenda vacante in Curia. 3.15.

Derogatio ſpecialis optionis requiritur, vbi prouiſio ſit vigore expectatiuę alicui conceſſæ. 8.14. Niſi Papa mandet prouideri de pinguiori præbenda; vel adſit motus proprius cum clauſula, non obſtante; num. 15.

Dictio, ampliùs, ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. 5.10.

Dictio, cum, poſita inter diuerſas orationes ſtat potiùs demonſtratiuè, quàm taxatiue. 3.64.

Dictio, gradatim, in tex. cap. fin. de conſuet. lib. 6. quomodo propriè ſumatur. 5.14.

Dignitas perſonæ non attenditur regulariter in optione. 4.17.

Dignitas in Collegiata præcedit omnes Canonicos. 4.150.

Dignitate propria coruſcantes præferuntur coruſcãtibus aliena. 4.142.

Dignitates aliquæ ſunt in Eccleſiis collegiatis, & quæ illæ ſint. 5.19.

Dignitates omnes Pontificales; nec nõ maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis ſunt reſeruatæ. 3.59.

Diſpenſandi poteſtas fauorabilis, & extendenda. 4.99.

Diſpenſare poteſt ſolus Papa ſuper irregularitate ex corporis vitio. 4.94

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris. 4.95. Extenditur tamẽ ad ea, quæ neceſſariò & naturaliter cõſequuntur; n. 100.

Diſpenſatus ad ordines minores non cenſetur ad maiores; neque diſpenſatus ad ordines, cenſetur ad beneficium. 4.96.

Diſpenſatus in maiori cenſetur etiam diſpenſatus in minori, quod ineſt. 4.97.

Diſpenſatus ſuper irregularitate, vt obtineat beneficium in Collegiata, poterit optare. 4. 116 & 137.

Diſpenſatus, vt non promoueatur intra annum ad ordinem requiſitum poſt annum optabit. 4.87.

Diſtributiones quotidianæ acceſſoria non ſunt præbendæ, ſed potiùs Canonicatui. 7.50.

Diuiſio beneficiorum vnitorum debet fieri ab habente auctoritatem, ſeruata ſolemnitate, & ex iuſta cauſa, ſicut & vnio. 4.5.

Doctorum ordo præcipuus eſt. 4.19.

Dominium pecuniæ ſolutæ negotiorũ geſtori acquiritur creditori, ratihabitione ſecuta. 4.59.

Domus an, & quando ſit annexa præbendæ. 3.8.

Domus canonicalis nihil ferè habet ſpiritualitatis, ſicut præbenda. 3.10.

Domus Canonicalis optari poteſt ex communi Doctorum ſententia. 3.7.

Domus Canonicalis optata cenſetur, optata præbenda, & reſeruata vbi reſeruata fuerit præbenda. 3.8.

Domus Canonicalis vacans in menſe reſeruato an poſſint optari indiſtinctè. 3.47.

Domus, præbendaq; Canonicales in prima conſtructione, ſeu erectione aſſignandæ ſunt iis, qui nullas habent, ſeruata inter illos in antiquitatis prærogatiua. 3.157.

Domuum Canonicalium optio, vti odioſa non extenditur. 3.155. & ſeqq.

E

EPiſcopus cũ conſenſu Capituli an poſſit renuntiare iuri acquiſito ſuæ Eccleſiæ per cõſuetudinẽ. 8.42.

Epi-

Epiſcopus, & Clerici inferiores Collegium conſtituentes poſſunt contra canones ſtatuere in materia, in qua induci poteſt conſuetudo canone permittente. 2.58.

Epiſcopus extra diœceſim poteſt ſua beneficia conferre. 3.110.

Epiſcopus poteſt ſaltem ad vitam ſuã condere ſtatutũ optandi. 2.59. quod idem perpetuò durabit ſi acceſſerit conſenſus Capituli; num. 60.

Epiſcopus, ſeu alius inferior non poteſt contra canones ſtatuere. 2.53. Quod limitatur; nu. 58.

Equites cur optent commendas. 2.41. 3.5. & 7.27.

Error in primo gradu tolli debet etiã quoad ſequentes gradus. 5.69.

Erubeſcimus ſine lege loqui. 3.2.

Etymologia dat proprium verbis intellectum. 1.11. & ab ea ſumptum argumentum optimè in iure procedit; num. 12.

Examen beneficiatorum an iterandum. 7.25.

Excommunicatus æquiparatur deportato. 4.27.

Excommunicatus nõ amittit fructus beneficij, niſi per ſententiam eos expreſſè continentem. 4.30.

Excommunicatus non poteſt optare in quibuſdam caſibus. 4.30.

Excommunicatus poteſt acceptare beneficium iam ſibi collatum. 4.23. & retinere obtentum; num. 30.

Excommunicatus poteſt ea, quæ ſunt facti, & per quæ ſolùm declaratur voluntas. 4.29.

Excommunicatus poteſt optare. 4.20. Contrarium alij; num. 21.

Excommunicatus priuatur fructibus beneficij. 4.22.

Expectans poſterior in data acceptans intra menſem primi non tenetur ampliùs acceptare in ſuo menſe, vbi primus debito tempore non acceptauit. 5.5.

Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, quando aliquid operetur. 5.64.

Extrauag. ex debito, quæ eſt Io. 22. de elect. in commun. & Extrauag. ad regimen, quæ eſt Benedicti XII. de præben. in comm. expirarunt morte illorum Pontificum, ſed renouantur per regulas cancellariæ. 3.40.

F

FAcilis eſt reditus ad ius commune. 8.39.

Facultas non tollitur per non vſum. 8.20.

Facultatis iura non præſcribuntur. 8.21.

Fauore alicuius inductum non debet in eius odium retorqueri. 3.142.

Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt, & ei, quod in ſuum fauorem introductum eſt. 6.4. & 3.107.

Formula inſtrumenti optionis diuerſa pro facti ſpetie. 5.40.

Fornicator notorius non eſt ab optione repellendus. 4.131.

Fructus beneficij an poſſint percipi ab excommunicato. 4.22. & 30.

Fructus bonorum alicuius Eccleſiæ, ac beneficij deſinunt eſſe obnoxij penſioni, quando ea deſinunt eſſe bona, & fundi illius Eccleſiæ. 7.45.

G

GEneralis derogatio. Vide, Derogatio generalis.

Gradatim, dictio, in tex. cap. fin. de conſuetud. in 6. quomodo propriè ſu-

Digitized by Google

ſumatur.5.14.

Gradatio quandoq; ceſſat in optione. 4.161.

Groſſi fructus a prabenda, & diſtributionibus diſtinguuntur.3.14.

Groſſi fructus, ſi obtenti fuerint per Canonicum in Curia defunctum, optario defuncto ab alio non poſſunt.3.14.

H

Habilitas, & capacitas iuris optandi requiritur in ijs, qui huiuſmodi conſuetudinem debent inducere.2.40. vel quòd fiant capaces ex diſpenſatione Summi Pontificis. 2.41.

Habitus non facit Monachum, aut Religioſum. ſed potiùs profeſſio regularis.2.44.

I

Ignorantia affectata, & ſupina non excuſat, quin currat tempus, cum vtraque pro ſcientia habeatur.6.23.

Ignorantia iuramento quando probetur, remiſſiuè.6.34.

Ignorantia regulariter præſumitur. 6.33.

Ignorantia ſupina quæ ſit, quæue probabilis, iudicantis arbitrio relinquitur.6.24.

Impedimenta, ob quæ competit reſtitutio in integrum, remiſſiuè 6.45.

Impedito non currit fortaſſe vllum tempus, vbi impedimentum non ſit affectatum.6.40.

Incompatibilia beneficia ipſo iure ſunt duo curata, duæ Dignitates, duo Perſonatus, aut horum alterum cũ altero. 6.69. Item duo requirentia reſidentiam; num.70.

Incompatibilitas beneficiorum, ac præbendarum in quibus iuribus, & Doctor. habeatur.6.66.

Incompatibilitas quotuplex ſit.6.67.

Indulta beneficiorum, maximè vacantium in menſibus reſeruatis, non ampliant gratiam.3.68. & 82.

Indultum beneficiorum reſeruatorum non comprehendit vacantia in Curia, niſi id in ſpecie exprimatur. 3. 66.

Indultum conferendi an impediat optionem.3.68. & 82. & 8.17.

Indultum, & priuilegium Apoſtolicũ in quo differant.2.66.

Inhabilis ad ordines annexos aliquibus beneficijs inhabilis quoque erit ad illa beneficia.4.108.

Inhabilitas ſuperueniens non debet aliquem priuare iure quæſito.4.119.

Intellectus cap. cui de non Sacerdotali, de præben. in 6. cap. licèt, & cap. quanto, de translat. Epiſc.3.148. & duob. ſeqq.

Intellectus cap. litteras, de conceſſ. præben.6.64. & 7.26.

Intellectus cap. primi, de conſuet. lib.6. 6.63.

Intellectus cap. quia ſæpè, de præb. lib. 6. 61. & 7.26.

Intellectus cap. fin. de off. Archid. 3. 148.

Intellectus Clem. fin. de præbend.6.60. & 7.26.

Intellectus l. maioribus, C. quemad. ciuil. mun. indic.3.148.

Irregularis an poſſit optare.4. 136. & 138.

Iudex competens in cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam optionem quis ſit.6.53.

Iu-

Iunior optans vnam ex duabus præbendis æqualibus, quæ ſimul vacatant, an excludatur ab antiquiore. 3.132.
Iuniores optare poterunt, etiam antequam optent antiquiores, cum proteſtatione. 6.17. & 67.
Iuri patronatus etiam laicorum poteſt expreſſè derogari. 3.120.
Iuri patronatus præſcribitur ſpatio 40. annorum contra Eccleſiam, 30. verò contra laicos. 3. 123.
Iuris nomen in definitione optionis accipitur pro legitima facultate aliquid agendi. 1.14.
Ius ad rem, aut in re, an, & quando per optionem tribuatur. 1.15.
Ius in beneficio acquiritur per ſolam collationem ante apprehenſionem poſſeſſionis. 5.34.
Ius optandi cedit ad commodum, & decus totius Collegij. 1.18.
Ius optandi induci poteſt conſuetudine. 2.3.
Ius optandi induci poteſt indulto, & priuilegio Apoſtolico. 3. 64. & ſeqq.
Ius optandi induci poteſt ſtatuto. 2.49.
Ius optandi locum regulariter habet ſolùm in Eccleſiis Collegiatis. 1. 16.
Ius optandi locum quoque habere poteſt in quouis ſacro Collegio, in quo ſingulis prouidetur de beneficio aliquo, ſeu commenda, vt in militia ſancti Ioannis Hieroſolymitani. 3.5.
Ius optandi non eſt in omnibus Eccleſiis. 1.19. *neq; ijs competit de iure communi, num.* 20.
Ius optandi non competit, niſi habenti beneficium, & clericatum. 5.54.
Ius optandi poteſt dici annexum ſpirituali. 5.47.
Ius optandi Religioſis Collegijs competit, vt Collegium conſtituunt, non vt ſingularibus perſonis. 1.17. & ſeq.

L

LEx, & conſtitutio poſterior contraria tollit priorem, licèt de ca mentionem non faciat. 3.75.
Lex inferioris, quandonã præſumatur ſciri, arbitrarium eſt iudici. 6. 25.
Lex non tollitur per actus negatiuos, ſeu per non vſum. 8.23.
Libero arbitrio, ſeu iuri facultatis, quando præſcribatur. 8.21.

M

MAior, aut minor dignitas quãdo ſucceſſiuè poſſint obtineri, et inter eas aſcenſus, vel deſcenſus detur. 3.150.
Maior dignitate ſua, vel collatoris, ætate, vel ordine, an, & quando in optione præferatur. 3.37. *cum duob. ſeqq.*
Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi. 3.149.
Manus appoſitio affectio dicitur, & inducit quandam reſeruationem, & quando. 3.55.
Melius eſt habere, quàm non habere. 5. 8.
Melius eſt, quod eſt magis gratum. 3.143.
Mẽbrũ ſibi abſcindens ex culpa, efficitur irregularis, licèt nullum ordini præſtetur impedimentum, aut inſignis deformitas inducatur. 4.12.

Men-

Menſis ordinarius an requirat integram reſidentiam Epiſcopi eo menſe, quo vacat beneficium. 3.97.

Milites, ſeu militaris Religionis Equites an poſſint inducere conſuetudinem optandi. 2.42.

Minores, & iuſtè impediti reſtituũtur lapſo tempore optandi. 6.43.

Minor, & iuſte impeditus regulariter reſtituitur aduerſus qualibet omiſſa, & lapſum temporum ad aliquid agendum. 6.46.

Minoribus impeditis fortè non currit tempus optandi. 6.41.

Minor prębenda, quę tamen ſit magis grata, optari poteſt. 3.135. Quod latius probatur; nu. 142. & ſeqq. Contrarium alij; nu. 136. Quod confirmatur; nu. 139. 140. & 141. Alij diſtinguunt; nu. 137. Quæ tamen diſtinctio refellitur; nu. 138.

Minus licet, ei, cui licet & plus. 3.143.

Minus ſolutum intelligitur, quàmuis nihil ſit ſolutum. 5.9.

Morbo comitiali laborans an optare poſſit. 4.122. & 136.

Mors, vel eius notitia quomodo probetur, remiſſiuè. 6.36.

Motus proprius habet vim derogatoria. 8.15.

N

NAuarri Doct. auctoritas. 4. 18.

Notitia ficta, de qua in Clem. vn. §. ceterùm, de conceſſ. præb. procedit ſolùm in caſu ſpeciali illius Clem. 6.22.

Notitia vacationis beneficij quænam ſufficiens ſit ad effectum optionis, et quando præſumatur. 6.38.

Nouus Canonicus quando quis ſit. 5. 12.

O

OBſeruãtia eſt optima Indultorũ Apoſtolicorum interpres. 4.145.

Officium Theologi, & Pœnitentiarij an ſit annexum præbendæ, vel Canonicatui. 3.130.

Optans debet admitti per Capitulum, vel eum, qui præeſt Capitulo. 5.29. niſi tamen hæc ſolemnitas contraria conſuetudine ſublata ſit; nu. 30. Immo fortè non requiritur etiam tacitus conſenſus Capituli, ſed ſufficit notificare Capitulo optionem; num. 31.

Optans domum, vel prabendam videtur neceſſariò habere debere, quod dimittat. 5. 6. Contrarium verius eſt; num. 7.

Optans ex ſpeciali conſuetudine prabendam ſuperioris ordinis, aut gradus, ſimul etiam optabit ſtallum in illo ordine, vel gradu. 7. 32. poſtremum tamen in eo ordine locum obtinebit; num. 34. aliquando etiam locum non mutabit; num. 35.

Optans intra eundem ordinẽ aſcendit ſaltem per accidens ad locum ſuperiorem in Choro. 7.30.

Optans malè ex iuſta ignorantia, ſi ſtatim, ac ſciuit, dimiſit optatum, redire poteſt ad ſuum, licèt alteri iã aſſignatum. 5.66.

Optans prabendam, cùm prabenda ſunt diſtincta realiter, vel aſſignantur Canonicis ſaltem ad tempus in determinato corpore, dimittit onus penſionis, quo grauata eſt prabenda, quam dimittit. 7.40.

Optans prabendã debet ſoluere eius dimidiã Sacriſtiæ, vel Fabricæ. 7. 28.

Optans, vel permittens optare medio pretio an committat Simoniam. 5. 52.

52. & 53. & quomodo puniatur; num. 56. 58. & 59.

Optans, licèt nolit pecuniam promiſſam ſoluere, poteſt retinere prabendam optatam. 5 51.

Optans, qui vt actor ſe fundat in alternatiua Epiſcopi, quid debeat probare. 3. 95.

Optare accipitur pro deſiderare, & cupere. 1. 2. Itē pro eligere; n. 3. & 8. & hoc vtroque modo ſumptum ducitur a verbo græco ὀπτῶ; num 4.

Optare non competit, aut pendet ex voce in Capitulo actiua. 4. 79.

Optare nō poteſt clericus poſt annorū, ſi intra annum ad ordinem requiſitam non promoueatur. 4. 88.

Optare poteſt etiam non Subdiaconus. 4. 77. & habens prebendam reſeruatam. 3. 45. aut Theologalem, Pœnitentialem, Doctoralem, aliamue ſimilem. 4. 4. & multis ſeqq.

Optari poſſent in quouis menſe vbi Epiſcopus ſit Cardinalis. 3. 81. cum aliquot ſeqq. quid in præbenda vacante de menſe Septembris ad cuius finē a Maio abfuit Epiſcopus; n. 96

Optari poteſt ſpeciali conſuetudine prabenda vel domus a prima erectione, vel conſtructione 3. 152. ſecus ex ſimplici conſuetudine, vel ſtatuto; num ſeqq.

Optari poteſt vbi etiam Canonicatus. reſidentiam non requirunt. 6. 72 do etiam locum non mutabit; num. 35.

Optio canonica vnde nomen ſumat. 1. 10

Optio canonica quomodo definiatur. 1. 13.

Optio de duobus dicitur, electio de pluribus. 1. 5. & alia differētiæ vtriuſque remiſſiuè; num. 6.

Optio Eccleſiaſtica canonica dicitur. 1. 9. & optatio; nu. ſeq.

Optio facta ab eo, cui per ſimoniam conceſſum eſt ius optandi, an, & quando valeat. 5. 67.

Optio fieri an poſſit abſq; alia diſpēſatione a diſpenſato iam ad duo beneficia quoad præbendam, vel titulū. 6. 74. & 75.

Optio fieri poteſt de vno ordine, ſeu gradu ad alium ex ſpeciali conſuetudine, vel ſtatuto; debet tamen tunc præferri dignior ordo, & gradus minus digno. 5. 28.

Optio gradatim fit; idque pluribus modis accidit. 1. 22. cum ſeq.

Optio inducta non eſt a iure communi, ſed potius conſuetudine. 2. 1.

Optio intra quod tempus fieri debet, & an illud tempus mutari poſſit, remiſſiuè 1. 31.

Optio intra viginti dies fieri debet. 6. 1. etiam vbi nullus adſit executor, vel expectans; num. 2.

Optio liberè fit, & voluntariè, non coactè. 1. 27.

Optio locum fortaſſe habere poteſt in beneficijs vacantibus in Curia, ſi intra menſem per Papam non conferantur. 3. 70. Contrarium tamen verius; nu. 74. & ſeq.

Optio locum habere poterit etiam in beneficijs reſeruatis, vbi a Papa, vel habente Indultum permittitur. 3. 69.

Optio locum habet in beneficijs deuolutis ad Papam ex negligentia inferiorum. 3. 106. & in ijs, quæ Papa ordinario iure confert; num. 107.

Optio locumne habeat, vbi eſt certus numerus Canonicatuum, ſed non diſtinctio prabendarum, vel eæ ſunt æquales. 3. 133.

Op-

Digitized by Google

Optio locum non habet regulariter in alijs beneficijs, quàm Canonicatibus; vel non tam propriè. 3.1.

Optio locum non habet regulariter in præbendis apud Sedem, ſeu in Curia vacantibus. 3.13.

Optio locum regulariter non habet in beneficijs quomodocunque ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter reſeruatis. 3. 41. Quod tamen temperant aliqui, vt ſolùm procedat, vbi ſpecialis reſeruatio fiat motu proprio, non ad inſtantiam partis, num. 42. Item vbi ſpecialis reſeruatio fiat de beneficio certo, non autem de incerto; num. 43.

Optio locum regulariter non habet in præbendis vacantibus in Curia, licèt per alium quàm Papam, ex eius facultate conferantur. 3.63. ex quo infertur ad habentes Indultum; nu. 65. ſecus in vacantibus in menſibus Apoſtolicis, eaq; ſola ratione reſeruatis; num. 67.

Optio locum regulariter non habet in præbendis reſignatis in Curia. 3. 103. quid ſi in manibus Legati; nu. 104. & quid in illis, in quibus reſeruatus eſt regreſſus. ibid. & num. 37.

Optio non eſt actus Collegialis, ſed ſingulis de Collegio competit ex canonia, & præbenda. 4.78. & ſeqq.

Optio regulariter locum non habet in permutatione, & reſignatione ſeu in beneficijs, quæ permutantur, & reſignantur. 3.124. niſi de hoc ſpecialis conſuetudo ſit inducta. 3. 127.

Optio regulariter locum non poteſt habere de vno ordine ad alium in Cathedralibus, vbi ex Conc. Trid. diſpoſitione certus ordo ſacer præbendis, vel potiùs Canonicatibus annexus eſt; ſecus in alijs Eccleſiis Collegiatis, vbi ex ſola conſuetudine, vel ſtatuto certus ordo præbendis annexus eſt. 5.25.

Optio regulariter locum poteſt habere in Dignitatibus, quæ non ſint reſeruatæ; aut ſi ſpecialis conſuetudo inducta ſit poſt Conc. Trid. vt etiã in Cathedralibus intra diuerſos ordines optio fiat. 5.28.

Optio ſpeciali conſuetudine locum habere poteſt, vbi præbendæ ſunt diuerſorum generum. 5.26.

Optio tam domorum, quàm præbendarum maximè diſtinctarum eſt odioſa, & reſtringenda. 3. 155. & ſeq.

Optione Canonicatus non mutatur, ſed ſola præbenda. 7. 18. & 21. cum aliquot ſeqq. Mutatur tamen ius ſpirituale, quod eſt annexum præbendæ; nu. 19. Immo etiam quodammodo titulus, vbi ſaltem præbendæ ſunt diſtinctæ; nu. 20. Contrarium alij, qui exponuntur; nu. 21. Alij diſtinguunt, ſed malè; num. 22.

Optione mutari titulum, quædam probare videntur; ſed ſoluuntur. 7.24. & trib. ſeqq.

Optionem gradatim fieri, quot modis accipi poſſit. 5.1.

Optiones collationem non requirunt, neq; collationes ſunt. 4.24.

Optiones fieri poſſunt per procuratorem habentem ſpeciale mandatum. 4. 52. Immo per procuratorem cum libero; num. 55. Quid in habente generale mandatum; num. 58.

Optiones per quemcunque nomine meo factæ valent, ſi ratum id habeam. 4.60.

Optiones ſunt fructus, & emolumenta poſſeſſionis beneficij. 4.33.

Optioni quomodo derogetur per Indultum.8.17. aut clauſulas generales.ibid.& num. 6. & ſeqq.

Optionis canonicæ definitio. 1.13.

Optionis canonicæ nomen vnde ducatur.1.10.

Optionis nomen de pluribus aliquando dicitur.1.7.

Optionis vnica eſt ſpecies ſubſtantialis, plures tamen accidentales. 1. 32.

Optionum alia eſt, quæ conſuetudine inducitur, alia, quæ ſtatuto. 1. 33. Item alia beneficiorum ſpectantiũ ad Põtificis collationem; alia ad Ordinarÿ prouiſionem; num.34.

Optionum alia, quæ a Canonicis fit; alia, quæ a Manſionarÿs; alia, quæ ab Equitibus; alia, quę a S.R.E.Cardinalibus.1. 35.

Ordinum diſtinctio, vel ſimpliciter antiquitas an in domibus optandis attendatur.7.37.

Ordo aliquis annexusne fuerit præbendis de iure antiquo. 5. 20.

Ordo ſacer annexus erat de iure antiquo Dignitatibus.5.21.

Ordo ſacer ex Conc.Trid.annexus eſt præbendis, ſeu Canonicatibus Cathedralium; ita, vt dimidia ſaltem pars Canonicorum ſint Presbyteri, ceteri verò Diaconi, & Subdiaconi. 5.23.

Ordo ſacer requiſitus ad aliquem Canonicatum, ſeu Dignitatem debet intra annum ſuſcipi. 5. 24.

P

PApa, & Princeps poteſt præiudicare in acquirendis, immo & in quæſitis.8.36.maximè vbi redimus ad ius antiquum. 37.

Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.2.65.& 8.1.

Papa, vel Princeps in dubio non cenſetur velle derogare iuri quæſito. 8. 4. Idque ſiue ſit ius in re, ſiue ad rem; & licèt modicum ſit præiudicium; num.5.

Papa poteſt derogare optioni.8.1.in dubio tamen non cenſetur velle ei derogare; num.3.

Pars fructuum debita Sacriſtiæ an ſoluenda ſit ab optante.7.28.

Peccator etiam notorius, vt ſic non eſt arcendus ab optione. 4. 128.

Peccator quantumuis criminoſus, & notorius non debet in officÿs euitari.4.129.excepto notorio fornicatore; num.130.

Penſio aliquando ſaltem non impedit optionem.7.39.

Penſio an, & quando officiat præbendam, titulum, vel perſonam. 7. 43. & trib.ſeqq.

Penſio eſt onus reale.7. 41.& tranſit ad quemcunq; tranſit beneficium, & præbenda; num.42.

Penſio etiam impoſita ſuper ſolis diſtributionibus, vel ſuper diſtributionibus ſimul, & præbenda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nouæ prouiſionis mutat Canonicatum.7.51.

Penſio dimittitur per optionem, vbi per Canepariam Capituli fit loco præbendæ certa diſtributio in bladis, vel pecunia.7. 44.

Penſio per optionem non dimittitur, vbi ea impoſita ſit in totum, vel pro parte ſuper diſtributionibus quotidianis; tunc enim ſaltem ad ratam illis correſpondentem ſoluenda erit ab optante.7.47.

Penſionarius non poteſt exigere a Capitulo penſionem impoſitam ſuper diſtri-

Digitized by Google

diſtributionibus quotidianis, cui vacante Canonicatu accreſcunt. 7.48.

Penſionarius, qui reſignauit duo beneficia Titio, reſeruata ſibi penſione ſuper vtroque, ſi Titius alterum Seio reſignet, exiget penſionem a Titio, & Seio ad ratã valoris vtriuſque beneficij. 7.49.

Penſionem redimens ſine auctoritate Papæ ſimoniam committit. 5.55.

Permutans præbendam quando teneatur ad penſionem. 7.46.

Pluribus gradatim malè optantibus, is non reſtituitur, qui ſcienter malè optauit, vel non ſtatim, ac ſciuit, optatum dimiſit. 5.70.

Pœnitentiarius optando non diuidit, aut vnit officium a beneficio, ſeu cum illo, ſed dimittit præbendam cum onere, & officio. 4.12.

Pœnitentiarius principaliter habet officium, præbendam per annexionem ſecundum Nau. 4. 8. *de quo num.* 13.

Portionarius quando poſſit optare præbendam, vel Canonicatum vacantem. 5.28.

Poſſeſſio beneficij capi debet ad cornu altaris; ſecus in præbenda optata. 5.38.

Poſſeſſio beneficij, & præbendæ, ſeu domus optatæ, vbi a nemine detineatur, poteſt capi propria auctoritate. 5.37.

Poſſeſſio beneficij, ſeu præbendæ, aut domus optatæ intra quantum tempus capi debeat, remittitur arbitrio iudicis. 5.40.

Poſſeſſio ſimul cum titulo requiritur ad optionem. 4.168.

Poſſeſſores per Camerã Apoſtolicã an ſint antiquiores poſſeſſoribus per ſe ipſos, vel procuratores. 5.12. & 13.

Poſterior conſtitutio contraria tollit priorem, licèt de ea mentionem non faciat. 3.75.

Præbenda alicuius ſi reſeruetur, & ille optet aliam, quænam cenſeatur reſeruata. 3.44.45. & 111.

Præbenda annexum habens onus an quandoq; optari poſſit, vtputa ab habente qualitates. 3.131.

Præbenda coadiuti an poſſit optari, vel ſit reſeruata coadiutori cum futura ſucceſſione. 4.162.

Præbenda dimiſſa non poteſt ſimul retineri cum optata. 1.28.

Præbenda habet aliquid ſpiritualitatis diſtinctum a canonia. 7. 15.

Præbenda naſcitur a canonia, ſicut filia a matre. 7.4.

Præbenda non optata dari debet nouiter recepto, & prouiſo. 7.31.

Præbenda non vacans optari non poteſt, niſi ex ſpeciali conſuetudine; & quomodo tunc optetur. 1.25. & *ſeq.*

Præbenda per optionem dimiſſa vacare dicitur. 1.24. & 5.55.

Prabẽda quomodo definiri poſſit. 7.13.

Præbenda tribus modis ſumitur. 7.1.

Præbenda reſeruata generaliter optari poteſt ante obitum, non poſt. 3.46.

Præbenda reſignata in permutatione alteri, quàm vni ex permutantibus, conferri non poteſt. 3. 126. & *ſeq.*

Præbenda ſumpta pro temporalitate competit etiam laico. 7.14.

Præbenda Theologalis, Pœnitentiariæ, vel ſimilis optari non poteſt. 3. 128. *conferri enim debet certis perſonis qualificatis; num.* 129.

Præbendæ æquales inter ſe, & cum præbendis optare volentium, poſſunt optari. 3.134.

Digitized by Google

Optioni quomodo derogetur per Indultum.8.17. aut clauſulas generales.ibid.& num. 6. & ſeqq.

Optionis canonicæ definitio. 1.13.

Optionis canonicæ nomen vnde ducatur.1.10.

Optionis nomen de pluribus aliquando dicitur.1.7.

Optionis vnica eſt ſpecies ſubſtantialis, plures tamen accidentales. 1. 32.

Optionum alia eſt, quæ conſuetudine inducitur, alia, quæ ſtatuto. 1. 33. Item alia beneficiorum ſpectantiū ad Pōtificis collationem; alia ad Ordinarij prouiſionem; num.34.

Optionum alia, quæ a Canonicis fit; alia, quæ a Manſionarijs; alia, quæ ab Equitibus; alia, quę a S.R.E.Cardinalibus.1. 35.

Ordinum diſtinctio, vel ſimpliciter antiquitas an in domibus optandis attendatur.7.37.

Ordo aliquis annexuſne fuerit præbendis de iure antiquo. 5. 20.

Ordo ſacer annexus erat de iure antiquo Dignitatibus.5.21.

Ordo ſacer ex Conc.Trid.annexus eſt præbendis, ſeu Canonicatibus Cathedralium; ita, vt dimidia ſaltem pars Canonicorum ſint Presbyteri, cęteri verò Diaconi, & Subdiaconi. 5.23.

Ordo ſacer requiſitus ad aliquem Canonicatum, ſeu Dignitatem debet intra annum ſuſcipi. 5. 24.

P

Papa, & Princeps poteſt præiudicare in acquirendis, immo & in quæſitis.8.36.maximè vbi redimus ad ius antiquum. 37.

Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.2.65.& 8.1.

Papa, vel Princeps in dubio non cenſetur velle derogare iuri quæſito. 8. 4. Idque ſiue ſit ius in re, ſiue ad rem; & licèt modicum ſit præiudicium; num.5.

Papa poteſt derogare optioni.8.1.in dubio tamen non cenſetur velle ei derogare; num.3.

Pars fructuum debita Sacriſtiæ an ſoluenda ſit ab optante.7.28.

Peccator etiam notorius, vt ſic non eſt arcendus ab optione. 4. 128.

Peccator quantumuis criminoſus, & notorius non debet in officijs euitari.4.129.excepto notorio fornicatore; num.130.

Penſio aliquando ſaltem non impedit optionem.7.39.

Penſio an, & quando afficiat præbendam, titulum, vel perſonam. 7. 43. & trib. ſeqq.

Penſio eſt onus reale.7. 41. & tranſit ad quemcunq; tranſit beneficium, & præbenda; num.42.

Penſio etiam impoſita ſuper ſolis diſtributionibus, vel ſuper diſtributionibus ſimul, & præbenda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nouæ prouiſionis mutat Canonicatum.7.51.

Penſio dimittitur per optionem, vbi per Camparium Capituli fit loco præbendæ certa diſtributio in bladis, vel pecunia.7. 44.

Penſio per optionem non dimittitur, vbi ea impoſita ſit in totum, vel pro parte ſuper diſtributionibus quotidianis; tunc enim ſaltem ad ratam illis correſpondentem ſoluenda erit ab optante.7.47.

Penſionarius non poteſt exigere a Capitulo penſionem impoſitam ſuper

distri-

diſtributionibus quotidianis,cui vacante Canonicatu accreſcunt.7.48.

Penſionarius,qui reſignauit duo beneficia Titio, reſeruata ſibi penſione ſuper vtroque, ſi Titius alterum Seio reſignet,exiget penſionem a Titio,& Seio ad ratā valoris vtriuſque beneficij.7.49.

Penſionem redimens ſine auctoritate Papæ ſimoniam committit.5.55.

Permutans præbendam quando teneatur ad penſionem.7.46.

Pluribus gradatim malè optantibus, is non reſtituitur, qui ſcienter malè optauit, vel non ſtatim,ac ſciuit, optatum dimiſit.5.70.

Pœnitentiarius optando non diuidit, aut vnit officium a beneficio,ſeu cum illo,ſed dimittit præbendam cum onere,& officio.4.12.

Pœnitentiarius principaliter habet officium, præbendam per annexionem ſecundum Nau. 4. 8. de quo num.13.

Portionarius quando poſſit optare præbendam, vel Canonicatum vacantem.5.28.

Poſſeſſio beneficij capi debet ad cornu altaris; ſecus in præbenda optata. 5.38.

Poſſeſſio beneficij,& præbendæ, ſeu domus optatæ, vbi a nemine detineatur, poteſt capi propria auctoritate.5.37.

Poſſeſſio beneficij,ſeu præbendæ,aut domus optatæ intra quantum tempus capi debeat, remittitur arbitrio iudicis.5.40.

Poſſeſſio ſimul cum titulo requiritur ad optionem.4.168.

Poſſeſſores per Camerā Apoſtolicā an ſint antiquiores poſſeſſoribus per ſe ipſos, vel procuratores.5.12.& 13.

Poſterior conſtitutio contraria tollit priorem,licèt de ea mentionem non faciat. 3.75.

Præbenda alicuius ſi reſeruetur,& ille optet aliam, quanam cenſeatur reſeruata.3.44.45.& 111.

Præbenda annexum habens onus an quandoq; optari poſſit, vtputa ab habente qualitates. 3.131.

Præbenda coadiuti an poſſit optari, vel ſit reſeruata coadiutori cum futura ſucceſſione. 4.162.

Præbenda dimiſſa non poteſt ſimul retineri cum optata.1.28.

Præbenda habet aliquid ſpiritualitatis diſtinctum a canonia. 7. 15.

Præbenda naſcitur a canonia, ſicut filia a matre.7.4.

Præbenda non optata dari debet nouiter recepto, & prouiſo. 7.31.

Præbenda non vacans optari non poteſt,niſi ex ſpeciali conſuetudine;& quomodo tunc optetur.1.25.& ſeq.

Præbenda per optionem dimiſſa vacare dicitur.1.24.& 5.55.

Præbēda quomodo definiri poſſit.7.13.

Præbenda tribus modis ſumitur. 7.1.

Præbenda reſeruata generaliter optari poteſt ante obitum, non poſt. 3. 46.

Præbenda reſignata in permutatione alteri, quàm vni ex permutantibus,conferri non poteſt. 3. 126. & ſeq.

Præbenda ſumpta pro temporalitate competit etiam laico.7.14.

Præbenda Theologalis,Pœnitentiariæ, vel ſimilis optari non poteſt.3. 128. conferri enim debet certis perſonis qualificatis;num.129.

Præbendæ æquales inter ſe, & cum præbendis optare volentium, poſſunt optari.3.134.

Digitized by Google

Præbenda,& domus in prima fundatione, & conſtructione ſaltem propriè non vacant.3.153. & ſeqq.

Præbendæ nomen propriè ſolùm locũ habet in Eccleſiis Collegiatis.3.3

Præbendæ quibuſdã in locis aliæ Subdiaconales,aliæ Diaconales,aliæ Presbyterales.5.18.

Præbendam Pœnitentiarij, aut ſimilem obtinens non poteſt ſecundùm aliquos aliam optare. 4.4. Contrarium alij;num.11.

Præbendarum,& Canonicorũ varij ordines,& gradus.5.16. & ſeqq.

Præeminentia, & optio ſunt fructus poſſeſſionis beneficij.4.33.

Prælatus non poteſt præiudicare iuribus Eccleſiæ.2.54.quod quomodo verũ ſit, explicatur;nu.55.& ſeqq.

Prælatus poteſt donare aliqua bona loco religioſo.2.61. multò verò magis ſuo Capitulo; nu. 62. præſertim cauſa remunerationis;nu.63.

Prælatus præiudicare poteſt Eccleſiæ ſuæ in quærendis, non in quæſitis. 2.57.

Præſcriptio,& conſuetudo extenduntur ad caſus omnino ſimiles. 3.147.

Præſcriptio non extenditur,niſi ad id, quod eſt poſſeſſum.3.139.

Præſcriptio temporalis non currit minori.6.42.

Præſumptiones,& coniecturæ ſcientiæ tolluntur,ſi probetur abſentia, vel alia iuſta ignorantiæ cauſa. 6. 32.

Prior in data, qui non fuit negligens, præfertur in optando priori in receptione,poſteriori tamẽ in data.4.43

Priuandus non eſt clericus,etiam propter amentiã,in beneficijs, quæ ante habebat.4.120.

Priuatus beneficio,vel ab eo depoſitus, aut ſuſpenſus repellitur ab optione. 4.134. Secus ſi reus appellauerit à ſententia;num.135.

Priuilegiati, vt percipiant fructus, ac ſi reſiderent, an poſſint optare; & gaudere alijs priuilegijs, quæ competunt præſentibus tam de iure communi, quam ex conſuetudine, vel ſtatuto. 4.49.

Priuilegium, & indultum Apoſtolicum quid differant.2.66.

Procurator admittitur in quauis re, vbi non prohibetur.4.54.

Procurator cum libera æquiparatur habenti ſpeciale mandatum.4.56. Item poteſt permutare; num.57.

Procurator habens generale mandatum,& negotiorum geſtor, ſi nomine meo optet,& ego ratum habeam, optio valebit.4.58.

Profeſſi antiquiores,quos, cum eſſent Clerici,Sacerdotes iuniores præcedebant,ipſi,cùm Sacerdotes fiunt,illos Sacerdotes præcedent. 7.38.

Proteſtatio quid proſit optantibus. 4. 42.& 6.17.

Prouiſus malè de beneficio,cuius vigore optauit ſucceſſiuè plures præbendas,debet omnibus priuari, niſi iuuetur regula de triennali, aliouè titulo.5.67.

Q

QValitas ordinis,ætatis, dignitatis,ac ſimiles quando ſint attẽdẽdæ in optione.4.18.& ſeq.

Quotidianæ diſtributiones acceſſoria non ſunt ad præbendam,ſed potiùs ad Canonicatum. 7.50.

Quotidianæ diſtributiones differunt a præbenda,& groſſa.3.14.

R

RAtihabitio tunc requiritur vbi aliquis ſine mandato ſpeciali,

aut ſine libera pro alio optauit. 4. 69. & an ratihabitione huiuſmodi per antiquiores facienda pendente poſſint interim iuniores optare; num. 70.

Rationabilis conſuetudo eſt, quę continet bonum honeſtum, vel honorabile. 2. 14.

Rationabilitas non requiritur in conſuetudine, quæ præter ius eſt. 2. 13.

Reditus ad ius commune facilè permittitur. 8. 39.

Regrediens ad ſuum Canonicatum optabit cum eadem prærogatiua antiquitatis. 3. 37.

Regulę Cancellarię vim legis obtinēt. 8. 10.

Religio militaris Hieroſolymitana vt nobiliſſima eſt, ita ſola inter militias proprium Religionis nomen obtinet. 2. 43.

Reſeruata alicuius prębenda, ſi ille optet aliam quanam cenſeatur reſeruata, remiſſiuè. 3. 81.

Reſeruata non eſt prębenda, quia ſit dimiſſa per optionem in menſe Apoſtolico. 6. 58

Reſeruata ſunt beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum. 3. 56. & quando ea vacent de iure, vel etiā de ſtylo Rom. Curię. nu. 57

Reſeruata ſunt quęuis beneficia in curia vacantia. 3. 52.

Reſeruatio comprehendit beneficia iuris patronatus Eccleſiarum. 3. 117. Aut etiam laicorum eis competentis ex priuilegio, vel præſcriptione. num 118.

Reſeruatio duplex eſt, altera generalis, ſpecialis altera. 3. 48.

Reſeruatio mentalis quid ſit, & an ſit in vſu. 3. 49. & quid de indiuidua ſeu ſpecialiſſima. num. 50.

Reſeruatio non comprehendit beneficia iuris patronatus maxime laicorum. 3. 113. etiamſi adſint in reſeruatione illa verba, ad cuiuſcunque prouiſionem, pręſentationem, diſpoſitionem. nu. 114. Immo licet beneficium ſit mixtum iuris patronatus clericorum, & laicorum. n. 115. aut clerico competentis ratione bonorum patrimonialium. num. 116.

Reſeruatio quomodo impediat optionem. 3. 12. cum ſeqq. & 8. 6. vſque ad n.

Reſeruatio Reg. 8. an comprehendat Cardinales non reſidentes in Curia. 3. 93.

Reſeruatio ſpecialis a generali in quo differat. 3. 51.

Reſeruatio ſpecialis an afficiat præbendam obtentam tempore reſeruationis, vel mortis. 3. 44.

Reſeruationis beneficiorum materia remiſſiuè. 3 62.

Reſidentia actualis non requiritur ad optionem. 5. 13. & 28.

Reſidere dicitur Epiſcopus ad effectū alternatiuæ, ſi moritur in loco exempto ſuę diœceſis. 3. 98. itē ſi per impios fiet, quin reſideat. 99. aut alias propter iuſtum motū detineatur. n. 100. aut abeſt iuſſu Papę alias paratus reſidere. n. 101. quid in infirmo. num. 102.

Reſignans cum regreſſu cur mortuo reſignatario ſedere debeat in loco antiquo 4. 149.

Reſtitutio conceditur propter amiſſum intereſſe veritatis & affectionis. 3. 149.

Reſtitutio in integrum etiam Eccleſię ſolùm datur ob magnam læſionem. 3. 144.

Reſtitutio in merè ſpiritualibus vel-

runt,

Digitized by Google

cis annexis quando detur.6.47.

Reſtituto primo, qui malè optauit, an ceteri, qui ſucceſſiuè malè optarũt, reſtituãtur.5.68.& duob ſeqq.

Reſtitutus an recuperet locum, & ſtallum in Choro.6.38.

S

Sacerdos non poteſt optare præbendam Diaconalem, niſi ex ſpeciali conſuetudine ſuper eo inducta.3.3.

Sacerdos, qui celebrare non poteſt propter manus defectum, poteſt fungi alijs officijs Sacerdotalibus.4.124.

Scientia præſumitur de eo, de quo eſt publica vox, & fama.6.29.

Scientia præſumpta ſufficit in caſu Clem.1.de præben.non autem in tempore optandi, aut conferendi beneficium.3.109.

Scientia probatur præſumptionibus, & coniecturis.6.26.

Scientia, vel ignorantia quomodo probetur, vel præſumatur.6.35.

Scire quis præſumitur quæ fiunt in loco, quem frequentat.6.31.

Sede vacante poteſt Ordinarius beneficia ſimplicia vacantia in Curia poſt menſem conferre.3.67.

Sedere in altiori loco competit Canonico ratione antiquitatis.4.147.

Seruitium actuale non requiritur ad optionem, ſed ſufficiunt præterita ſeruitia.5.13.& 28.

Significationes varię nominis optionis, remiſſiuè.1.1.

Simonia quando cõmittatur, & quid ſit.5.41.& ſeqq.Et quomodo puniatur; num.48.49.57.58.& ſeq.

Simoniaca conuentio ſuper optione non obligat.5.59.

Singuli de Capitulo conſentire debẽt, cùm de ſingulorum præiudicio agitur.6.6.

Spirituale, prout eſt materia ſimoniæ, quid ſit.5.43.& quotuplex; num.44.& ſeq.

Spiritualibus annexa quædam antecedenter, quædam conſequenter.5.45. Item quædam annexa immediatè, quædam mediatè; num.46.

Stallum optare quis non poteſt non optata etiam præbenda, ſeu propria non dimiſſa.1.29.

Statuta condere in ijs, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, requirit Epiſcopi auctoritatem.2.52. Quod quomodo verum ſit, explicatur; num.55.& ſeq.

Statuta inferiorum poteſt Superior tollere.8.34.

Statutum, & conſuetudo optandi non tribuit vllum ius ſingulis, antequã caſus eueniat.8.35.

Statutum etiam præiudiciale Eccleſiæ admittitur, cùm redimus ad ius commune.8.40.

Statutum optandi fieri poteſt ab Epiſcopo quoad beneficia ſpectantia ad eius collationem, non autem aliorum.2.50. Ab alijs verò inferioribus fieri non poteſt huiuſmodi ſtatutum; num.51.

Statutum optandi poteſt tolli contraria conſuetudine.8.43.

Statutum, vel conſuetudo diſponens de præſentibus in Eccleſia extenditur de caſu vero ad fictum.4.39.

Subdiaconatus primus eſt ex ordinibus ſacris.4.72.

Subdiaconum ſolum ad optionem admitti quam rationem habeat.4.86.

Subdiaconus eſſe debet Canonicus, vt habeat vocem in Capitulo.5.22.

Sub-

Digitized by Google

Subdiaconus ſolus poterit optare, vbi ea de re adſit conſuetudo, vel ſtatutum. 4. 81. & nu. ſeqq.
Subrogatum quando ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. 4. 146.
Succumbens in lite cum eo, qui eandem prabendam optauit cum ipſo, redit ad ſuam, ſi cum proteſtatione optauit. 5. 63.
Sufficientia vnius beneficij facit incompatibile, ſed non ipſo iure. 6. 73.
Surdus, & mutus ab ordinibus, & ab optione repellitur, quæ facienda ſit. 4. 112. & ſeq.
Surdus, mutus, & ſimiles, qui corporis vitium poſt obtentum beneficium contraxerunt, optare poſſunt. 4. 126.
Surdus non eligitur in Papam, electus tamen manebit. 4. 127.
Suſpenſus ab ordine, vel eius executione non ob id repellitur ab optione. 4. 132. Aliud eſt in ſuſpenſo à beneficio; num. 134.

T

TEmpus legitimum optandi tunc demum minui poteſt per Capitulum, ſi in id conſenſerint omnes optare volentes. 6. 5.
Tempus menſis, qui pluribus expectantibus datur, omnibus ſimul currit. 6. 14.
Tempus optandi fortè non currit iuſta de cauſa impedito. 6. 39.
Tempus optandi minui poteſt per Capitulum. 6. 3.
Tempus optandi non currit ex eo, quia vacatio nota ſit in Eccleſia, vel loco beneficij, niſi ibi ſint præſentes qui optare volunt. 6. 21.
Tempus optandi non modò non currit toti Collegio Canonicorum ignoranti vacationem, ſed neque ſingularibus perſonis, ſi alijs ſcientibus vacationem, aliqua ex illis eam ignorent. 6. 20.
Tempus optandi omnibus ſimul currit, & vnicum datur. 6. 11.
Tempus optandi ſolùm currit a die ſcientia vacationis. 6. 18.
Tempus, quod pluribus datur, etiam gradatim, ad aliquid agendum, omnibus ſimul, & collectiuè datum cenſetur. 6. 12.
Tempus redimendi a ſtatuto præfixum currit ſimul omnibus conſanguineis, quàmuis vnus eorum alteri præferatur. 6. 13.
Tempus ſex menſium ad conferẽdum Ordinarijs ſolùm currit à die ſciẽtię vacationis. 3. 108. & 6. 19.
Tempus vacationis inſpicitur ad effectum reſeruationis menſium Apoſtolicorum. 3. 85.
Tempus viginti dierum ad optandum præbendas vacantes in Curia non currit niſi poſt menſem à vacatione, etiam data ſciẽtia vacationis. 3. 77.
Tempus viginti dierum ad optandum prorogari poteſt per Capitulum. 6. 7. Quæ tamen prorogatio non obeſt Apoſtolicis impetrãtibus; nu. 8. Niſi inducta eſſet conſuetudo poſt cap. ſi. de conſuet. in 6. nu. 9. ſecus verè in ſtatuto; num. 10.
Tempus vnicum viginti dierum ad optandum, ne alijs, præter antiquiorem, labatur, quæ cautelæ ſint adhibendæ. 6. 15. & ſeqq.
Theologi, & Pœnitentiarij officium quomodo inſtituendum ſit. 4. 13.

Digitized by Google

Triplex quandoq; quis dicatur, aut eſſe poſſit in aliqua Eccleſia. 6.62. & ſeq.

V

VAcare dicitur beneficium, ſeu præbenda, quæ dimittitur. 5.56.

Vacare in Curia dicitur beneficium per obitum in Curia Curialis habentis ibidem originem, ibiq; morantis occaſione Curiæ. 3.24. aut ibi habentis perpetuum domicilium, ſeu domum etiam conductam; num. 25

Vacare in Curia dicitur beneficium per obitum Legatorum, ac Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ intra duas diætas a Curia diſtantes decedentium. 3.29. Aut etiam vbicunque, durante legatione, ac negotij proſecutione; num. 30.

Vacare in Curia dicitur beneficium per translationem, conſecrationem, electionum caſſationem, poſtulationum repulſionem, & ſimilia in Curia facta. 3.39.

Vacare in Curia dicitur beneficium, ſi duobus in Romana Curia ſuper beneficio ſibi collato litigantibus, vterque, vel vtroque moriente alter, qui eſt poſſeſſor, in Curia decedat. 3.19. Idem ſi alter tantum ſiue poſſeſſor, ſiue petitor in Curia deceſſerit cùm ad illum ſuperſtite cauſam proſequente, declaratum fuerit pertinuiſſe beneficium; num. 20. Immo idem erit, ſi eorum alter in Curia, alter extra, neutro poſſidente, deceſſit; nu. 21. Aut etiam vtroque poſſidente ſimiliter deceſſerint; num. 22.

Vacare in Curia dicitur beneficium, ſi priuatio, ſeu depoſitio in Curia fiat. 3.36. Item per reſignationem ibidem factam; ſicut etiam beneficium, in quo reſeruatus eſt regreſſus; atq; adeo in eo locum non habet optio ibid.

Vacare in Curia dicuntur beneficia ad Romanam Curiam accedentiũ, ab eaue recedentium, ſi in ea, vel prope eam ad duas diætas decedant. 3.18.

Vacare in Curia, & apud Sedem paria, immo idem ſunt. 3.16.

Vacare in Curia, & eſſe reſeruatum beneficium idem non ſunt, ſed hoc habet ſe, vt genus, ad illud. 3.17.

Vacare non dicuntur ſaltem propriè præbendæ, ſeu domus Canonicales in prima erectione, & constructione. 3.153. & ſeqq.

Vacatio beneficij, ſeu præbendæ requirit, vt ab aliquo prius poſſideretur. 3.154.

Vacatio beneficij, ſeu præbendæ requiritur ad optionem regulariter. 3. 151.

Vacatio beneficij, vel præbendæ an inducatur per optionem. 5.55. & ſeqq.

Vacatio beneficij, vel præbendæ ipſo iure incompatibilis cum optato eo ipſo inducitur per optionem etiam in diuerſa Eccleſia. 5.65.

Vacatio beneficiorum per contractum matrimonij, per aſſecutionem alterius, aut reſignationem quomodo probetur, remiſſiuè. 6.37.

Vacatio præbendę in eadem Eccleſiæ obtentæ inducitur per optionem. 5.59. Idem in optione tituli beneficij; nu. 64.

Vacatio præbendæ per optionem in menſe reſeruato factam non facit præbendam reſeruatam. 5.58.

Verba illa, opto præbendam vacantẽ, ſi, & quatenus optabilis eſt, quid operetur.

Digitized by Google

peretur.5.64.

Verba (liberè diſponas) & (perinde ac ſi) quid importent.3.83.

Vicinus, & conſanguineus præſumitur ſcire facta vicini, & conſanguinei. 6.27. Multò verò magis id verum erit in præſente; num.28.

Vnio beneficiorum debet fieri ab habente auctoritatem, ſeruata ſolemnitate, & ex iuſta cauſa.4.5.

Vnio non ſemper ita fit, vt, quod vnitur, alteri accedat.4.14.

Vocem in Capitulo *habere non poteſt clericus Eccleſiæ Collegiatæ, niſi ſit Subdiaconus.4.71.*

Vox, ſeu electio paſſiua non requirit Subdiaconatus ordinem.4.80.

Finis Indicis rerum ſingularium ad Tractatum de Optione canonica.

Digitized by Google

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb.

Omnes ſunt duerniones, præter ✠, & Bbb, qui ſunt terniones.



ROMAE.
Sumptibus Io. Angeli Ruffinelli.

Ex Typographia Andreæ Phæi. M. DC. XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google